


Uanliae
Promissarium
Sacrum.

1 2

3 4

A
11-140



21.a. 6.12





Del Colegio de la Compañía de Jesús de Granada

B

PROMPTUARIUM

SACRUM AC MORALE,

CHRISTI IESV SALVATORIS NOSTRI, VIRGINISQVE MATRIS MARIAE, Vitæ ac Gestorum reconditissimis mysteriis, sanctorum Apostolorum vicitribus Trophæis, gloriois Martyrum Lauris, pretiosis Summorum Pontificum Tiaris, Episcoporumque Infulis, Confessorum divis Pignoribus, niveis sacratissimarum Virginum Corollis copiosè locupletatum:

HOC EST.

DISCURSUS EXEGETICI IN OMNES TOTIVS ANNI SOLEMNITATES, SANCTORVM

que occurrentium, eorum præcipue, qui in alma Vrbe sub præcepto

feriantur, Dies Festivos elegantissime concinnati,

IN QVIBVS PER VIAM DISCURSVVM COPIOSISSIMA SACRA-
rum Scripturarum, Sententiarum sanctorum Patrum, aliarumque

Expositionum, quæ ex Vitis illorum Sanctorum, de quibus Festum

agit, luculenter non minùs quam aptè deducuntur,

messis subministratur,

AB ADM. REVERENDO ET DOCTISSIMO DOMINO

JOSEPHO MANSI,

CONGREGATIONIS ORATORII IN ALMA VRBE PRESBYTERO

Italicè conscripti, nunc verò Latinè redditi, ac

IN QVATVOR TOMOS DIVISI.

TOMUS SECUNDUS.

TRES MENSES: APRILEM, MAIVM, ET IVNIVM,

complectens, simulque incipit à Festo S. Marci Evangelistæ, & terminatur in Festo S. Petri Apostoli.

Omnibus Divini Verbi Prædicatoribus, Animarum Pastoribus, sacra Scriptura Interpretibus, Catechistis, Asceteriarum Directoribus perutilis & necessarius.

CUM INDICIBUS NECESSARIIS.

Permissu Superiorum.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud JOANNEM WILHELMUM FRIESSEM, Bibliopolam, Anno M.DC.XC.

INDEX

THEMATICUM ET DISCURSUS, QUI IN HOC
TOMO SECUNDO CONTINENTUR.

Festum S. Marci Evangelistæ ejusque virtutes, laudes & encomia discursibus quinque celebrantur.

DE S. MARCO EVANGELISTA

Discursus quinque,

DISCURSUS I.

Laudes S. Marci ex eo titulo deducuntur, quem ei S. Petrus attribuit, dum ipsum filium suum nuncupavit.

Salutis vos Ecclesia, que est in Babylone collecta, & Marcus filius meus. 1. Petri 5.v.14.

DISC. II.

De prædicationis sue efficacia, multisque conversionibus, quas operatus est sanctus Marcus, nec non de insigni vita ejus exemplo.

Messis quidem multa, operarii autem pauci, rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Luke 6.10.v.2.

DISC. III.

Eius prædictio, nec non Ægyptiorum per ipsum facta conversio sub nubis figurâ prædicta fuit.

Ecce Dominus ascendet super nubem, & ingredietur Ægyptum, & conmovebuntur simulachra Ægypti. Isaie 19.v.1.

DISC. IV.

Hoc Apostolis à Christo impositum præceptum: IN QUAMCUNQUE DOMUM INTRAVERITIS, PRIMUM DICITE, PAX HIC DOMUI, neminem melius Marco adimpleuisse suse ostenditur.

In quamcunque domum intraveritis, primum dicite, Pax huic domui. Luke 10.

DISC. V.

De Analogiis & allusionibus, quæ inter Leonem & S. Mareum reperiuntur.

Quasi Leo rugiet, & formidabunt filii maris, & evolabunt quasi avus ex Ægypto, & quasi columba. Olear. 1.v.10.

**DE SS. APOSTOLIS PHILIPPO
ET JACOBO.**

Discursus sexi.

DISCURSUS I.

Ostenditur S. Philippum in Ecclesiæ virida-

tio Rosea instar; Jacobum vero velut lilium germinasse.

Quasi flor. Rosarum in diebus vernis, & quasi Lilia, Ecclesiastici cap. 50. v.8.

DISC. II.

Ambo Apostoli SS. Philippus & Jacobus præ omibus aliis Apostolis Christo similes fuere.

Quos præscivit & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Rom. c. 3.

DISC. III.

Hi duo Apostoli Christum sequi, ipsumque in cunctis actionibus suis imitari studuerunt.

31

Vado parare vobis locum. Joan. c. 14.

DISC. IV.

De sanctorum Apostolorum Philippi & Jacobi in Christi vestigii confessandis vera & vivâ fide.

Nemo venit ad Patrem nisi per me. Joan. c. 14. v.6.

DISC. V.

In laudem S. Philippi Apostoli declarantur verba tequentia Thematris assumpti.

Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis Patrem & sufficit nobis. Joan. c. 14.

DISC. VI.

De Analogiis inter S. Jacobum Apostolum & S. Jacobum Patriarcham intercedentibus, præfenti discursu agitur.

Plantam fratris tenebat manus, & idcirco appellavit eum Iacob. Gen. 25. v.25.

DE INVENTIONE S. CRUCIS.

Discursus undecim.

DISCURSUS I.

Agitur de modo, quo sancta Crux inquisita & inventa fuit. Nonnullæ etiam considerantur moralitates, præcipue circa tres Crucis.

45

DISC. II.

Cur DEUS sanctam Crucem tot annis sub Veneris idolo absconditam esse voluerit. Ubi simul Crucis à peccato car-

THEMATICUM ET DISCURSUS.

to carnis aversio insinuatur 48
 Multi ambulant, quos sepe dicabam vobis (nunc
 autem & sens dico) inimicos crucis Christi,
 quorum Deus venter est. Ad Philip. c. 3. 18.

Disc. III.

Explicantur aliquæ analogia, quæ inter Jo-
 sephum Ægypti salvatorem, & Crucis in-
 ventionem, triumphum & encomia interce-
 dunt. 51

Gloriosum diem veneratur Ecclesia, dum trium-
 phale reseratur lignum.

Disc. IV.

Ostenditur Crucem, quæ olim erat erimino-
 rum supplicium, nunc regium esse vexillum
 & armaturam. 54

Vexilla Regis prodeunt, fulget Crucis mysterium.
 Disc. V.

De varietate Crucis spiritualis agitur. 57
 Christo confixus sum Crucis, Ad Gal. 2. v. 20.

Disc. VI.

De Cruce sub thesauri ejusdem similitudine
 hic agitur. 60

Sola digna tu fuisti ferre saeculi pretium.

Disc. VII.

Ostenditur Christum velle ut propriam quis-
 que crucem, id est, eam, quæ statui & voca-
 tionis sue conjuncta est, non vero ut suam
 porter. 63

Quoniam bajulat Crucem suam, non potest mens
 esse discipulus. Luke c. 14. v. 27.

Disc. VIII.

Christus per illa verba: Qui vult venire
 post me, abneget, &c. Crucem faciliter
 portandi modum nos docet. 65

Qui vult venire post me, abneget semet ipsum,
 tollat Crucem suam, & sequatur me, Luke
 cap. 9. v. 23.

Disc. IX.

Considerantur nonnulla mysteria, ob quæ Chri-
 stus Redemptor noster, crucem inter omnia
 alia supplicia elegerit. 67

Propositio sibi gaudio sustinuit crucem confusio-
 ne contempta. Heb. c. 12 v. 2.

Disc. X.

Crux armatura quædam est ad inimicos nostros
 vincendos & debellandos. 70

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos
 Deus noster.

Disc. XI.

De gloria & honore, in quo sancta Crux passionis
 habetur. 73

Nos autem gloriaris oportet in Cruce Domini
 nostri Iesu Christi.

DE ASCENSIONE CHRISTI

Discursus quindecim.

DISCURSUS I.

Tractatur de Christi ascensionis insigni trium-
 pho. 77

Triumphator hodie super omnes calos ascendisti
 Disc. II.

De gaudiis, quibus in Christi Ascensione Mun-
 dus, Angeli, Apostoli, & omnes alii perfusi fue-
 re. 80

Ascendit Deus in jubilo, psallite, ps. 46. v. 6.

Disc. III.

De nonnullis differentiis inter ascensionem
 & Assumptionem: variæ interpretationes
 verborum illorum: ASSUMPTUS EST, ELE-
 VATUS EST. Christus propriâ virtute ascen-
 dit, nos autem id facere non valemus, nisi
 virtute ipsius. 83

Assumptus est in cælum. Marci cap. ultimo,

Disc. IV.

Declaratur, qualiter intelligendum sit, quod
 Christus in Ascensione sua ad dexteram Patris
 fuerit collocatus. 86

Assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei.
 Marci cap. ult.

Disc. V.

De data à Christo benedictionis, nec non eleva-
 tionis manuum suarum mysteriis. 88

Elevatis manibus beneditxit eis. Act. c. 1.

Disc. VI.

Considerantur aliqua motiva, ob quæ in con-
 spectu apostolorum, & omnium aliorum
 Christus ascendere voluerit. 91

Videntibus illis elevatus est. Act. c. 1.

Disc. VII.

Variae considerantur rationes, cur Christus nu-
 bema ascenderit. 94

Et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Act. Ap.
 cap. i.

Disc. VIII.

De angelorum in monte Oliveti comparitione;
 deque verbis, VIRI GALILEI, &c. quæ an-
 geli apostolis dixerunt.

Ecce duo viri astiterunt juxta illos, qui & dixe-
 runt: Viri Galilæi quid statis aspicientes in
 cælum. Act. Ap. cap. i.

Disc. IX.

De quibuldam Ascensionis prodigiis, ob quæ
 eadem à sancta matre Ecclesia admirabilis
 appellatur.

* 2

200

Quid

INDEX

- Quid admiramini aspicientes in cælum?*
Disc. X.
- Christi humiliatio, exaltationis suæ causa extitit.* 203
Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis. Joan. c. 3. v. 17.
Disc. XI.
- Christus in cœlum ascendit, ut viam nobis pararet, nosque illuc invitatos, ibidem præfolaretur.* 206
Ascendit iter pandens ante eos. Mich. c. 2. v. 13.
Disc. XII.
- Varia bona considerantur, quæ ab ascensione Domini in nos sunt derivata.* 208
Expedit uobis, ut ego uadam. Joan. 16. v. 7.
Disc. XIII.
- Varii sunt gradus, per quos in cœlum ascendiuntur, sicut etiam varius actus virtutum, & detestations vitiorum.* 211
Ascensiones in corde suo dispositio in valle lacrymarum: Ibunt de virtute in virtutem. Ps. 83. v. 8.
Disc. XIV.
- Circa illa Evangelii verba: SIGNA AUTEM EOS QUI CREDIDERINT, HAC SEQUENTUR, variae adducuntur interpretationes. Item corda nostra sursum subvehenda esse ostenditur.* 214
Qui crediderit, saluus erit. Marci c. 16.
Disc. XV.
- Ascensio Christi in Aquila prefiguratur, cuius varia ad hoc mysterium adaptatae proprietates considerantur.* 217
Et facies Aquila desuper ipsorum quatuor. Ezech. c. 1. v. 10.
-
- DE SOLEMNITATE PENTECOSTES.**
sive Spiritus sancti.
Discursus viginti annus.
Discoursus L.
- Nonnullæ adducuntur rationes, cur Spiritus sanctus in hoc festo descendenterit: Ostenditur enim quod manifestum Spiritus sancti in nobis recepti signum sit Divinae legis oblervantia.* 221
Dum completerentur dies pentecostes, factus est de cœlo sonus tanquam advenientis Spiritus vehementis. Act. Apost. c. 2.
Disc. II.
- Plurimum personarum ad fundendas orationes concurrentium unio: sincera cum proximo concordia, & humilitas, sui ip-*
- susque contemptus optimæ sunt ad Sp̄ritum sanctum recipiendum dispositiones.* 224
Erant omnes pariter in eodem loco. Act. ap. c. 2.
Disc. III.
- Inspirationibus Spiritus sancti sine ulla dilatatione aut mora respondere debemus.* 227
Factus est repente de cœlo sonus.
Disc. IV.
- Soni illius, in quo Spiritus sanctus descendit, mysteria considerantur.* 230
Factus est de cœlo sonus.
Disc. V.
- Cur instar venti venetit, variae adducuntur rationes.* 232
Factus est de cœlo sonus, tanquam advenientis Spiritus vehementis. Act. Apost. c. 2.
Disc. VI.
- Tradatur de plenitudine gratiarum atque donorum, quam Spiritus sanctus confert: simulque ostenditur, quod Spiritus sanctus alium Spiritum nequaquam admittat; quin potius solus ipse totam domum, id est, cornu strum implere velit.* 235
Ereplevit totam domum. Et repletæ sunt omnes spiritu sancto.
Disc. VII.
- Sicut linguarum divisio quondam turris Babel deprestita; ita hodie donum linguarum Ecclesiam erigit, siquidem Apostoli per illas in predicatione & mundi conversione strenue pugnarunt.* 239
Apparuerunt illæ differtita Lingua.
Disc. VIII.
- Adducuntur aliæ rationes, cur Spiritus sanctus Linguarum figuram induerit.* 242
Apparuerunt differtita Lingua.
Disc. IX.
- Quale illud linguarum donum fuerit, declarator; vatisque in hac tem sacrorum interpretatum opiniones adducuntur.* 244
Caperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.
Disc. X.
- Figura ignis, in qua Spiritus sanctus descendit, Divinitatem illius denotat; nec non & necessitatem, quâ illo extremè indigemus; & alia nonnulla mysteria tanguntur.* 247
Tanquam ignis.
Disc. XI.
- Hic ignis Spiritus sancti imperii symbolum est.*

THEMATICUM ET DISCURSIVUM.

est, consumptisque idolatriæ, vitiorumque
firribus, humanam illuminavit cœcitatem,
ipsosque Apostolos incalescere fecit, & ani-
mosos reddidit. 250

Tanquam ignis.

Disc. XII.

Alia hujus ignis mysteria Spiritui sancto concin-
nè adaptata considerantur. 251

Tanquam ignis.

Disc. XIII.

Variae adducuntur rationes, cur Spiritus san-
ctus super Apostolorum aliorumque ca-
pitibus infederit; simulque sessionem
hanc stabilitatem denotare ostenditur.
255

Seditque supra singulos eorum. Act. Apostolo-
rum, cap. 2.

Disc. XIV.

Ex quibusdam vini proprietatibus, nonnulli
quos Spiritus sanctus in nobis operatur,
deducuntur effectus. 257

Misericordia deputant, quos Spiritus repleve-
rat.

Disc. XV.

De ebrietate spirituali quam mysticum hujus
sanctissimi Spiritus mystum in nobis opera-
tur. 260

Non sicut vos estimatis, hi ebrii sunt.

Disc. XVI.

Tractatur de Spiritu sancto sub symbolo aquæ;
Et per allusionem ad hanc variæ consideran-
tur illius effectus. 263

Fons vivus.

Disc. XVII.

Verborum illorum Apostoli ad Ephesios: No-
lite contristare spiritum

S A N C T U M. variae adducuntur interpreta-
tiones, in quibus monentur, ne spiritum san-
ctum contristemus. 267

Nolite contristare spiritum sanctum. Ad Ephel-
4. v. 30.

Disc. XVIII.

Ostenditur, quomodo spiritus sanctus dexteræ
Dei digitus uocinetur. 270

Dexteræ Dei tu digitus.

DISCURSUS XIX.

De multiplicitate effectuum, quos operatur Spi-
ritus sanctus, nec non de bonis multis que
confert. 273

Veni dator munerum.

Disc. XX.

Caritatis virtutem infundit nobis, atque ad

tentationes carnales vincendas opem singu-
lariter præbet. 276

Inferma nostri corporis, virtute firmans per-
petui,

Disc. XXI.

De septem donis Spiritus sancti; non de su-
bitibus ejusdem, aliisque gratiis. 279

Tu septiformis munere.

DE FESTO SANCTISSIMÆ TRINITATIS

DISCURSUS OCTO.

DISCURSUS I.

Sanctissimæ Trinitatis mysterium credere
oportet, eo quod à DEO nobis revela-
tum sit; Tractatur etiam de unitate, essentia,
& personarum Trinitate per aliquas simili-
tudines. 285

Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater,
Verbum, & Spiritus sanctus; Et hi tres unum
sunt. I. Ioan. § v. 9.

Disc. II.

Vt tribus Divinis Personis laudes & gratias
referamus, invitamus; Non vero ad tam sub-
lime mysterium capiendum adstringimur.
286

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Disc. III.

Deus magis se cognoscendum præbet iis
qui devotioni, humilitati, & bonitati
vitæ student, quam qui in literis operam
navant. 289

Abscondisti hac à sapientibus, & revelasti ea
parvulus Matth. 11 v. 25.

Disc. IV.

Ad capienda incomprehensibilia sanctissimæ
Trinitatis mysteria cor potius quam intelle-
ctus achiberi debet. 293

Diligite illum, & illuminabuntur corda vestra.
Eccl. c. 2. v. 10.

Disc. V.

Scientia cognoscendi Deum potius per viam
amoris quam studii acquiritur, & compara-
tur. 296

In charitate radicati & fundati; ut possitis
comprehendere quæ sit latitudo, & longitu-
do, & sublimitas, & profundus; scire etiam
supereminentem scientię charitatem Christi:
ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.
Ad Ephes. cap. 3. v. 17.

* 3

Disc. VI.

I N D E X

Disc. VI.

Spiritum sanctum ad sublimiora & ineffabilia
Divinitatis mysteria intelligenda interpre-
tem nostrum esse ostenditur. 299
*Per te sciamus da Patrem, noscamus atque Fi-
lium, te utrinque Spiritum credamus omni
tempore.*

Disc. VII.

*Sanctus Isaia Propheta ante sanctissimae Tri-
ados thronum duos Seraphinos, non vero
Cherubinos vidit, ad denotandum, quod ad
divinorum mysteriorum intelligentiam ha-
bendam amor potius quam sapientia viam
nobis aperiat.* 302
*Duo Seraphim clamabant alter ad alterum,
Sanctus, Sanctus, Sanctus.*

Disc. VIII.

Ostenditur nefas esse, si quis per brevem in-
tellectum investigare secreta cœlestia velit;
ut pote que potius credere & venerari debe-
mus. 305
*Qui scrutator est majestatis, opprimetur a glo-
ria. Prov. 25. v. 27.*

DE SOLEMNI FESTO

SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI

Discursus decem.

DISCURSUS I.

Ostenditur primo Festum hoc à Davide suisse
prædictum. Secundo de prima ejus origine,
deque primis motivis, quæ Urbanum IV. ad
hoc Festum instituendum permoverunt, tra-
ctatur. Tertio ad Festum hoc decenter hono-
randum, opus esse, ut Dei offensam decline-
mus, doceretur. 310

*Constituite diem solemnem in condensis, usque
ad cornu altaris. Ps. 117. v. 27.*

DISCURSUS II.

Explicantur nonnulla hujus institutæ solemniti-
tatis convenientiæ, & rationes exponuntur,
& cur eadem in hunc præcipue diem transla-
ta fuerit. Pulchra etiam exponitur moralitas,
quâ ostenditur acceptissimum Christo obse-
quium esse honorem, qui sacratissimo ejus
corpori exhibetur. 315

*Dies solemnis agitur, in qua mense prima re-
colitur hujus institutio.*

DISCURSUS III.

*Sancta DEI Ecclesia sanctissimo Sacramento
justum in hoc festo exsolvit gratitudinis
debitum. Similiter laudes & gratias, quas*

Sacramento huic referimus non tam à lingua,
quam à puro & mundo corde procedere de-
bet ostenditur. 318

*Quantum potes, tantum aude; quia major omni
laude, nec laudare sufficit.*

DISC. IV.

SS. Sacramentum in hodiernis Processioni-
bus gratias & benedictiones suas erogan-
do erga nos se liberabilissimum esse decla-
rat. Ubi eadem occasione malorum Christianorum
irreverentia erga hoc Sacramentum
graviter perstringitur. 322

*Pertransit benefaciendo & sanando omnes.
Act. Apostol. cap. 10. v. 38.*

DISC. V.

Lætitiam, ad quam in hac festivitate in-
vitatur, potius in interiori bonæ consci-
entiae simu, & virtutibus Christianis, bo-
nisque operibus, quam in externis de-
monstrationibus consistere ostenditur.
325

*Sit laus plena sit sonora, sit jucunda, sit decoris
mentis jubilatio.*

DISC. VI.

Corpori Christi acceptiora sunt spiritualia vir-
tutum bonorumque morum, puritatis item
mentis & corporis peristromata, quam quævis
ornamenta exteriora. 328

Parate viam Domini. Ita 40 v. 3.

DISC. VII.

Sacramentum hoc quod basis est fidei nostræ,
& in mobile Ecclesia firmamentum, hoc unicè
in hoc Festo intendit, ut nimur ad fre-
quentiorem reverentioremque sui cul-
tum populum inducat Christianum, con-
fundatque hæreticos. Ubi etiam aliqua hujus
institutionis tanguntur motiva; Et de con-
grua ad hanc Eucharisticam mensam præpa-
ratione. 332

*Christum Regem adoremus dominantem gen-
tibus, qui se manducantibus dat spiritus pin-
guedinem.*

DISC. VIII.

De hujus Sacramenti, hodierna que solemnita-
tis institutione sub sponsalitii & nuptiarum
figura tradatur. 335

*Egredimini. & videte filia Syon Regem Salomo-
nem in diadema, quo coronavit illum ma-
ter sua in die desponsationis illius, & in die
letitiae cordis ejus. Cant. cap. 3.*

DISC. IX.

Ecclesia in hodiernis Processionibus Passio-
nis

THEMATUM ET DISCURSUUM,

nis Christi opprobria recompensat, mortisque ejus victoriam & triumphum ob oculos nobis ponit. 339

Videmus Iesum propter Passionem mortis gloriam & honore coronatum, Ad Hebreos cap. 2. v.9.

Disc. VI.

Analogiae & Paralleli inter Christum & sanctum Ioannem Baptistam.

Quem dicunt homines esse filium hominum est ille dixerunt; Alii Ioannem Baptistam, Matthei cap. 16.

Disc. VII.

De mysteriis, ob quae sanctus Ioannes Baptista le vocem appellavit, deque prædicacionis ejus efficacia ex eo præcipue exorta, quod verbis semper unire contendet in opera; ac demum de admirabili ipsius in semetipsum aueritate & benignitate in alios. 370

Ego vox clamantis in deserto.

Disc. VIII.

Ponderatur ipsiusmet Christi de S. Ioanne Baptista concepta estimatio ex laudibus, quas ei attribuit, eminem quoque sanctitas ejus consideratur. 373

Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Ioanne Baptista. Matth. 11. v.11.

Disc. IX.

Variæ tanguntur mysteria, ob quæ S. Ioannes Baptista denominatus est Angelus. 376

Hic est de quo scriptum est: Ecce ego misso An gelum meum Luca cap. 7.v.27.

DE S. PETRO APOSTOLO.

Discursus quatuordecim.

DISCURSUS I.

Varia considerantur motiva, ob quæ credibile efficitur S. Petrum omnibus aliis in regimine Ecclesiæ fuisse prælatum. 380

Tu es Pastor ovium.

Disc. II.

Variae exponuntur prærogativa, quibus S. Petrus super alios Apostolos eminuit. 384

Tu es Princeps Apostolorum.

Disc. III.

S. Petrus velut caput Ecclesiæ consideratur, variaque ad id probandum rationes adducuntur. 387

Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Iohann. cap. 1. v.43.

Disc. IV.

Hanc petram sancti Petri omnes boni fundamenti condiones habuisse ostenditur, simulque quo sensu Christus pariter & Petrus

DE NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTÆ, Discursus novem.

DISCURSUS I.

De miraculis & prodigiis actionibus, in conceptione, nativitate & pueritia S. Ioannis patratis; deque ejus in annis puerilibus eximia sanctitate. 348

Et posuerunt omnes, qui audierant in corde suo dientes: Quis putas puer iste erit? L. ce cap. 1.

Disc. II.

Ex Ethymologia nominis S. Ioannis deducitur, quantus fuit gratiarum, donorum & meritorum ejus cumulus. 352

Ioannes est nomen ejus. Lucæ cap. 1.

Disc. III.

Super illis verbis: ERIT MAGNUS CORAM DOMINO, nonnullæ instituuntur considerationes. 355

Erit magnus coram Domino. Lucæ cap. 1.

Disc. IV.

Mundus lumen & agnitionem veri DEI sancto Ioanni Baptista in acceptis referre debet. 358

Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Iohann. cap. 1.

Disc. V.

Eminens sancti Ioannis Baptista sanctitas, infra cum humilitate conjuncta, summè est admiranda. 362

Venies fortior me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum illius. Lucæ cap. 3. v.16.

INDEX THEMATUM ET DISCURSUUM.

- Petrus petra illa fuit, super qua fundata est Ecclesia, declaratur. 391
- Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, Matth. cap. 6. Disc. V.
- Christus Petrum petram denominando, nomen suum sancto Petro communicavit; ideoque nonnullae inter ipsos emergentes analogie considerantur; simulque variae ad hanc petram alludentes figuræ & Scripturae in medium adducuntur. 394
- Imposuit Simoni nomen Petrus. Marci cap. 17, v. 16. Disc. VI.
- S. Petrus notitiam Filii Dei mundo fugeret; indeque nonnullæ super verba Petri Christi Divinitatem exprimentia considerationes instauruntur. 396
- Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Matth. 16, v. 16. Disc. VII.
- De clavibus S. Petro consignatis, & specialiter de clavibus Jurisdictionis & Scientiæ tractatur prolixius. 401
- Tibi dabo claves regni cœlorum. Matth. cap. 16. Disc. VIII.
- De fide S. Petri, ejusque stabilitate. 404
- Rogavi pro te petie, ut non deficiat fides tua. Lucæ c. 22, v. 32. Disc. X.
- Defensus in sancto Petro notatus in majorem ejus laudem & gloriam redundare ostenditur. 408.
- Scimus quoniam diligentibus Deum omnia convergentur in bonum. Rom. c. 8, v. 28. Disc. X.
- De obsequiis quæ omnes fideles, præcipue vero Reges & Imperatores pedibus S. Petri exhibent, fusius disseritur. 412
- Dicit ei Petrus: Domine tu mihi lavas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Joan. c. 13, 7. Disc. XI.
- De S. Petri humilitate à Christo exaltata. 417
- Simon Petrus procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum Domine, & ait ad Simonem Iesum, ex hoc jam homines eru capiens Luce c. 5, v. 8. Disc. XII.
- De amore S. Petri erga Christum. 421
- Tu scis Domine, quia amo te. Joan. c. 21. Disc. XIII.
- Causæ cur Petrus capte deorsum verso crucifixi voluerit, explicantur. 425
- Extenderes manus tuas, & alius te cinget, hoc autem dixit significans, quā morte esset clarificaturus Deum. Joan. c. 21. Disc. XIV.
- De honoribus sancto Petro exhibitis, deque insigni ejus erga irdem Romanam patrocinio; nec non de obligationibus, quibus haec civitas p̄e cunctis aliis eidem Apostolorum Principi obstringitur, latius agitur. 430
- Nimis honoratis sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.

Finis Indicis Thematum & Discursuum.

DE S. MARCO

DE S. MARCO EVANGELISTA

Discursus Quinque.

DISCURSUS I. Laudes S. Marci ex eo titulo deducuntur , quem ei S. Petrus attribuit, dum ipsum suum filium nuncupavit.

DISCURSUS II. De Prædicationis suæ efficacia, multisque conversionibus quas operatus est, nec non de insigni vitæ suæ exemplaritate.

DISCURSUS III. Ejus prædicatio, nec non Ægyptiorum per ipsum facta conversio, sub nubis figura ab Isaia prædicta fuit.

DISCURSUS IV. Hoc Apostolis à Christo impositum præceptum : *In quācunque domum intraveritis, primum dicite, Pax huic domui,* neminem melius Marco adimpleuisse ostenditur.

DISCURSUS V. De Analogiis & allusionibus, quæ inter Leonem & S. Marcum reperiuntur.

Laudes S. Marci ex eo titulo deducuntur, quem ei S. Petrus attribuit, dum ipsum filium suum nuncupavit.

DISCVRSVS PRIMVS.

*Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone collecta, &
Marcus filius meus. i. Petri s. v. 14.*

*Trad. 2. de
orat. Dō.*

I. Nter omnia præstantiora encomia, quibus condecorari potest S. Marcus, illum adeo nobilem à S. Petro ei attributum titulum unum esse existimo, ex maximè perspicuis eximiarum virtutum & prærogativarum suarum argumentis. Etenim S. Gregorius Nyssenus, dum impositum nobis à Salvatore nostro præceptum considerat, quo vult ut orantes æternum Patrem suum, nostrum Patrem appellaremus dicentes : *Pater noster qui es in cœlis,* subjungit : *Qui Patrem dicere jussit, mendacium dicere non permisit;* ac proinde cum primus Christi in terra Vicarius S. Marcum filium suum denominaverit :

Mans. Sanduanus lom. II.

Marcus filius meus, omnino credendum est, eum hoc adeo ratum privilegium o ptimè meritum fuisse, dignumque extitisse, qui tanti Patris diceretur filius. Equidem certum est eum non fuisse S. Petri filium secundam carnem, sed ut Hugo Cardinalis interpretatur : *Filius, quia ipsum convertit, & baptizavit, & in fide instruxit;* quo modo Religiosos Patrum titulo honorare consuevimus, eo quod in bonis Christianisque moribus fideliter nos instruant, animæque saluti æternæ promoveant, subsidia ferant. Porro Rexille qui Hirama hominem scientissimum & prudentem ad Salomonem destinavit, ut eidem velut peritissimus architectus, in templi fabrica deserviret,

A

cundem

DE S. MARCO EVANGELISTA

2

2. Paralip. eundem architectum Patris nomine insignivit,
dicens: *Hiram Patrem meam.* Ubi inter inca-
2. 13. ris ait: *Patrem suum vocat*, quia di terra
Israel peregre profectus docuit eum timorem
Domini & cognitionem veritatis; quo etiam
sensu credere possumus S. Marcum à S. Petro
filium suum nuncupatum fuisse; *Quia de ter-*
Liber. 16. de *peregre profectus,*
anim. id est, *huc Romam una cum S. Apostolo trans-*
migrans, Docuit eum &c. Scribit Philosophus:
Pater est quisvis aliquid habet in alio, ex quo
ille constat in fieri & esse perfecto. Ex quo capi-
te Deus noster respectu nostrum, quos genuit,
Patri nomen optimè meruit, quia esse perfec-
tissimum & nobilissimum, id est, animam
nobis communicavit: *Nunguid non ipse est*
2. Machab. *Pater suis qui fecit & creavit te.* Veritatem
7. 22. istam sancta illa Machabæorum Mater optime
cognovit, quando ad hosce conversa dixit:
Neque enim spiritum & animum donavi vo-
bis, sed mundi creator. Cum igitur S. Marcus
veræ & Christianæ religionis lumen & agni-
tionem qua imbutus fuit, imo quicquid Spiritu-
tus, virtutis, & perfectionis habuit, S. Petrus
in acceptis referre debeat, meritio ejus quoque
dicitur esse filius. Verum enimvero hinc dubi-
um quoddam enascitur, unde sancti hujus E-
vangelistæ merita misericordia adangentur; Et
enim quantus est corum numerus, quos S. Pe-
trus ad Christi fidem convertit quos baptiza-
vit, & in Evangelicæ doctrinæ dogmatibus
instruxit? quot sibi comparavit discipulos &
sectatores, qui omnes utpote in sanctitate &
scientiâ insigne, permagnâlab eo fuere astuta-
& commendari, & tamen nemo illorum
omnium ab eo adoptatus est in filium, præter
quam solus S. Marcus. Unde sicut Apostolus
de Christo ait: *Cui enim dixit aliquando An-*
Hab. 10. *gelorum, filios meus es tu?* Et rursum: *Ego ero*
illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium. ita
quoque in praesenti dicere licet; neminem ex
omnibus à S. Petro convertitis inveniri posse,
quem S. Petrus adeo in loquendo & scriben-
do cautus, prudens, & circumspectus, filii no-
mine condecorat, præterquam S. Evangelisti-
sta Marcus: *Non accepit spiritum servitum in*
timore, sed accepit spiritum adoptionis filio-
rum, in quo clamamus Abba Pater. Omnes a-
lli Petri discipuli, sequaces, subditi, & obe-
dientes servi fuere: at vero S. Marcus accepit
spiritum adoptionis filiorum. S. Cyprianus
scribit: *Quando Patrem Deum dicimus, quæsi*

filii Dei agere debemus ut quomodo nos nobis
placemus de Deo Pare; sic nobis sibi placet,
& ille de nobis filius. Eadem prorsus ratione
nos quoque dicere possumus, quod cum S.
Petrus eximio hoc filii adoptivi privilegio S.
Marcum cohonestarit, ex hoc satis perspicue
constat, quod merita in ipso, virtutemque a deo
sublimi gradu consentaneas atque condignas
perspexit. Et si S. Augustino dicere licuit:
Quanta cura animum tangit, ut qui dicit: Pa-
ter noster: tanto Pater non sit iniquus. Credi-
bile utique est, S. Marcum summum in id studio
conatum esse, ut se tanto Patre condignum,
minimeque degenerem filium esse probaret,
maxime cum ipse præ omnibus nascentis Ec-
clesiae fidelibus, cunctisque aliis Petri discipulis
solus hoc filii adoptivi titulo, microque privile-
gio insignitus fuerit. Enimvero de hac filiatione
Cardinalis Baronius ita scribit: *Marcum*
igitur, quem quod unice eum diligenter, Petrus Ann. 45;
in dicta Epistola filium suum appellat Quibus n° 19.
verbis excellentissimis hic Cardinalis haud
obscure infinuat, unicum motivum cur Petrus
S. Marcum filium suum appellari, fuisse teneri-
tudinem dilectionis, quam princeps Apostolo-
rum hunc discipulum suum fuit prosecutus. At
vero ex hinc quidam mihi emergit scopulus;
Sciendum namque est quod à teneritudine
amoris patrum erga filios derivatum fuerit
principium Idololatriæ principium; cuius ve-
ritatis piritus sanctus in libro Sapientie ma-
nifestum reddidit testimonium, dum ait: *A-*
cerbo enim luctu dolens Pater, cito fibi rapti *Sap. 14. 15.*
filii fecit imaginem, & illum qui tunc quasi ho-
mo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum co-
lere cepit, & constituit inter servos suos sacra
& sacrificia; atque ideo cum S. Petrus eum
principium in finem electus fuerit, ut esset Chri-
sti in terra Vicarius, ut Idololatriam penitus
subverteret & peccundaret, mirum est, quomodo
S. Petrus sciens quod excessivus parentum
amor erga filios, falsa quaquaversum exerit
simulachra, induci potuerit, ut quandam è
discipulis suis haud fecus ac filium suum teneri-
mè diligenter? Et tamen certum est quod
sanctum hunc Evangelistam præ cunctis aliis
ardentissimè amat, quia ipsum ad falsa nu-
mina subvertenda summè idoneum esse novit.
Sciendum est igitur, quod filius viva quædam
sit effigies & imago patris: *Imago bonitatis il-*
lus; ac proinde ut mundum retrus converte- *Sap. 7. 26.*
cunctaque Idola quæ in Ægypto potius,
quam

Rom. 8. 15

De orat.
Domin.

DISCURSUS I.

5

quam in quovis alio terra loco sedem suam habebant, exterminaret atque prosterneret, hunc filium suum, id est, hanc vivam sui effigiem in Regnum Aegypti summa cum providentia destinavit, ut paganam Regai illius gentem omnia genis impietatibus, superstitionibus, maximeque execrabilibus totius mundi factielegii deditam ad veri Dei agnitionem reduceret adeoque tantum abest, quod sanctum Marcum tenerim a sancto petro dilectum, & in filium adoptatum esse, Christianæ fidei quidquam prajudicaverit, ut potius præcipua ratio cui sanctus Marcus Idololatriam profligaverit, veramque Christi Religionem in Aegypto, multisque aliis mundi provinciis plantaverit, in eo vel maximè consitiat, quod utpote viva sancti Petri effigies & imago existens, verus ab eodem declaratus fuerit esse sancti petri filius.

Ecclesiast.
7. 25.
457

2. *Filius meus*. Ad parentes propriè spectat erudire filios. *Filius ibi fuit iherusalem*. Ac proinde cum sanctus Dionysius Areopagita de sancto petro scribens, illum Antiquissimum Thologorum culmen vocet, facile est conjicere, qualis fuerit illa Scientia Theologica, nec non divinorum mysteriorum sapientia, quā imbutas fuit sanctus Marcus, utpote ab ipso met sancto petro tradita, cuius immediatus Magister ipsam et increata sapientiam fuerat, cuique ex speciali quodam privilegio in tradendis Ecclesiae dogmatis assistebat spiritus sanctus. Unde panis quo sanctus petrus hunc filium suum nutriebat, alias utique non fuit, quam is de quo scribitur: *Cabavit illum pane & ea & intelligens, & aqua sapientia potavit eum*. Hancque eminentem sapientiam ipsem in Evangelio calamo suo exarato latè evidenter testificatus est, de quo B. Laurentius Justinianus ita scribit: *Nemo tandem sufficieret edicere quanta per hunc eruditamentum reverum, fidei Sacramenta, dona gratiae, future vita indicia, suspendi Salvatoris gesta, & veritatis testimonia sancta peregerit*. Eccliesia; hoc est et in quem Ioannes mysterioriter previdens, ait: *videlicet unum Angelum volantem per medium celum habentem Evangelium aeternum nuntiare evangelizare illud sedentibus super terram*.

Ecclesiast.
14. 15.
15. 3
Serm. de S. Marco.

3. *Filius meus*. Hugo Cardinalis filium manum & linguam patris appellat: *Manus patris filius, quia Pater per filium operatur*. Et alibi: *Oz Patris est filius ac proinde merito sanctus Petrus dicere de S. Marco potuit: Filius meus;*

cum enim tot annis individuus sancti Petri comes & discipulus fuerit, ei utique in prædicatione tuâ interpres loco servivit, atque insuper in omnibus ipsius præcipuis actionibus, eidein velut brachium dexterum erat: *Manus Petri & filius* (inquit Procopius) & *ejus qui claves Regni celorum accepit, socius mysteriorum nuntius, & arcanorum præceptor*. Ideoque de ipso dici potuit, quod Deus Moysi de Aarone fratre suo dixit: *Ipse loquetur pro te ad populum, & eris os tuum*.

4. *Filius meus*. Pater manet quodammodo in filio (inquit Lyranus) & ideo bonum filii est In cap. 1. etiam bonum. *Petrus*. Procopius de sancto Marco scribit: *Verè Petri filius fuit Marcus, ita illi regnum.* 37. lib. 2. mente & animo fuit similis. Illa namque quæ inter utrumque intercedebat indivisibilis unio, sufficienter exprimi nequit; ex quâ ortum suum habet quod Ecclesiam Alexandrinam, pro quâ fundandâ & admistrandâ sanctus Petrus ipsum destinarat & consecrata, nomine sancti Petri patris & Magistri condecorari; unde sanctus Petrus Damianus ait: *Tanta igitur Magister atque discipulus unanimitate coniuncti, tam confonit sancti Spiritus sunt inspiratione conflati, ut & Petrus manifestaret Evangelium Marco, & Marcus conficerent Ecclesiam Petro, quatenus dum quod suum erat alter transferret in alterum, quod cuique erat proprium commune esset amborum & utriuslibet totum esset, quod nosterque proprium possideret*. Ac tandem ad nostrum propositum concludit: *Vnde B. Petrus enim quasi ipsi dum & una cum membris ceteris filium vocat*.

5. *Filius meus*. Scriptura sacra filiorum propagini & successioni ædifici titulum attribuere solet. Sic enim ubi vulgata in libro Genes. 16. Genesios legit: *S. p. re saltem ex illa suscipiam 2. lib. 10. 5; Arias legit: Si forte edificabo ex ea. Unde etiam Agellius super illa verba psalmista: In Ps. 36. Fundamenta eius in montibus ianuis, ita scribit: *Ædificans verbo aptè usus, ut successionem regia propria indicaret etenim successio & propagatio generis, scilicet in Scripturis sanctis adificatione significari*. Unde S. Marcus meritò a S. petro filius ejus appellandus erat, quia supra petram illam, de qua alia quadam petra ait (*Petra autem erat Christus*) uper hanc Petram ædificans Ecclesiam meruit, nullus sublimius erexit & ædifici quam S. Marcus, qui Ecclesiam erexit Alexandrinani, eamque in ejusdem*

4
DE S. MARCO EVANGELISTA

Serm. 3.

dem S. Petri honorem consecravit; ædificium nimirum adeo nobile & præstans, ut cum ipsam Ecclesia Romana haud immixito concertare possit. S. Petrus Damianus postquam rationem reddidisset, cur S. Marci Alexandrina Ecclesia Apostolica & S. Petri appellata fuerit, non vero Antiochenæ Ecclesia, licet idemmet S. Petrus in ejus Cathedra tot annis sederit, dicit: Cur ergo Spiritus sanctus beatorum Pontificum mentibus ut hoc statuerent, inspiravit, nisi quod Petrum & Marcum mente simul & animo fide & voluntate non duos quodammodo, sed unum potius esse cognovit? Tanta scilicet idem Spiritus eos in vicem charitate confrinxerat, tanta mentis unanimitate confluverat, ut & cor unum, & mens esset una duorum; unde factum est, ut quæ sedes fuit Mari, fieret indifferenter & Petri. Unde idemmet sanctus Cardinalis in alio quodam sermone de hoc festo ita scribit. *Alexandrinam fundauit Ecclesiam, eamque postquam supra Petram, quæ Christus est insignis architectus erexit, gloriose Magistris suis nomine fideliter dedicavit.*

Serm. 1.

6. Filius meus. Eminentissimus Cardinalis Baronius alibi de S. Marco tractans ita de eodem scribit: Merito igitur et agenti divino nomine subiit in mentem Petri Pastoris omnium, ut dilectissimum discipulum Marcum, quem immensi amoris causa filium suum appellaret, mitteret Alexandriam. Porro certum est, quod quisquis amat in objecto à se dilecto bonum supponat, atque ideo ad qualēm quantumque virtutem & sanctitatem S. Marcum pertigisse creditis, quibus meritorum thesauris eum locupletatum fuisse existimatis, siquidem magnes quidam fuit, qui viscerissimum S. Petri amorem atque affectum sibi conciliavit; immensè amoris causa filium appellavit.

Anno 64.
n. 2.

7. Filius meus; iuxta conversationem parentum (inquit S. Petrus Damianus) se p̄veniunt merita filiorum. S. Marcus postquam longo tot annorum curiculo cum S. Petro intime ac familiariter conversatus fuerit, virtutesque illius heroicas, nec non sanctissima ejus exempla accurate obseruasset, tantum sibi exinde comparavit profectum, ut mox à S. Petro adoptatus fuerit in filium, utpote quem hac filiatione noverat esse dignissimum. S. Leo de Petro scribit: Si tunc opem ferre poterat umbras corporu quanto magis nunc plenitudo virtutis: quasi diceret: Si tunc sola S. Petrium,

Serm. 29.
de sanctis.

bra beneficia erat, infirmosque curabat, quanto majorem ad animas sanctificandas vim & efficaciam habere creditis ejusdem Apostolorum Principis virtutem & directionem; Atque ideo si diuturnum illud annorum spatium, quo S. Marcus sub umbra S. Petri commorando vixit, computare velimus, dicere usque cogemus: Si tunc supplicantibus proderat aura quoddam pertransiuntis, quanto magis gratia nunc permanentis? Utique tanto magis ei hæc gratia profuit, quanto certius est quod eadem ipsum in filium Petri transformarit.

8. Filius meus; Quod si filius & heres, inquit Gal. 4. Apostolus; at vero dicat aliquis, quamnam S. Petrus huic filio suo hereditatem dare potuit, qui aperte protestus est dicens: Argentum & aurum non est mihi, quique dicit: Ecce nos reliquimus omnia? S. Petrus Chrysologus de Patre cœlesti ita scribit: Cælestis Pater respondentes generi filios munieribus ditat divinum. Atque eundem in modum S. Ambrosius huic objectioni respondet: Etsi pauper est, eis si non Lib. de be. habet divitiarum copias quas relinquat filius, nedicit. Pa. habebit tamen benedictionis hereditatem, qua triar. c. 1. sanctificationis opes successoribus largiatur; Enimvero quis est adeo terum ignarus, qui claves cœlestis ætatis, in quo donorum, gratiarum, benedictionumque divinarum thesauri recluduntur in manibus S. Petri depositatas fuisse ignoret, ut ab ipso (inquit S. Leo) Epist. 49. quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet: Cum igitur idemmet Apostolorum Princeps, alii suis coepiscopis salutare hoc consilium suggesterit: Vnuusquisque sicut accepit in alterutrum illam administrans; Petri 4. sicut boni dispensatores multiformis gratia Dei; & aliunde certum sit ipsum omnes cœli thesauros dispensando suis habuisse manibus conceditos, dubium non est, quin eodem cœlesti thesauro S. Marcum, quem tenerissimo amore dilexit, & amantissimi filii loco habuit, præ omnibus aliis mirè locupletasse.

9. Filius meus. Solent parentes perpetrata à filiis suis furtu facili negotio eisdem condonare. Unde Chrysologus de filio prodigo scribens ait: Delict. non videt vis amoris. Etenim S. Marcus furtum quoddam, pium tamcirca S. Petrum commisit, siquidem Evangelium, quod ex ore Petri frequentius audivit, sibi vindicavit. Unde Hugo Cardinalis

DISCURSUS I.

5

nalis in proœmio super Evangelio S: Marci ita scribit: In secundo libro Ecclesiastica Historia, Petrus ut per Spiritum sanctum religiose spolia- tum se compersit, furto delectatus est fidem eorum per hoc, dicitur enimque considerans factumque confirmavit, & in perpetuum legendam Scripturam Ecclesie tradidit. Sectatores namque S: Petri interpres ejus Marcum, ut eis Evan- gelium conserbaret, impensè rogarunt, quod felicitet quoque est executus: *Ag quorum peti- tionem scriptis Evangelium, & Petrus confir- mavit.*

Malac. 1,6

10 *Filius meus.* S: Malachias Propheta scribi- bit: si Pater ego sum, ubi est honor meus? Et qui- dem potius dicere debuisse videri posset: Vbi est filius meus? Veruntamen optimè dixit, ubi est honor meus, quia filius gloria & honor est Pa- tris. Unde Clemens Romanus ait: *Gloria Patrum est filiorum sanctorum;* ac proinde qualis honor S: Petro & Ecclesie Dei quam fundavit. per S: Marci virtutes accessit. Adhæc ex quo Spiritus sanctus dicat: *Qui honorat Patrem iucundabitur in filio;* quis est qui ignoret quantum Deus S: Marcum in filii suis, quos prædicatione sua mediante Christo genuit, subliminari, siquidem illos non solum Christi sectatores efficit; ve- rum etiam eoldem in sanctitate & perfectione eminentes, quales Esa: fuere, reddidit.

*Li. 7. con-
stit. c. 25.*

Ecccl. 3,6.

11 *Filius meus.* At vero moveri hoc loco dif- ficultas quedam posset, prima facie admodum considerabilis, videlicet qua ratione S: Marcum velut dilectissimum S: Petri discipulum se exhibuisse dici possit, siquidem ex Evangelio quod calamo suo exaravit satis liquido constet eum multa sub silentio pertransisse, qua in magnâ redundare poterant S: Petri Apostoli gloriam; ex altera vero parte ea potius ampliasse & ex- aggerasse, qua in eo repræhensilia esse vide- bantur, prouti in specie quoad negationem S: Petri fecisse noscitur. Ut proinde S: Petrus merito de eo dicere potuerit: *Filios enutris;* & ex- altavi, ipsi autem preverunt me; vel etiam: *Vorenda Patris sui nuntiavit fratribus suis,* prouti de Cham dicitur, cum tamen alii illius fratres paternam commeruerint benedictio- nem, quia operuerunt vorenda Patris suu. Cur B: Marci (inquit S: Petrus Damianus) am egre- gio, tam insigni præceptoris tuo, quem animo de- votus unice diligis, modo non parci? ut quia laudibus sine offerenda, pratereat, & que reprehensioni videantur apta, describas? Ettamen S: Pe- trus in bona veritate de S: Marco dicere po-

tuit, quod æternus Pater de filio suo perhibuit, scilicet: *Hic est filius meus dilectus, in quo misericordia complacui, ipsum audite:* siquidem uni- versa divina secreta, ei velut Ecclesia capiti à Christo manifestata specialiter S: Marco reve- lavit, eidemque Evangelium, quod mundo an- nuntiatur erat, ad calamum dictavit; ideoque tanquam dilectus tanti Patris filius sensum Pa- tris sui exactissimè secundabat, laudes S: Petri subticendo, & revelando ejusdem defectus; sciebat enim gratissimum se S: Petro præstiu- rum obsequium, si suppressa omni ejus laude, defectibus divulgandis operam daret: *Cum unus utrumque Spiritus impleat,* (inquit S: Pe- trus Damianus) *unus utriusque corda possident,* alter ab altero, ille in docendi, iste in scribendi studio non discordat sicut enim Petrus à propria sui laude se cib:but, ita veridicus illius inter- pres, ab ea quam in Magistro non dedit, sua descriptionis articulum refranarvit. Roterat quidem S: Marcus glorioforum operum Petri ex Evangelio jam dudum ante conscriptio- nem publicato sufficientem habere notitiam; sed morigeratus est Magistro, & qui non dele- tabatur suis laudibus, absinuit alienis. Erro- res potius & imperfectiones S: Petri exaggera- vit, quia per hoc se Petro obsequium prætitu- rum esse sciebat, cum sanctorum proprium sit gaudere dum mundo eorum errores manife- stantur, ut dum post lapsum suum gloriósius resurrexisse comperiuntur, major inde Deo utpote, qui principalis ejusmodi resurrectio- nis author extitit, gloria resulteret; ipsisque pec- catoribus ipse luggeratur suo quoque tempore ad pœnitentiam resurgendi.

12. *Filius meus.* S: Bernardus occasione pri- mæ dictioñis, à qua oratio Dominica exordium suum ducit, scilicet Pater, ita scribit: *Oratio qua à paterno dulcis est nomine, omnium petitionum impetrandarum mihi fiduciām præbet.* Quis i- gitur præter S: Marcum inter omnes alios san- ctos coram S: Petro adhiberi poterit interven- tor, qui ad gratias ejus obtinendas majorem habere possit efficaciam? utique nullus, siqui- dem is Apostolorum Principi filii loco fuit. Atque ideo in ejus intercessio- ne plurimum confidere possumus.

* * *

*

A 3

De

De Prædicationis suæ efficacia, multisque conversionibus, quas operatus est S. Marcus, necnon de insigni vitæ ejus exemplo.

DISCURSUS SECUNDVS.

Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Lucæ cap. 10. v. 2.

Omnino existimo, quod quando cœlestis ille Agricola Christus per Palestina Civitates aliaque loca septuaginta duos discipulos amandavit, ut evangelii femente in quaversum dispergerent, ipse universam terram paulo post eodem semine imbuendam unico obitu prospiciens dixerit: *Messis quidem multa, operarii autem pauci;* *Rogate ergo, &c.* Quæ preces utique æterno Patri plurimum acceptæ fuere siquidem præterquam is Ecclesia nascenti de tot aliis recessoribus Evangelicis prospexerit, insuper etiam S. Marco specialiter inspiravit, ut S. Petrum constanter sequens, conscriptum à se Evangelium tanto cum fructu prædicaret, Deoque compararet innumerablem animarum messem. *Messis quidem multa.* Porro quod in propositi thematis verbis vel maxime considero, est dictio illa *operarius;* Fuit etenim sanctus Marcus in haec spirituali Ecclesiæ cultura indefessus optimeque meritus operarius; unde in prima collecta misericordiæ hodiernæ hæc ei specialis laus adscribitur; *Deus qui beatum Marcum Evangelistam tuum Evangelicae prædicationis gratia sublimasti;* ac demum in secunda collecta denuo repetit: *Sicutus prædicatoris Evangelista illum fecit gloriosum.* Etenim hujus sancti historia, eam quam efficaci prædicatione sua in infinitâ hominum multitudine causavit conversionem ex variis

capitibus summè admirabilem fuisse tatis evidenter monstrat.

2. *Messis multa.* Et quidem primum efficacis prædicationis sancti Marci argumentum fuit Ecclesia Alexandrina, quam prædicatione Evangelii sui erexit: *Primum ipse in tota Ægypti regione, Lybia, Marmarica, Ammoniaca, & Pentapolitana Christi Evangelium,* quod scripsit, predicavit, postquam enim in societate Petri velut ejus interpres constitutus alios multos tum hic Romæ, tum etiam Aquileiæ ad Christum convertisset; demum ut Cardinalis Baronius observat, Alexandriam invitans fuit: *Vt ibi Evangelium prædicaret, ubi velut ex quodam orbis theatro, ex Asia, Africa, Europa, tot gentes essent simul collecta,* idemque iure efficeret; *ut ex tot nationibus Ecclesia nobilissima sui ipsius nomine congregata post Romanam haberetur omnium facile Princeps.* Unde sicut sanctus Petrus Romanum, quæ totius mundi caput est, sibi elegit, ita sanctum Marcum dilectum filium suum Alexandriam, quo tunc universus confluebat mundus, ablegavit, ac proinde procopius hanc ei laudem attribuit: *Orbem terrarum illustravit.*

An. 64. n. 13.

Apud Sur.

2. *Messis multa.* Alterum efficacis prædicationis sua argumentum non tam tuit innumera infidelium animarum ad fidem conversarum multitudo, quam admirandus, quem in illis divino verbo mediante parturit, fructus: *Cu nimis rurum Deus misericors* (inquit sanctus Petrus Damianus) *tanti verbi virtutem conseruit,*

S. Marco,

DISCURSUS II.

7

tulit, tantam prædicationis efficaciam prærogavit; ut omnes qui tunc ad fidei rudimenta confluenter nox per continentiam, ac totius sanctæ conversationis instantiam tanquam ad monastica perfectionis fastigium convolarent. Enimvero ut hic prædicationis sancti Marci egregius fructus tanto magis innotescat, consideremus obsecro, ad quem virtutis & Christianæ perfectionis apicem illi, qui ab hoc Apostolo conversi fuere, pervenerint, quantaque in iis antea regnari impetas. Hugo Cardinalis dum illa verba ipsiusmet sancti Marci de SS. Apostolis in die scensionis ad mundum convertendum quaquaverum a Salvatore dispersa dicta, interpretatur, videlicet: *Hui autem profecti prædicav-runt ubique Domino cooperante & sermone meo confirmante sequentibus signis interrogat, ex quibusnam signis prædicationem aliquam fruasam & effacem fuisse, colligi possit; ac deum dicit: Tria signa debent sequi: prædicationem; primum est compunctione auditorum; secundum cor v. isso peccatorum; tertium confirmatione istorum.*

Omnia autem signa hæc in iis qui à sancto Marco conversi fuere, simul concurserunt. Audite enim ad quemnam sanctitatis veræque patientie & compunctionis gradum iidem pertigerint. Sanctus Hieronymus refert, quod Philo Hebreus, eorum qui à sancto Marco non solum in Alexandria, verum & in multis aliis provinciis conversi fuerunt, laudes & praeconia prolixè recenscat: *Habitacula eorum dicens monasteria, ex quo apparet talem primam Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc Monachi esse intuntur & cupiunt, ut nihil cuiuspiam proprium sit, nullus inter eos dives, nullus pauper, patrimonia egenitibus dividantur, orationi vacetur & Psalmis. Doctrina quoque & continentia, quales & Lucas refert Hierosolymis fuisse credentes; adeo quod sanctus Marcus solus tantundem in universo Ægypti Regno, cunctisque aliis provinciis operatus est, quantum omnes Apostoli simul conjuncti Hierosolymis, imo ipsemet Christus per prædicationem & præsentiam suam, perque inaudita miracula & vitæ sue sanctissima exempla in Judea patrarent. Talius ergo (inquit sanctus Petrus Damianus) sub Marco Alexandrina fuit Ecclesia, qualis & Hierosolyma fuisse sub Apostolica legitur disciplina. Et quidem quales existimas fuisse populos illos à sancto Marco*

convertis? In Historia vitæ sua dicitur: *Pri-*
mus ipse in tota Ægypti regione, Lybia, Marmarica, ammoniacā, & Pentapoli Christi Evangelium prædicavit. Notandum est autem, quod de lascivis, & carnis sensualitati deditis hominibus Oseas scribit: Non dabunt cogitationes Osee. c. 5.

suis ut revertantur ad Dominum, quia Spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognoverunt. Pentapolitanos autem lascivos venerique totaliter deditos fuisse quis dubitat? & tamen idem Damianus eos sub

Marci regimine constitutos, seb. etatis simul ac pudicitia deditos fuisse scribit. Fuit quoque aliud pentapolitanorum inexpibile vitium, Ezechio 16.19.

per quod incredibilem contra se ecclii iram provocarunt, nimirum satiricas panis Atvero

Marcus, ut Procopius dicit, Ægyptum illustra-

vit; neque enim hoc ad laudationis & gloria

materiam parum est, cum difficultus sit tollere

spinosorem factam, quam illam que purgata

est, labore studio excolare Erat potro Ægyptus Sur.

Idolatriæ tanto studio dedita, ut ipsa quoque

alia, porros, cepas veluti Deos & numina

lui adorarint; unde Poeta quidam per Itoniam

de ipsis cecinit: O sancta gentes, quibus hac

nascuntur in horis numina! Scribit quoque de

illis regei incolis facta historia: Cum essent

corde incircumcis & durissimo, id est servie-

bant, pleni omni impuritate. Quia vero, ut S. I-

sidorus ait: Marcus vocatur malleus, ideo mal-

leus hic durissima hæc saxa confregit planeque Lib. 19.

communiuit, id est, dura illa & faxa corda præ-

dicatione sua mediante emollivit, implevitque

quod scribit Jeremias: Nunquid non verba orig. c. 7.

mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens Ierem. 29.

peiram? Fingunt Poetae Amphionem per lyrae

sue suavitatem saxa loco movere, sibique at-

trahere potuisse, hacque ratione effecisse, ut

Thebana erigerentur mœnia. Unde Horatius

scribit: Dicitus est Andromon Thebana conditor

urbis jax amo vero soni. Verissimum est autem

prædicatione sancti Marci saxa hæc Ægyptiorum

corda, è quibus is qui Rex istorum erat,

filex dici poterat durissimus, emolitus & com-

motu fuisse ad Ecclesiam Alexandrinam adeo

celebrem erigendam, vel etiam ad supernam

illam Jerosolymam extrudendam, de qua scri-

bitur: V. b. beatæ iherusalē, dicta pacis uiso, que

construitur in cœlis vivis ex lapidisbus. S. Hie-

ronymus de sanctis illis, qui Eremos illas, quæ Epist. 1. de

opera S. Marci populos effectæ fuerunt, in-

cole-

Capult.

Descript.
Eccles.

Ser. 2.

colebant, tractans, ad propositum nostrum aludere videtur, dum ait: *O solitudo in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi civitas magni Regis exstruitur. Enimvero nullus erat in universo mundo populus superstitionum, sacrilegiorum, & magiae omniumque aliorum execrabilium scelerum tenebris magis immersus, quam Aegyptus, de quibus proinde ipsem*

L. 3. Thes.

S. 8.

Cicero scribit: Aegyptiorum morem quis ignorat? quorum imbuta mentes pravitatis erroribus, quamvis carnificiam prius subierint, quam ibim, aut asperdem, aut felem, aut Crocodilum violenti; Multo autem clarius de illis Historia loquitur, dum ait: Idolis serviebant pleni omni impuritate, & impurorum spirituum cultores, per omnes enim urbes ac Provincias templo & lucas constituebant, syderum etiam eventa, & magicae artes, omnisque Daemonum facultas apud eos exercebatur. Fuit igitur idem ille populus à tot seculis juratus populi Dei inimicus, quorum proinde Rex verum Deum contemnens publicè protestabatur dicens: Nescio Dominum, verumque se consequenter declarabat Atheistam. Hi autem incarnati Demones, hac phrasí, sive epitheto illos de vestra venia appellare licet, opera prædicationis S. Marci facti sunt Essi, id est, iidem, qui antea adeo fuerunt impii & sacrilegi, adeo præclarí fasti sunt sancti, ut verum quoddam fuerint Ecclesiæ Dei in vera, solida & eminenti sanctitate speculum. Essi namque in Graeco, idem est quod sancti, & hoc nomine plurimi Aegyptiorum à S. Marco converti appellati fuerunt.

Matt. 9:37 *Verum enimvero quemnam S. Evangelista modum adhibuit, ut prædicationem suam adeo efficacem redderet, eique tantam energiam adspargeret? Audite obsecro quid & quales illi fuentint. Matth 9 Salvator noster ait: Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ubi Cajetanus optimè notat Christum non dixisse orate & supplicate celesti illi Agricolæ, ut scribas vobis mittat, vel Sacerdotes, sed operarios, quia tametsi ingens sit Sacerdotum, Doctorum, & Prædicatorum numerus, Paucitamen sunt operarij, quia pauci qui vita & doctrina student salutis animarum. S. Bonaventura quoque ita scribit: Signanter dicit operarij, quia ad hoc quod falsa prædicationis messem colligat, necesse est, quod manus operis eam teneat. Etenim sanctus Marcus verus quidam operarius fuit, quia animarum saluti*

proponendæ non tam per doctrinam, quam per vita sanctitatem operam dedit; Unde Procopius ait: In ista splendidissimi soli humanæ animæ illustravit. Non appellat illum Procopius Lucem, qualem Christus Apostolos suos esse dicebat, dum ait: *Vos estis lux mundi: luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona,* sed clarissimum solem ipsum vocitat ob eminentissimam ejus sanctitatem. Sanctus paulus ad Timotheum scribit: *Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo operarium inconfusibilem,* 2. Tim. 2. recte tractantem verbum veritatis. Quem textum primarius ita declarat: Qui dictum exemplo confirmat, quia sicut ornamentum vita doctrinæ, ita ornamentum doctrina conversatio bona, quia non bene docentur verbis, si desirantur exemplis. Ehem vero quam bene titulus iste in sancto Marco adimpletus fuit, quanto cum jure præconium istud operarii in hac messe Evangelica utilis & fructuosi promeritus fuit, siquidem Evangelium pari passu verbo & exemplo prædicavit. Nam ut sanctus Hieronymus in lectionibus matutinis attestatur: Constituit Ecclesiam tanta doctrina & vita continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Sanctus quoque petrus Damianus ait: *Quos utique beatus Evangelista non solum miraculorum plenimque prodigijs, non modo sanctæ prædicationis erudiebat eloquio, sed ad spiritualis vite reitudinem, eximis etiam propria continentia ac pietatis provocabat exemplis Veruntamē quod si verba sancti Hieronymi bene advertitis, plurimum sanctus hic Doctor per verbum illud, Cogeret, nobis insinuavit; nimur quod discipulis & sectatoriis suis per exemplum suum quandam ad se imitandum violentiam intulerit, unde idem Cardinalis Damianus subjungit: Ut omnes penè vaporantis fidei fervore succensi, ita ad novæ conversationis viderentur anhelare propositum, ac si monastica perfectionis arduum arriperent institutum. Quibus in verbis valde considerabilis est dictio illa, Omnes. Tritum quidem est adagium: *Regis ad exemplum totus componitur orbis:* id tamen nequaquam mirandum est, quia in Rege tum authoritas, tum facultas benefaciendi iis, qui in sequelam, servitum, & imitationem ipsius sectantur, omnes facilissime attrahit, ita ut nullus eos sectari dedignet, imo vero glorietur potius unusquis-*

DISCURSUS II.

quisque in eo quod Principis mores amulevit: at vero quod vir quidam pauper, inops, & discalceatus, omnique mundo subdio destitutus, res sensui carnis adeo contrariae & repugnantes, quales Christianae virtutes erant, predicando, proponendo dogmata humano intellectui adeo incomprehensibilia, qualia sunt fidei nostrae mysteria tot nihilominus in regione adeo scelerata & criminosa, qualis Aegyptus erat, sectatores habeat & discipulos, quodque omnes ad exemplum sui cogeret, hoc est quod vel maxime est obstupescendum; idque sancta Ecclesia illis verbis insinuat: *Prædicatio Evangelica fecit gloriosum. Spiritus sanctus septem illorum filiorum Macchabæorum martyrum referens, de uno eorum, qui tertio loco martyrio affectus fuit, dicit: Lingua postulatus cito protulit. Et manus constanter extendit.*

*2. Macch.
7. 10.*

E quibus verbis dubium quoddam subnascitur, cui videlicet uno eodemque tempore linguam pariter & manus carnificinae ultro citroque offerat, præcipue cum à carnifice nil præter linguam postularetur? cur non potius alias quandam corporis partem, puta collum ensi, pectus fulmini, aut pedes subjecit? cur una cum lingua manus quoque offerre voluit? nimur per spiritus sancti instinctum nos docere volunt, quod ad fidem constanter confitendam, nulla sit melior, quam linguae & manuum conexio; id est, ea quæ sunt fidei conformia palam edicere, idemque quod prædicare & persuadere nimirum, operari, nam ad imprimendum auscultantium animis Dei verbum, nullum est efficacius medium, quam si prædicator prius exequatur opere quod ab eo prædicatur & persuaderetur: *Verba vita populi non solum vocibus (inquit S. Petrus Damianus) sed etiam moribus nuntiemus.* Enimvero de S. Joanne constat, quod non obstante, quod in deserto quodam prædicaverit, sua tamen prædicatione admirablem fructum fecerit: quosnam autem ejus Auditores tuisse existimas? milites hi erant & publicani, *Genimina uiperarum,* & tamen hi omnes ex ejus prædicationis energiâ compunati exclamabant: *Quid faciemus?* quia, ut ait Author operis imperfecti; *Amplius resonabat conversatio vita ejus in Eremo, quam vox clamans ipsius,* & magis expavescere faciebat at homines operibus suis quam verbis. Et tametsi ipse ex mera humilitate se nil præter vocem esse dixit: *Ego vox clamantis,* attamen teste Chrysostomo vestitus, ita, loco totus penitentiâ in-

Serm. 167. folio 97v. Mans. Sanctorum tom. II.

cessit prædicabat etenim per abstinentiam, solitudinem, cilicium, & in cunctis aliis quæ corpus spectabant, mera erat vox penitentiae; & ideo à vero nequaquam aberrabit si S. Marcius veram quandam fuisse S. Joannis Baptista effigiem vobis imaginati fueritis, qui tamen universa Ægypti deserta populo reddidit, idque virtutis & sanctitatis suæ exemplaritate: unde inter sanctissimorum exemplorum suorum discipulos jure merito recensere potest Paulos primos Eremitas, Antonios, Macarios & Hilariones, pluresque alios, qui ejus amulatione Thebaïdam post ipsum laetificarunt: quia Omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogebat.

s. Prædicatio Evangelica fecit gloriosum. Nā

per ejus heroicum ab omnibus hisce rebus terrenis recessum in Ægyptiorum cordibus bonis temporalibus omnino deditis, fidem vivam, bonorumque æternorum desiderium impresit. Postquam S. Lucas in Actibus Apostolicis,

Ad. Ap.

fidelium neminem quicquam sibi proprium

4.33.

possedit narrasset, protinus subjunxit: *Virtute magna reddebat Apostoli testimonium Resurrectionis Iesu Christi;* quod idem erat, ac si di-

Opusc. 24.

xisset novam legem Evangelicam ingenti cum

fructu annuntiabant Porro S. Petrus Damia-

nus mysterium detexit, cui videlicet Evangelista

post recensitam primorum fidelium expro-

priationem Historiam prosecutus non fuerit,

sed potius aliud quidpiam ab eo antecedenter

scripsit longè diversum subtexuerit, & re-

spondet id nequaquam ex errore, sed propter

mysterium factum fuisse: *Ut ostendat quod illi*

duntaxat idonei sunt ad prædicationis officium, qui nullum terrena facultatis possident luerū.

Erat S. Marcus dilectus Petri illius filius, qui

aliam hereditatem quæ ei benefacere posset,

non habebat, nisi hanc: *Ecce nos reliquimus*

omnia. Argentum & aurum non est mihi. Et

In Apolog.

merito. Nam S. Gregorius Nazianzenus opti-

mè quales Christus Apostolos suos qui Evan-

gelium populo annuntiati erant, esse volue-

rit, describit dicens: *Ita expedit & modesti, &*

ut uno verbo dicant cœlestes, ut non minus ob

eorum vitam & mores, quam ob sermonem atq[ue]

doctrinam Evangelium currat. Unde quantum

S. Marcus à terrenis rebus expeditus fuerit, ex

eo satis conjici potest, quod Historia vitæ suæ

ei non cœlestis sed divini hominis titulum at-

tribuat: *Cum Divinus Evangelista Marcus in*

Syr.

Cyrenem urbem Pentapolis venisset, & cœlestis

B

Christi

Serm. 2. de S. Marco. Christi regnum prædicasse. Præcipù verò illum ob insigne illud verbi divini ministerium divinum appellat. Multi per eum crediderunt in Dominum Iesum Christum. Calitus quoque Papa Apostolicos Prædicatores animas vocat; de Christo enim loquens dicit: Misit ad prædicandum animas. quas Pater preelegerat; quasi dicere vellet, ad hoc ut Prædicatores insigne sibi comparent animarum lucrum, opus est omnino, ut & ipsi quoque instar animarum se habeant, id est, puri spiritus existant, haud secus ac si sensuum usum non haberent, sed sine corpore, & à mundo totaliter sequestrati, atque ab omnibus objectis sensibilibus divisi sunt, ad eum modum quo anima è corporibus suis separari nesciuntur.

6. *Prædicatione Evangelica gloriosum fecit.* Eximium profecto erat illud Julio Cæsari attributum præconium quando unius manuum suorum ensim, alteri verò commentarios illius inferendo hanc eidem subjungebat Epigraphen: *n'uroque Cæsar, quasi admittantes in eo singularem qua prædictus erat dexteritatem, quā æquali cum vigore calatum pariter & ferrum seu ensim stringebat.* Porro de S. Marco S. Bonaventura scribit: *Doctor fuit Ecclesie primo facili, seundo verbis, tertio scriptis.* Unde ad quam ipse perfectionem pervenit, aliorum nullus unquam pertigit, siquidem Evangelium eā cum vita sua exemplaritate & perfectione prædicavit, ut eos quos ad veram rediget Christi fidei sanctos perfectissimosque reddiderit. Prædicarunt quidem & alii conscriptum à se ipsis Evangelium viva voce, veruntamen non tanto cum fructu id præstiterunt. Unde S. Petrus Damianus: *Idem scriptor, qui & prædicator extitit Evangelii; dem quodammodo faber, qui & agricola, ipse sibi vomerem fabricavit, quod videlicet ad spargenda sacra fidei semina humani cordis arvia proscidit.*

*Serm. 2.**Serm. 1.*

7. *Prædicatione Evangelica gloriosum fecit.* Quia quod attinet sinceritatem & industriam qua usus est in Evangelio perfectè & accurate annuntiando & confabendo, omnes alias Evangelistas longè superavit; Id quod S. Petrus Damianus perspicuis verbis confirmat dicens: *Perscrutantes omnes ferè paginas scripturarum iuvencire via possimus spiritum veritatis castum, vel circumspetius per aliquem quenlibet*

quam per os Marci fuisse locutum. Quamvis autem nuda, sincera, & sine fictionibus prolatà veritas ad permovēdum auditorum animos fidem & energiam obtineat, nemo est qui ne- sciat. Ex omnibus autem sincerè conscripti Evangelii sui argumentis hoc unicum mensu sufficiat, quod videlicet, quod tametsi tot annis discipulus intimus & fideissimus Petri interpres extiterit, atque ab eo tanquam aman- tissimus filius summo fuerit in precio habitus, ob id tamen nihil dicere omissit eo. ut, quæ in eo reprehensibilia fuisse nesciuntur, nimirū, quod Christus eum Satbanā appellari, quando eum à Passione & morte suâ dehortari & detergere nitebatur; ipse quoque præ omnibus aliis Evangelistis Petri negationem quam maxi- mè exaggeravit. Unde Chrysologus ait: *Di- scipulus farris fuit, unde maximè ipsum admirari debemus, quia non solum Magistri delictum in Mastib non occulavit, sed exquisitus etiam quam ca- teri, hoc ipso quia discipulus erat, conscribere potuit.*

8. *Prædicatione Evangelica gloriosum fecit.* Quia postquam cum tanto animatum fructus Evangelii prædicationem consummasset, con- stantissime paulus est le in odium dicti Evangelii crudeli martyrio sacrificari. Porro S. Fulgen- tius de verbo Dei prædicato ita scribit: *Dum sancta prædicationis altissimum concendimus thronum, vestris immolatur sensibus verbi Domini sacrificium.* hoc autem divini verbi sac- rificium cum Marcus per solidum novende- cim annorum decussum cum ingenti plurima- rum animarum lucro obtulisset, Deus quoque ita circa ipsum disposuit, ut Martyrio, quod perpessus est, mediante ipse quoque sacrificaretur. Unde Procopius scribit: *Quis ante sacrificium offerebat, in proprie Christum sacrificium factus est.* Fructumque prædicationis sua languis fin effusione in populis illis magis ma- gisque stabilivit, per tot secula in illis tot ana- choretarum qui fortissimæ in Ecclesia Dei

Serm. 10.
ex Noviss.
columnæ extierunt, desertis Apo-
stolicum continuando
spiritum.

Ejus Prædicatio , nec non Aegyptiorum per ipsum facta con-
versio sub nubis figura prædicta fuit.

DISCURSUS TERTIVS.

*Ecce Dominus ascendet super nubem, & ingredietur
Aegyptum, & commovebuntur Simulachra
Aegypti. Isaiae cap.19. v. 1.*

Isaías , qui gloriose epitheto Propheta Evangelicus appellatur , in prædicendis novæ legis gratiæ evètibus summè est admirandus. Auditore obsecro , quām vivaciter factos à S. Marco in Ecclesia Alexandrina progressus delineavit: *Ecce, inquit, dominus ascendit super nubem levem, & ingredietur Aegyptum.* Enimvero sciendum est, quod Nubium nomine Apostolici significentur prædicatores. Ita enim sacri interpres sequentia ejusdem Prophetæ verba ; *Qui sunt hi qui ut nubes volant, interpretantur Nubes sunt prædicatores* (inquit sanctus Augustinus) *verbis: veritatis.* Unde quando Isaías futurum esse prædictit, ut Deus super nubem quandam ascensens Aegyptum ingredereetur, dicere voluit, ut Hugo Cardinalis interpretatur: *Ascendet dominus, id est, in notitia veniet, id que nube quadam mediante, id est, prædicatore quodam apostolico mediante, Aegypti lumen, notitia, & agnitus veræ fidei communicabitur.* Et cognoscetur dominus ab Aegypto, inquit in eodem Capitulo præfatus Isaías: *Et cognoscens Aegyptii dominum in die illa & colent eum in hostiis, & in muneribus, & vota vorabunt domino: quia sancta religione nostra à sancto marco imbuti, mores & vitæ conversationem ea ratione mutabunt, ut per castitatis & paupertatis vota deo se obstringentes*

vitam deinceps professuri sint monasticam. Atque ideo Cardinalis Baronius sanctum Marciū primū Monachismi institutorem fuisse opinatur *Ingredietur Aegyptum, & commovebuntur simulachra Aegypti, à facie ejus, & cor Aegypti taborget in medio ejus.* Mox enim ut mystica hæc nubes in regno illo per prædicationis tonitrua, miraculorumque fulgura comparuit, mōx per cī: litus demissam cœlestis sapientiæ aquam in terram prostrata & collisa sunt Aegypti simulachra, & cor Aegypti, id est, Alexandria, quæ totius Aegypti Metropolis erat, à Sathanæ tyraannide liberata, claraque Evangelii luce collustrata fuit, quia Jobo attestante: *Nubes spargunt lumen suum, illud vide- licet, quod illuminat omnem hominem, & eni- tem in hunc mundum.* Babylon atque Aegyptus (scribit Chrysostomas) *pre omnibus terris flam- mā impetratis ardebat.* De quarum provinciis populis Procopius quoque ita scribit: *ram longe à religione recellerant, ut ne à bratilium quidem animalium cultu abstinerent Et tamen crediderunt per eum, id est, in virtute prædicationis sancti Marci, in dominum Iesum Christum, & fecerunt ut eorum simulachra in terram deicerentur.* Verum dicat aliquis, quod nam in eo latet mysterium, quod sanctus hic Evangelista ab Isaia Propheta nubis titulo condecoretur? *Ascendet super nubem,* A- B 2 liquās

liquis sub hoc symbolo latentes analogias enucleamus.

2. Sanctus Gregorius ait: *An non universi Episcopi nubes sunt, qui & verbis fluunt prædicationis & honorum operum luce coruscant?* Id quod de sancto Marco longe magis asseri potest qui à sancto Petro in Alexandrina Ecclesia Episcopum electus verbis pluit prædicationis, siquidem in annuntiando Dei verbo adeo efficax fuit, ut sicut jam diximus, hoc ei particulare attribuatur elogium: *Praedatio Evangelica eum gloriosum efficit. Bonorum operum luce coruscavit*, unde dici potest nubem hanc cum illa quæ in monte Thabor visa fuit concertasse; de hac enim scriptum est: *Ecce nubes lucidae. Siquidem sanctissima vita sua exemplo adeo potens fuit, ut teste sancto Hieronymo, omnes Christi sectatores ad exemplum sui cogeret.* In arca multo fuerunt tempore conservata tabula legis, non quidem primæ, hæc enim contractæ fuerunt, sed secundæ. Scitisne causam cur ita factum sit? nimur quia à Moyse vultu lumen solo & splendescenti conspicuo delatae fuerunt; quia in re hoc nobis documentum traditur, quod scilicet illa doctrina in auctoritatem cordibus profundas radices agat, quæ à tali doctore traditur, qui potius sanctæ vita exemplo, quam per vocis energiam prædicaverit. Duo quoque germani fratres Jacobus & Johannes à Salvatore nostro filii tonitrui sunt appellati, siquidem ad demetendam evangelicæ prædicationis copiosam messem eligebantur. Advertendum est autem quod auricula audientis rumorem auctoritet tonitrui, postquam oculus prius fulgor è nube conspexerit oriti: Eodem prolius modo ut verbum Dei indurata corda etnolliat, & ad penitentiam convertat, opus est omnino ut in mysticis hisce nubibus fulgor præcedat sanctitatis, si efficaciter corda tangi & vulnerari debeant. Apoc. 4.5. *De throno procedebant fulgura, voces & tonitrua.* Ubi notandum est, quod causa cur primo loco ponantur fulgura, est, ut per hæc illæ adeo densæ Ægypti tenebreæ inter quas omnis prævalebat impietas, dissipentur. Unde de Ægypto idem dici poterat, quod sanctus Leo de Roma scribit: *Oianum gentium serviebat erroribus, & magnam sibi videbatur assumptionem religionem, quia nullam respuebat*

falsitatem. Unde proinde alia luce indigne-
rit, quam sancti Marci immaculatæ & irrepre-
hensibili vitâ, illam Poetarum, inquit Chrysostomus) & Magorum quondam ac Philo-
phorum parentem, & cuiuscunque generis im-
posturarum repertricem, queque etiam cateris
propria inventa tradiderat, videbit modo pisca-
torum magisterio gloriarentem, & maximam si-
dei gloriam crucem Domini preferentem. Imo
sancti Marci exemplum non solum Lux fuit,
sed tenebras illas fugans ac dissipans Sol lumi-
nissimus. *Instar splendidissimi solis,* inquit Procopius, *humana anima illustravit.* Quales enim ad Christum conversi Ægypti incolæ
fuerint, idem supra memoratus Chrysostomus
refert, dum ait: *Est enim cernere rotâ illâ re-
gione diffusum exercitum Christi. & admirabi-
le illum regum gregem, virtutumq[ue] celestium
conversationem in terris micantem*

3. super nubem, Sanctus Cyrillus Alexan-
drinus in Oseam scribens, ita ait: *Nubes autem
santa, & quas mentis oculis videmus, virtutes
intelligendi sunt supernæ & celestes.* Harum
nubium numero meritò sanctus Marcus est ac-
census, utpote quin hac mortali carne qui-
data esse visus est Angelus, de quo proinde
beatus Laurentius Julianianus ita scribit: *Iste
enim est, quem Iohannes mysterialiter pravidens* Serm. de
*ai: Vidi alterum Angelum volantem per me-
dium Cœlum habentem Evangelium aeternum,* S. Marco.
ut Evangelizaret illud sedentibus super terram.
Moxque cur Angelus vocetur, perspicuum ra-
tionem reddit dicens: *Angelus ideo nuncupat-
tur, quia degens in carne Angelicam ducebat
vitam.* Ac proinde nil mirum, quod Angeli
ad serviendum ei, dum reclusus eslet in carce-
re, inter se quasi concertarint: *Angelus Domini
cum descendisset de celo, tetigit ipsum dicens:*
*Serve Dei Marce omnium illorum sanctorum
qui sunt in Ægypti regione, enscriptum est no-
men tuum in libro vita cœlesti.* Cumque
ipsemet Christus ad Martyrium ipsum ani-
matus ei (ut Baronius scribit) appa-
ret, Angelis quaquaversum per modum coro-
næ cinctus erat: *Apparenie sibi Domino una
cum Angelis ad futurum certamen inflaura-
ret.* An. 64.
n.2.

4. Super nubem Sanctus Gregorius super illa
verba Isaiae: *Quis sunt hi, quis ut nubes volant,*
ita

Ita scribit: Volare ut nubes dicuntur, quia in terra viventes, extra solum item fuit omne, quod egerunt; unde & per quandam nubem dicitur: in carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Verum quidem est, quod nubes à terrestribus vaporibus & exhalationibus suam trahat originem; veruntamen in cœlum subiecta, à terra magis magisque recedens, tunc semper contendit. Similes prorsus sunt servi Dei, de quibus Apostolus ait: Conversatio nostra in cœlo est. De S. Marco tradit S. Bonaventura, eum virtutem suam specialiter in contemptu humanae pecunia demonstrasse. Etenim quantus & qualis in eo vignerit omnium temporalium bonorum contemptus, vel ex discipulis & Apostolatus suis sectatoribus facile conjici potest, qui cum ante velut totidem Dæmones fuissent, ab eo conversi facti sunt velut totidem Angeli. Non ut variis a frorum choris (inquit Chrysostomus) cœlum resulget, ut Ægypti eremus innumeris Monachorum ac virginum distinguuntur atque illustratur habitatulis. Ipse namque in vastis illis operâ sua sanctificatis solitudinibus Paradisum quendam erexit videbatur, dum earum incole anachoretæ angelicas ejus doles ac virtutes certatim imitati cernebantur: Si quis nunc ad Ægypti veniat solitudines, Paradiquovis omnem illam videbit eremum dignorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus.

5. Super nubem. S. Augustinus per nubes illas, sacras intelligit literas: D. nubitus, id est, de Ser. piurus Prophetarum & Apostolorum. Enimvero Deus Ægyptius S. Marci Evangelio ab eo divulgato mediante fidei suæ lumen & agnitionem est impertitus: Opus fecit Evangelista. Porro ad hoc Evangelistæ opus S. Bonaventura serm. 2. de S. Marco quatuor præcipue pertinere declarat; videlicet: Primo in Christum credere. Secundo Christum prædicare. Tertiò predicata in Scripturam redigere. Quartò seipsum in mortem pro Evangelio tradere & sic doctrinam suam morte confirmare. Quæ omnia à Sancto nostro ad literam accuratè adimplita fuere. Quis etenim eximias Evangelii sui laudes satis pro dignitate exprimere poterit? Porro cum S. Petro Damiano hoc unicum dixisse sufficiat: Vberum inveni et caelis intelligentia redundare mysteris. Est plane stylus brevitate succinctum, sed profunda mysteriorum spiritualium subiectate diffusum. Ac tandem

concludit: Ut uberrimus Paradisi fluvius arva totius Ecclesia copiosus irrigaverit,

6. Super nubem. Hugo Cardinalis in hunc Ita textum ita scribit: Nubes est predictor coruscans miraculis tonans minis, pluens doctrinis. Quæ omnia in hac nostra mystica nube inveniemus. Scribit etenim Augustinus: Quando miracula facit Deus per prædicatores, Deus coruscat per nubes. Quæ omnia in hac nostra mystica nube adimplita inveniemus. Valde mirum est quod Scriptura sacra nullum nobis à S. Joanne Baptista patratum referat miraculum, cum tamteneterna virtute attestante Nullus sit major ipso inter nos nubilior. & Scitissime quodnam in cœlum atque in mystrium? Nimis ejus ex una parte adeo innocens, ex altera vero parte adeo penitentis vita continuum quoddam fuit miraculum, siue pariter quas prædicatione sua causavit infidelium & peccatorum conversiones, omniaque alia ejus heroicæ opera. Etenim de S. Maecos similitudine afficeret possumus Historiam vitæ sue patrata ab eo miracula ex industria sub silentio præteriisse, eò quod factæ ab eo conversiones omnes velut miraculosæ omnem naturæ facultatem transcenderint, siquidem per eas, ut diximus, Dæmones in Angelos transmutavit. innumerabiles Angelorum cœtus; atque à discipulis & sectatoribus suis inhabitata deserta, in quibus antea Magia artes omnisque Demonum facultates exerceretur, in totidem transformavit Paradisos. Ceterum à Surio duo præcipue narrantur ad honorem S. Marci à Redemptore patrata miracula. Primum est, quod janus clausis, & custodibus ante januam excubantibus erat terra motus magnus factus est. Et tunc Angelus ille, cuius superius mentionem fecimus, ei apparuit. Secundū sero fuit, quod postquam ad corpus ejus incinerandū ignem valde luculentum, extruxerunt, D. mini nostri providentia factum est. ut turbó quidam erumperet, & tempestas magna fieret, & solipsus rados suos contraheret, tonitraque & eorum sonitus multis audiretur, plurima quoque pluvia cum sanguine commixa usque ad v. spéram duraret, ita ut adficia mola corruerent. & homines non pauci caderent, ejus igitur rei timore perculsi reliquias S. Marci dereliquerunt.

7. Tonans minis Scribit B. Laurentius Justinius S. Marco inter alios Evangelistas fa-

ciem attributam fuisse leonis, non solum quod Christi resurrectionem representasset ad vivum: verum etiam ob rugitum vocis sue, que docet paenitentiam agere, deserere vitia, repugnare Diabolo, futurum devitare judicium. Sed Petrus Damianus ait: B. Marcus velut electa cœlestis militia tuba, vehementissimis clangoribus intonat, & mandata Dei tanta prædicatio-nis arte dispensat, ut auditores suos protinus ad summam perfectionis alta susbollat.

S. Pluens doctrinis. Idque in conscripto per eum evangelio admirabili doctrinâ mysteriis, que profundissimis copiosè referto pariter adimpletur. Veruntamen notare oportet quantum mystica hæc S. Marci nubes differens ab illa fuerit, quam idemmet Deus quondam

super Ægyptios videri fecit. Hæc namque iræ & justitiae Divine fulmina super ipsos vibravit: Respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum: in nostro autem calu: Ascendens Dominus super nubem, commota sunt fulgura, &c. Hac enim salvifica nube mediante salutares ejus depluit cœlestium gratiarum influxus, eisque veram vitam annuntiavit, atque ad veram promissionis terram ducatum exhibituit. Similiter illa nubes Ægyptios in mari rubro submersit, hæc verò sanguinis Christi merita eis communicando, eisdem in æternam vitam regenerandos aquis baptismalibus immersit.

Hoc Apostolis à Christo impositum præceptum IN QUAM CUN-
QUE DOMUM INTRAVERITIS, PRIMUM DICITE, PAX HUIC
DOMUI, neminem melius Marco adimplevisse
fusè ostenditur,

DISCURSUS QVARTVS.

*In quamcunque domum intraveritis, primum dicite,
Pax huic domui. Lucæ cap. 10.*

I. N magnam me admirationem rapit, quod Ecclesia hodierna die in honorem S. Marci legit, Evangelium, & quod defunctum sit ex eo quod S. Lucas conscripsit, cum tamen in aliorum Evangelistarum festivitatibus Evangelia decerpit soleant ex Evangelii ab iisdemmet, quorum festus dies agitur, conscriptis. Dicere forte quis mihi posset id fieri, & quod in hoc Evangelio septuaginta duorum discipulorum mentio fiat, è quorum numero Marcus secundum nonnullos extitit. Hæc autem opinio valde est incerta & controversa, quia cum S. Petrus cum filium suum appellat, credibile est eum fuisse prædicationis sue speciale frumentum, cumque à S. Petro post Ascensionem Domini fuisse baptizatum. Unde Hugo Cardinalis super illa verba: Marcus filius meus, inquit: Quia ipsum convertit, & baptizat.

vit, & in fide instruxit. Et Cardinalis Baronius ait: A Petro eum genitum tradunt in Evangelio, nec vidisse Dominum Beda quoque in Proemio Evangelii sui hæc post se verba scripsa reliquit: Nimirum cum unum ex illis fuisse fratres eius, qui post Christi Ascensionem crediderunt Domino Responderi quoque posset, motivum hujuscce Evangelii proponendi fuisse dictum illud Salvatoris: Ecce ego misso vos si-
c ut agnos inter Iunos, id quod S. Marco propriissime accidit: Ipse namque ad gentem preconcilis alius maximè rebellem, & irreconciliables, electi populi sui inimicos ablegatus fuit. Veruntamen si fallor, id ipsum ob hoc præcipue mysterium factum esse existimo, quia nimirum nullus aliorum Apostolorum illud, de annuntianda gentibus prædicatione sua crudelis pace à Christo propositum documentum adeo perfectè adimplevit, sicutipse.

2. Dicite

An. 45.
n. 31.

2. *Dicite Pax.* Porro pax illa nihil est aliud quam ejusdem Evangelii prædicatio. Quia debet Evangelium Christi prædicare (inquit Lyranus) quod est Evangelium vera pacis. Inter omnes autem Apostolicos prædicatores & verbi Dei ministros nullus in tota Ecclesia Dei invenitur, qui de hac prærogativa magis commendetur, quam sanctus Marcos. Quem prædicio Evangelii gloriosum reddidit. Quemque Deus Evangelica prædicationis gratia sublimavit. Porro Evangelium plurim in locis hoc pacis titulo a Spiritu sancto condecoratur.

Eph. 6.15.

Rom 10.15

Calcenti pedes in preparatione Evangelii pacis. Et alibi ad Romanos dicitur: Quomodo audierit sine prædicante? quomodo vero prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem: quod idem est, ac verba Dei. Hanc pacem vero sanctus Marcus iis præcipue in locis annuntiavit, ubi implacabiliora bella exarcebabant; prædicavit namque in Aegypto, ubi impietas plus quam in cunctis aliis locis invaliterat, ibidem copiosorem cunctis aliis messem congregavit, nam cum de aliis Prædicatoribus Apostolicis solum legatur, quod ex iis quibus Christi Evangelium annuntiabant, multos converterint, & Christianos, fervidosque Christianæ legis observatores reddiderint; de solo sancto Marco legimus, quod omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogebat. Ipse etenim eos per prædicationem suam non solum ad idolatriam detestandam profitendamque Religio nem Christianam induxit, neque ad sola præcepia adimplenda, verum etiam ad consilia Evangelica amplectenda, eminenterissimumque perfectionis gradum provexit. Ad ipsius namque messem illi sanctitate adeo præcelenti conspicui Essæi vel Esseni spectare no scuntur. Unde Chrysostomus ait: Si quis illam Aegyptum veterem nocti rebellem Deo, ac magnitudine superstitionum farentem, adorantem irrationalis animantes, poenos etiam capasque pavitantem; hic optimè Christi potest nosse virtutem, per quem facta est tam admiranda mutatio. Ad hanc autem adeo stupendum conversionem procurandam opera usus est sancti Marci, qui effecit, ut in vastissimis illis desertis videre licuerit populos Martyrum & choros Virginum, & omnem quidem tyrannidem Diaboli dissolutam; Christi autem regnum coruscans.

Hom. 8. in

Matth.

3. *Dicite Pax.* Quæ verba Lyranus hac Paraphrasi exponit: Indicite inhabitantis ad pacem internam & fraternam, quod idem est, ac si dicere: Prædicationis vestrae efficacia rectæ cuiusdam conscientia quietem & tranquillitatem illis insipuate, quæ in domitis omnibus internis passionibus, & in fraterna quadam unione atque concordia consistit, qualis illa erat; quæ in primitivis fidelibus cernebatur, de qua scribitur: Multitudinus credentium erat eorum & anima una. Quis autem haec omnia sectatoribus & discipulis suis ipso efficacius impressit, & ad literam insinuavit? Legatore obsecro miras illas Essorum vitas, eritque vobis haud difficile è discipulorum virtutibus magistri colligere sanctitatem. Enimvero quemnam sanctus Chrysostomus de solitudinibus illis media sancti Marci prædications adeo populosis & certatim frequentatis eremis scribens, nevitius illis Christianis attribuit titulum: Angelos eos vocat. Deserta ipsorum appellat Paradíum, siquidem ea in illis quiete frui licebat, qua superna illa Jerosolyma, dicta pacis visio, perenniter fructus. Paradiso quoq[ue] omnem illum videbit eternum dignorem, & innumerabiles Angelorum cœtus. Unde de ipsa verificabatur, quod Trismegistus a sancto Augustino relatus de eadem licet in sensu admodum diverso scripsit: Aegyptus umago est cœli, Lib 8. de imo torius mundi templum. Et quidem quod Civ. 18. pacem fraternalmque concordiam attiner, quod si sanctus Lucas de primis Jerosolymam incolentibus Christi fidelibus (utpote Evangelica ab omnibus simul Apostolis congregata, atque ab ipsomet Christo tot ante annos exculta, atque per tam copiosa donorum gratia tumque suarum flumina à Spiritu sancto irrigata mesle) dicere non dubitavit, ut alias diximus, eos adeo inter se concordes animisque junctos fuisse, ut visi fuerint uno eodemque corde, unaque eademque anima vivificari; ecce tibi in sanctissima illa fidelium à S. Marco conversorum congregatio, e animorum unionem nihil minorem aut inferiorem, utpote de qua sanctus Petrus Damianus ait: Talis ergo Serm. de sub Marco Alexandrina fuit Ecclesia, qualis & S. Marco. Hierosolymis fuisse sub Apostolico legitur disciplina; ut neminem paupertatis indigentia premeret, nullus eorum divitiis abundaret. Porro quid Essorum, qui sancti Marci fuere discipuli & sequaces, nomen signiceret Cornelius à Lapiде

In Pat. 1. Lapide egrigie declarat, dum ait: *Essi, id est, sandi & piu in tanta puritate, pietate, & sanctitate vixerunt, ut toti orbi esse et admiratio- ni, ceterisque Ecclesias essent perfectionis exemplar, & speculum*

In Moral. 4. Dicte Pax. Lyranus inquit: Salutem habitantium in ea bonis verbis & exemplis procurare. *S. quoque Leo pro nostra instru- ctione scribit: Facilius ad exhortandum sit ratio, efficax ad suadendum, validiora tamen sunt exempla, quam verba & plenus est opere docere quam vox.* Hocigitur eodem medio usus est S. Marcus ad illos Deo rebellibus populos, & in veteratos gentis Israëliticas, è qua idemmet S. Marcus natus erat, inimicos convertendos. Etenim eum qui ex Hebreorum gente adeo illis pernicioſa, nec minus invisa, ut potest à qua tot plagiis affecti, atque in mari tubro submersi fuerant, carnem suscepserat, veluti verum vivum que Deum prædicabat & extollebat; il- lique Regno, in quo Rex atheus & prorsus impius rerum potiebatur Evangelium prædicabat. Unde Procopius ait: *Qui legem magno adversus providentiam universique gubernationem fastu, Deum à se ignorari publicè pro- fitentem haberent, qui denique Israëlitas ho- stis semper infestoglo animo fuisse insectati.* Ecce tibi igitur ipfissimam veritatem esse, quod validiora sunt exempla quam verba; siquidem S. Hieronymus Marci prædicationem à suis sanctissimis Exemplis corroboratam esse admiratur, unde & in Matutini lectionibus de eo dicitur: *Constituit Ecclesiam tanta doctrina & vita continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret.*

An Iſai. c. 19. 5. Dicte Pax. Dionyſius Carthulianus ait: *Pax interior, pura, tranquillitas mentis. Pax multa diligentibus legem tuam: vult pacem optari, quia in eo certa bona gratia virtualiter includuntur.* Etenim ab ipso conversi fideles in imperturbabili quadam pace in defectis illis simul inter se habitabant; Et licet in Egypto commorarentur, ipsi stamen manna quoddam gratiarum & dulcedinis Paradisi depluisse videbatur, palamque faciebant omnibus se in medio cordis sui pacis habere Deum, Paulus de Palatio super hanc pacis annuntiationem, sequentem instituit considerationem, dum ait: *Angeli annuntiant a verunt orbi pacem, quando nascebatur orbi Deus: alii Angeli in carne existentes annuntiant domini sui hospitis pacem, quia ei vult Deus nasci.* B.

Cap. 10. Luc. In cap. 10. Matth. 5. Dicte Pax. Dionyſius Carthulianus ait: *Pax interior, pura, tranquillitas mentis. Pax multa diligentibus legem tuam: vult pacem optari, quia in eo certa bona gratia virtualiter includuntur.* Etenim ab ipso conversi fideles in imperturbabili quadam pace in defectis illis simul inter se habitabant; Et licet in Egypto commorarentur, ipsi stamen manna quoddam gratiarum & dulcedinis Paradisi depluisse videbatur, palamque faciebant omnibus se in medio cordis sui pacis habere Deum, Paulus de Palatio super hanc pacis annuntiationem, sequentem instituit considerationem, dum ait: *Angeli annuntiant a verunt orbi pacem, quando nascebatur orbi Deus: alii Angeli in carne existentes annuntiant domini sui hospitis pacem, quia ei vult Deus nasci.* B.

Laurentius Justinianus in serm. de hodierna Festivitate S. Marcum Angelum nominat, qui cœlestem hanc pacem Ægypto intulit & infe- ruit. P. rinde est ac si dicentes: *Dominus vult nasci in d. mo. hac, vulnus ei dare suam beni- gnitatem;* Deus in regione illa, in qua antea tanta vigebat malitia, quæque omnis erat centrum impietatis, immensam quandam be- nignitatem hoc servo suo mediante communi- cavit, fueruntque adimplata illa Iſaiæ vatici- nantis verba: *In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, oristur viror calamis & juncis.* Ubi antea serpentibus & crocodilis la- træ cultum deferebant, nunc sanctæ crucis ligno genua sua flecent, in iisque antris & spe- luncis, quæ ferarum antea latibula erant, nunc se tot coadunant Anachoreta, ut vera bonæ conscientiæ pace & quiete perfici pos- sine.

Matt. 28. 6. Dicte Pax. Verum dicat hic aliquis; Ex quo Salvator noster expresse protestatus est dicens: *Non veni pacem mittere sed gla- dium,* cur nunc discipulos suos pacem annun- tiare jubet? Enimvero notandum est de qua pace Christus locutus fuerit. Cettum quidem est, quod subito postquam natus fuic pacem per Angelorum choros universæ terræ annuntiati fecerit, *In terra Pax* Vetus tamen observandum est, quod Evangelista dicat: *Facta est cum Angelo multitudo militia cœlestis.* Pacem quidem annuntiabant, sed instar exercitus cuiusdam militaris in acies di- stributi, ut per hoc insinuant, quod eam pacem promulgaturi advenerint, quæ armata comparatur dextera, quæque per intentum propriis lensibus bellum acquiritur. Unde & Salvator ipse manifestè declarat, pa- cem illam, quam ex hac vita recedens suis post se relinquebat, longè dissimilem ab ea esse quam in perturbatur mundus. *Pacem relin- quo vobis: pacem meam do vobis: non quomo- do mundus dat, ego do vobis.* Mundus etenim pacem tribuit, arma è manibus bellatorum eximendo; non sic autem Christus. Atque ideo Angelicus Doctor ait: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis; In hoc saeculo sci- licet; ut hostem vincatis.* Imò de quo bello in- telligi velit Christus, ipsem et ore suo effa- tur, dum ait: *Non veni pacem mittere sed gla- dium;* veni enim separare hominem adversus patrem suum. & filiam adversus matrem suam, & nuprum adversus socrum suum: & ini- micos.

mici hominis domestici ejus. Hanc autem pacem, seu ut melius dicam, hoc bellum, à quo omnis vera pax dirivatur, *S.* Marcus in *Egypto* annuntiavit, siquidē ad ipsius prædicacionem filii separabantur à Patribus suis, & à matribus suis filiæ, seque in desertis ad vitam subducebant monasticam & penitentem, id quod *Isaías* Propheta tot antea sæculis prædi-

Isai. 19. 8. xerat, dum ait : *Concurrere faciam Ægyptios adversus Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum.* Id est, ut Hugo Cardinalis interpretatur : *Pugnabit contra fratrem suum vir conversus ad fidem : pugnabit gladio verbi contra fratrem non conversum.* Qui dum inter se mutuū exemplorum concertationibus ad Christianam se perfectionem animarent, & merita adaugere certatum satagendo neuter alteri in sanctitate cedere vellent, populosas reddiderunt eremos, omnesque Ægypti solitudines sanctificarunt.

7. *Dicte Pax.* Quid igitur mirum, si postquam Christi de pace hac annuntianda præceptum, tam strenue adimplevisset, Christus vicissim ad hanc et tanto cum amore annunciadami pacem, ipsemet de celo descendenter? *Dominus Iesus Christus ad eum venit.* & ei dixit : *Pax tibi Marce Evangelista.* Memorandum est autem Christum Salvatorem nostrum eodem hoc tempore, postquam à mortuis resurrectus Apostolis suis apparuisse, atque ad eosdem consolando suave impressisse pacis osculum dicendo, *pax vobis.* Ac proinde cùm sanctus Evangelista ejusdem glorioſa resurrectionis festum cum discipulis celebraret, Christus servum suum honorare voluerit sicut quondam alios honorarat Apostolos eodem illum imprecationis verbo alloquens, & dicens : *Pax tibi Marce Evangelista.* Neque tamen credendum est, quod ipsum Evangelistam denominando Apostolicis ejus meritis, de quibus Procopius Diaconus scribens, dicit : *Totus laboribus Apostolicis fractus.* vel in minimo derogare voluerit. Mihi etenim persuadeo, quod sicut Christus sancti Thomæ Aquinatis libros approbans, dixit : *Bene scriptisti de me Thoma.* Ita quoque increata illa sapientia scriptum à sancto Marco Evangelium approbare voluerit ipsum specialiter suum nominando Evangelistam : *Evangelistam eum.* cum hac tamen differentia, quod cum à Thoma re-

quisierit, quam mercedem habebis? Ad sanctum Marcum econtra suum immediate ablegari Angelum, qui præmium illi præparatuū notificaret: *Angelus autem Domini cùm descendisset de celo, tetigit eum, dicens : Serve Dei Marce, en scriptum est nomen tuum in libro vita caelis, & connumeratus es cum sanctis Apostolis, & memoria tua non delebitur in eternum.*

8. *Pax tibi.* Sanctus Petrus Chrysologus ait : *Pax est perfectio sanctitatis : Christiana virtutes crescat in eo, qui unanimitatem Christiana habet pacis.* Ac proinde Christus Evangelista dicens : *Pax tibi Marce,* certo quodam modo eidem virtutum perfectionis & sanctitatis suæ testimonium perhibere voluit. Et quidem si de ejus humilitate tractare volumus, sanctus Bonaventura sequentia sancti Pauli verba eidem adaptat : *Mihi omnium Sanctorum minimo data est haec gratia in genibus evan gelizare in vestigabilis d. vitias Christi & illuminare omnes.*

Sanctus Hieronymus in Prologo super ejus Evangelium scribit dicens : *Sanctus Marcus Evangelista De electus, Petri in baptismate filius, atque in divino sermone discipulus.* Ecclesia quoque prædicacionem ejus mirè deprædicat, & tamen ut sanctus Doctor observavit, electus à Deo non se ingenerens, eandem disseminavit : nam ut Evangelii sementem quaquaversum dispergeret, supremi Pastoris obedientiam & præceptum præstolati voluit. Idemmet sanctus Bonaventura in firmum ejusdem humilitatis testimonium ita scribit : *Posset de beato Marco exponi quod de Benjamin dicitur, minimus fratum cum Patre nostro est.* Hæc quoque ejus humilitas, quæ omnium aliarum virtutum basis est, in cœ praincipiū eluxit, quod erectum à se amplissimæ Alexandrina Ecclesiæ nobile adiūcium libri metris minimè adscriperit, ut sagaciter observavit sanctus Petrus Damianus dicens : *Alexandrinam fundavit Ecclesia, eamque non suam, sed magistri sui nomine titulavit : ut ad honorem beati Petri Sedes Apostolica nun caparetur, ad quam tamen Petrus accessisse non legitur.* Et tamen hoc erga S. Petrum amore, gratitudine & reverentiâ, qua eum tanquam patrem reverebatur, non obstante, quando de sinceritate & veritatem, quacum scribendum erat Evangelium, agebatur, Petrum Magistrum suum imitatus, qui olim publice

Serm. 2. de S. Marco. Eph. 3. 8.

Prm. 1^a protestatus fuerat dies: Obedire oportet magis Deo quam hominibus, & ipse S. Petrus Damiano teste, amicitia iura contempserit, humanaam funditus gratiam ignoravit; siquidem in referendis iis quae in S. Petro reprehensibilia erant, ipse prae omnibus aliis Evangelistis fuisse & copiosius existit, id quod in eo ingenuitatis & fidelitatis suae, quacum Evangelium scriptit, evidens argumentum censemendum fuit. Idem quoque Petrus Damiani nominis sui ethymologiam petracutè consideravit, dum ait: *Marcus excelsus mandato interpretatur;* & verè beatus hic vir non erat excelsus animo, sed mandato; quia dum mentem gererat humilem, vitam satagebat habere sublimem; & qui cuncti se in humilitate substraverat, per viam mandatorum caelestium sublimiter incadebat. Unde Procopius Diaconus ait: *Munitione ipse tanta hujus viri rectè facta, ut divina suspicitur,* & magno cum applausu reveratur. Quidnam unquam in sanctitatis suae testimonium sublimius dici potuit? *Homo Spiritu Dei plenus,* dicitur à S. Petro Damiano; verum vice suæ Historia longè præstante elogium ei attribuit, cum eum præconio lanciflame Deiparæ Virginis proprio condecoravit, siquidem Gratia Desperatus in ea appellatur.

S. 1^a *In Lazarus.* 9. Pax tibi Marce. Hec autem pax requies est cordis, inquit Albertus Magnus. Cum igitur cor S. Marci hac quiete & pace interiori plenum fuerit, consequens est, ut præ nimia Paradisi caelestis sibi communicata dulcedine geficerit; siquidem codem Ratisponensi præfule teste, haec pax a nemine possidetur, nisi ab iis duntaxat, qui Christum receperunt in veritatem illuminationis. & charitatis. & dulcediniis divine adoptionis.

10. Pax tibi Marce. Per hanc pacem Dionysius Carthusianus intelligit. Pacem aeternitatem, qua est pax beatorum in posteris. Unde hanc pacem sancto huic Evangelista amentiate idem omnino fuit, quod ipsum ad aeternalium delitiarum supernam Hierusalem, id est, visionis pacis mensam dulciter invitare.

U. Pax tibi Marce. Porro observandum hic

est S. petrum S. Marcum, filium suum appellas: *Salutat vos Marcus filius meu:* Ac proinde Salvator quoque noster, cuandem hunc Evangelistam in filium adoptare volens, licet ipsum alias Evangelistam suum non inveniat, per hanc tamen ei factam pacis intimationem, implicitè eum suum quoque filium suum declaravit; nam ut S. petrus Chrysologus ait: *Pax ex famulo filium facit, Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Circa que verba idemmet sanctus Doctor dicit: *Non pervenitur ad vocabulum filii Dei, nisi per nomen pacifici.*

12. Pax tibi Marce paulus de palatio sagaciter obseruat, quod dum Christus pacem A postolis imprecatus est: *Pacem relinquo vobis;* simuletiam specificaveris, in quoniam pac illa præcipue consideretur, nimitem in fugendo ab eorum cordibus omni metu ac formidine. Non tu: *beatu cor v strum.* Ergo pax Christi est non turbari, non formidare. Ut igitur Christus Redemptor noster S. Marco ad sufferendam martyrii passionem tantò generosius cor subministraret, advertendum est singulariter, quanam in specie ei dignatus fuerit apparere: *Dominus Iesus Christus ad eum venit in figura illa,* quam habebat quo tempore versabatur cum discipulis suis. & qua forma erat quando crucem fuit passus. Ex qua apparitione ingentem deinceps annum concepit: Non turbatum fuit cor eius, non formid. vs, quantumvis fuerit atrocitas passus: Rursus in eius collum funem injectarunt, eisque pertrahentes dicebant; *trahamus bubalum in bubuli stabulum.* At B. Marcus eo maiores omnipotenti Domino Iesu Christo gratias agebat, dicens: *In manus tuas commendabo spiritum meum;* Cumque hoc dixisset, tradidit spiritum. Ac proinde quemadmodum Jonathas Davidi dixit: *Sagitta tua intra te sunt?* Pax tibi est, ita quoque quando sagittæ Tyranni Sancti nostri peregerunt, tunc verè requiescit in pace.

In cap. 1^a. Matth.

De Analogiis & allusionibus, quæ inter leonem & S. Mar-
cum reperiuntur.

DISCURSUS QVINTVS.

*Quasi Leo rugiet, & formidabunt filii maris, & evola-
bunt quasi avis ex Aegypto, & quasi columba.*

Osee. cap. II. v. 10.

Ezech. I.
xx.

Inter quatuor animalia mystica, mysticum Ezechielis currum post se trahentia, unum visum fuit faci-
t. Leonis præferent: Facies Leonis
à dextris ipsorum quatuor; Cùm:
autem per quatuor hæc animalia
sacri nobis Evangelistæ demon-
strentur, per Leonem S. Marcum præfigura-
tum fuisse nemo est qui dubitet. Cujus proin-
de rugitum spiritus sanctus per Oseam prædi-
xit, dum ait: *Quasi Leo rugiet.* Dionysius Car-
thusianus per rugitum hunc, singularem inter-
pretatur in loquendo efficaciam, utpote que
potens erat mirum uicuique iæprimito pa-
vorem atque formidinem: *Efficaciter, terribi-
literque loquetur,* & omnes perterritur: quam-
admodum Leo suo rugitu animalia stupida fa-
ciit. Hugo Cardinalis hac de te ita scribit: *Ru-
giet comminando, ut brutales motus stare fa-
ciat & formidabunt filii maris, id est, peccato-
res, quasi diceret: Erit tempus quando Leo
hic mysticus per energiam suæ prædicationis
perterritur impios, quales erant populi
pentapolitani & Aegyptii, de quibus Chryso-
stomus cœribit dicens: Babylon atque Aegyptus
pra omnibus terris flamma impetuosis arde-
bant, moribus siquidem adeo brutalibus erant
imbuti, ut vel serpentibus & crocodilis latrias
cultum deferre, eosque adorare nō erubuerint:
Evolabunt quasi avis ex Aegypto; id est, ut
idem Dionysius declarat: *Citè convertentur
ad Christum Aegyptu.* Vel ut Hugo Cardinalis
majori cum proprietate exponit: *Evolabunt
ad fidem Christi, pennis virtutum, quasi avis
cum magna velocitate de mundo ad cælum
tendentes.* Neque enim solum brevi tempore*

Ægyptios ad fidem convertit, verum insuper
eos sanctos reddidit, adeo ut ad eminentissi-
mos perfectionis gradus evolârint pennis vir-
tutum, columbisque in solitudinibus illis simi-
les effecti, alis orationis ad vitam transvolvâ-
rint contemplativam. Porro ubi Oseas dicit:
Quasi columba de terra Assyriorum Glossa in-
terlinearis legit: *Simplicitatem columba imi-
tantes de terra Demonum;* quasi dicere vellet:
*Qui antea magis & incantationum supersti-
tionibus immersi erant, puri deinceps effici-
sunt, sicut columbae.* Verū enimvero in præsen-
ti discursu id à nobis præcipue curandum erit, ut
ea tangamus & elucidemus mysteria ob qua S
Marcus in Scriptura Leo appellatus, & in eo-
dem præfiguratus fuerit

Parad. 2.

2. Vocatur Marcus Leo (inquit Abulensis) c. 3.
quia ipse ceteris apertius aptiusque Domini
cam resurrectionem narravit. Etenim Redem-
ptor noster in gloriose Resurrectionis sue my-
sterio consideratus, à veteris Instrumenti pro-
phetis in Leone adumbratus fuit. *Vicit Leo de
tribu Iuda.* Circa que verba doctissimus Sal-

Tom. II.

meron ait: *Hac facies Leonis Marco Evangelis-
tæ impressa fuit, cui datum est fortia queque
ejus describere, inchoando Evangelium suum à
rugitu prædicationis sua per Ioannem Baptistam
præconemisse. Vox clamantis in deserto, para-
viam Domini. Rursus finem imponit describens
rugitum Christi suscitari per ora Apostolorum.
Observandum est etenim quod S. Evangelista
noster in hisce verbis Evangelium suum
terminet: illi autem profili: predicaverunt
ubique Domino cooperante, & sermonem con-
firmantes sequentibus signis. Que unica causa
est, quod in die Resurrectionis & Ascensio-*

C 2

nis

Hom. 8. in
Matth.

nis Dominicæ Evangelium ejus legi conlue-
verit: Namque illa opera sunt Leonis fortissimi,
& victoris de tribu Iuda.

3. Quasi Leo rugiet Similem ferè rationem reddit B. Laurentius Justinianus, nimirum S. Marcum Leoni assimilari, eò quod Evangelium suum à Joannis Baptistæ prædicatione fuerit exorsus, atque sanctissimo ejus exemplo in prædicatione sua ad instar leonis rugientis se felicitate exhibuit. Ob rugitum vocis sue, qua docet penitentiam agere, deserere vitia, repugnare Diabolo futurum revertare judicium, atque aeternam gloriam desiderare triumphum. Speciem designatur habere leonem. Porro de Leone naturalistæ scribunt, cum catulos suos, veluti mortuos aut profundo cuidam lethargo immersos parere, adeo ut totidem veluti cadavera cænixus tuisse videatur, demum vero post trium dierum, totidemque nocturnum decursum, eosdem rugitu suo resuscitare ad vitam. Ad quod illa Genesios verba alludere videntur: Requi-

M. 49. 9. escens accubisti ut leo, quis suscitabit eum? Atque ideo leo, ut jam diximus, velut symbolum adhibetur Christi relurgentis, utpote post triduum à somno mortis evigilavit. Enimvero certum est, quod populi à S. Petro ad sanctum Marcum conversionis causa destinati, in profundo quodam vitiorum, impietatis, & superstitionum lethargo sepulti fuerint, adeo ut in ordine ad vitam æternam visi fuerint mortui, quos tamen mystici hujus leonis nostri prædicationis rugitus, à lethifero idololatriæ, superstitionum, cunctorumque aliorum vitiorum suorum somno resuscitatos, vita, cique immortali restituit. Spiritus sanctus Iudea Machabæi laudes contexens dicit: Similis factus est leonis in operibus sui. & sicut catulus leonis rugiens in venatione, & persecutus est iniquos, persecutantes eos. Quod pariter de S. Marco dici potuit: hic namque innumeris ab Egypto pepulit, & extirpavit iniquitates, animarumque venationi & prædae capienda strenuam operam navavit. Unde Glossa ait: Venatio itaque spiritualis fuit, qui inde spirituales venatores retibus Evangelii homines ad fidem rapiebant. In illis quondam à Samsonem dilaniati leonis fauibus suavissimus quidam mellis favus olim inventus fuit; Similis quoque dulcedo in hujus mystici leonis ore inventa fuisset, siquidem per suavissimam eloquentiam suam Apostolicam, Egyptios non solum

ad falsi idolorum simulacra demolienda inducere, verum etiam eisdem uno codemque tempore non solum Christianos, sed & sanctos efficere prævaluit. Unde illi dici potuit, quod quondam Salvatori S. Ambrosius dixit: Verbum tuum medicina est, verbum tuum lumen prefat. in est, tu loqueris & culpa lavatur. Ps. 45.

4. Quasi leo rugiens. S. Petrus Damianus de S. Marco ita scribit: Quia à clamore vocis in Serm. 1. deserto suum incipit Evangelium, rectè fortissus est speciem leonis. Enimvero rugitus leonis in densis sylvis non verò in civitatibus percipitur; atque ideo specialissimum est hoc Sancti hujus laudis præconium, quod exemplum Salvatoris imitatus penitentiam prædicat, & per hanc populatas reddiderit solitudines, Thebaidesque sanctificat. Unde optimè ad propositum ei adaptari possunt verba illa, quæ de Baptista Guerricus hunc in modum scribit: Per ipsum pinguis sunt speciosa deserti, & florebit solitudo, cum ubique novi cultores enim de S. Ioan. Ioannis succrescent exemplo; de Marci exemplo dicere nos merito possumus, quia teste S. Hieronymo: Omnes sectatores ad exemplum sui cogebat. Unde juxta gravissimorum autorum assertione, Monachismus fundator merito duci potuit. Iunc erat desertum quasi deliciae Hom. 8. in Paradisi, & solitudo quasi hortus Domini; ut Matth. Chrysostomus de illis desertis scribit. Isaías propheta mirabilem quandam unionem in nova lege Evangelica exorituram esse prædictit, dum ita scribit: Habitabit lupus cum agnello, & pardus cum hedo accubabit, vitulus & leo, & ovis simul morientur, vitulus & ursus pascentur, simul requiescent catulis eorum. Et leo quasi bos comedet paleas. Egyptii ob malitiam & impietatem suam veluti totidem immanes feræ erant, & tamen S. Marci prædicatione interveniente in mansuetissimos cuncti sunt transformati agnellos, adeo ut in Eremitiorum simul habitarent concordia & fraternæ charitatis vinculis inter se constricti, veluti nostri temporis Religiosi. Quisquis igitur lectorus est eam, quam Esseni, qui S. Marci fuere discipuli, agebant vitam, facile colliget, quan aptè de eo verificetur Glossa interlinearis super illum Itaæ textum statim adductum interpretatio: Presentur verbis Dei, multa discipline Domini conjuncte, ipsi inter se conjuncti, Lyranus in eundem locum dicit: Pascantur uniformiter vivendo. Et paulò post

DISCURSUS V.

27

post illa verba: *Et leo quasi bos comedet palaeas,*
glossa sua illustrans ita scribit: Hoc in Religione
peri videmus, n. quā n. viles contenti sunt cūis
illorum qui sunt de humi plebe. Ecce tibi igitur
quidnam in desertis illis boni efficerit rugitus
ille hujus nostri mystici Leonis. Huc quoque
spectat quod in sacris Canticis exaratum legi-
tur celestis sponsi oraculum, quod edidit,
quando celestis ille amatus sponsus sue, id est,
lancē Ecclesiæ dicit: Coronaveris de capite A-
manam, de vertice Sanitatis & Hermon, de cubilibus
leonum, de montibus pardorum. Ecce tibi pre-
tirosa monilia quibus pretiosum illud diadema
locupletandum & exornandum erat, quo san-
cta Dei Ecclesia redimenda erat, nimurum ca-
vernæ & lustra ferarum, montiumque & alpium
juga. Quasi dicere vellet: In nova lege Evange-
lica insigniores & praecelliores sancti è deiti-
ties & cavernis, ac solitudinibus vastissimis pro-
cedent, licet hæ antea cubilia fuerint leonum,
aliarumque ferarum similium. Unde S. Marco
tempiterna obligatione obstrictam se agnosce-
re meritò debet sancta Dei Ecclesia. Vel etiam
ut S. Thomas hunc textum interpretatur: Co-
ronatur & de cubilibus Leonum, & de montibus
pardorum, quando superbos quosque & sa-
vos ac dolosos convertitis. Quod præcipue Apo-
stolico hoc Evangelistæ mediante præstitum
fuit.

5. Quasi Leo Leo prouti notum est, caput
habet amplum & spatiostum, pupillas veluti
sciutillantes & ignitas, faciem quoque rotun-
dam præ se fert, conus quaquarellum, ad mo-
dum radiorum solanum quaquarellum cin-
etam. Circumquaque radiorum more sparsos pi-
polos instar soli quare & sub sole hori, id est, so-
lis, leones supponunt ira de Ægyptiis dicitur)
hujus animalis cum Deo similitudinem maxi-
mam demonstrantes. Ecce tibi igitur qualiter in
diliçatis atque fugatis ab eadem Ægypto Ido-
lolatria tenebris, elucescant in hoc mystico S.
Marci leone, non olim sanctitatis sua splen-
dores & radii, dum illas instar solis illuminav-
it, verum etiam vivam ejusdem Dei effigiem,
atque Imaginem venerari possimus. Unde Pro-
copius Diaconus hoc S. Marco laudis præco-
nium attribuit, dicens: Instar splendidissimi so-
lii humanas animas illustravit. Evangelistæ tui
lumen ac splendor, tui etiam animi formosam
faciem detegit. Et quidem quod hanc S. Marci
cum Christo similitudinem attinet egregiam
hanc laudem S. Marco vita sua Historia attri-

buit: *Gratia Dei plenus. Pierius Valerius in*
Hieroglyphicis suis, Alexandriam in prima sui
fundatione & creatione Leontopolim denomi-
natam fuisse scimit, idque eam ob causam, quæ
Philippus Macedonum Rex & Pater Alexandri
Magni, tempore parentis conjugis suæ, can-
dem leonem quendam è ventre suo enixa
fuisse somniarat, quæ causa fuit quod idem A-
lexander occisi leonis exuvias, sive præcislam
pellem è capite suo pendulam gestare non eru-
buerit; unde idem Philippus u. ben hanc pri-
mitus condens, eandem ob hujus somni mysterium Leontopolim cognominavit, tametsi
deinceps eandem urbem, ut filio suo adulare-
tur, Alexandriam denominariit. Verum caine-
vero longe meliori cum augurio & omniæ ali-
quidam leo mysticus Alexandrinam fundavit
& crevit Ecclesiæ, eidemque esse suum, id est,
veræ & salvificæ fidei notitiam contulit, adeo
ut Ecclesiæ Alexandrinae dici possit, quod S.
Leo Papa de SS. Apostolis Petro & Paulo urbi
*Romanæ scriptit: *Iste fuit pater, verusque pa-**

Ser. de Pe-
stor tuus, qui te Regnum cœlestib[us] inferentiam tro-
multo melius multoque felicitatis condidit quam Paulo.

illorum studio primam mænium tuorum fun-
damenta locata sunt. Iste est qui te ad hanc
gloriam prævexit, ut esset gens sancta, populus
electus, civitas sacerdotalis. Ipsa namque augu-
sto hoc titulo decorata est, ut vocaretur sedes
Patriarchalis S. Petri, haud secus ac sedes Eccl[esiæ]
Romanæ. Idem quoque Pierius refert, de Advo-
quod dum urbis Alexandrinæ mœnia delinea-
da & exstruenda essent, & calx seu Gypsus defi-
cicer, ideoque calcis loco farinam adhibuissent
multa circa mœnia illius congregata fuerint
avium agmina, ut suam inde sibi quererent
alimentam. Quod cum à multis pessimi omni-
nis loco haberetur, Aruspices econtra dixerunt,
ex hoc potius significari ferrilitatem urbis illi-
tantam futuram esse, ut multis exteris gentibus
& nationibus alendis abunde sufficeret. Porro
augurium istud ad prætens propositum no-
sfirmum facile adaptari se finit: siquidem S. Mar-
cus ad dispensandum urbi Alexandrinæ verbi
Dei panem a S. Petro missus fuit, ut notat Ba-
*ronius, dum ait: *Vbi velut ex quondam orbis**

An. 64.

theatro ex Asia, Africâ, Europâ, gentes es-

n. 13.

sent simul collecte. Ad hæc etenim salutaria pa-

scua inquirendæ innumeræ deinceps ex omni-

bus mundi partibus concurserunt, vitæ se con-

templativæ perperuò consecrantes, qui utpote

per volucres cœli præfigurati, cum Apostolo

C 3

dicere

DE S. MARCO EVANGELISTA

dicere poterant: *Nostra conversatio in cælis est;*
atque iocunditas Ægyptiacas, omnesque ea-
rum speluncas & cavernas adeo sanctis Eremitis & inclitis Dei servis adimpleverant

6. *Quasi Leo.* Singulare vigilanteæ lymbo-
lum leo est, qui proinde etiam dormiens aper-
tis oculis esse conspicitur. Unde S. Petrus Da-
mianus ait: *Leo apertis oculis dormit.* & tu sic
quiesce se posfius à mundo, ut per gles semper
oculos habere perseveres in Domino. Enim vero
hujus nostri Apostolici Pastoris vigilanteam
qua gregis lui custodiæ sollicitatem intendit, nemo
in dubium jure revocare potest, utpote qui ad
literam, quoad illam attinet, *Fecit opus Evan-
gelista, & ministerium suum implevit.* Adver-
tentendum est autem quod S. Paulus prius hanc
vigilanteæ virtutem requirat & desideret: *Tu
vero vigila; in omnibus labora; postea vero opus
fac Evangelista. Laboravit. Quia ut Procopius
de ipso scribit: Totus laboribus fractus, ut supra
diximus.*

2. Tim. 4.5. 2. Tim. 4.5. 7. *Quasi leo.* Sapiens ita scribit: *Leo fortissimus
bestiarum ad nullus parabit incursum.* Porro
S. Marcus fortitudinem hanc non patiendo so-
lum & tolerando, verum etiam intentatis sibi
contradictionibus & persecutionibus se oppo-
nendo, omnemque idolatriam, universumq;
Sathanæ regnum evertendo satis superaque pro-
bavit. Hanc quoque fortitudinem & invictum
animi robur in suo satis demonstravit exanta-
to Martyrio, siquidem ita de eo refert vita sive
Historia: *Apostolum sanctas d. vina obl. & ionis
preces, & ministerium facientem invenerunt:
quem cum comprehendissent fune in ejus collū
injecto, trahabant, ita dicentes: Trahamus bubu-
lum ad bubulum. Eius quoque fortitu-
do perspicue satis in sequentibus se verbis pro-
dit: S. Marcius cum traheretur, Salvatori gra-
tias agens, Gratias, inquit, agotibz Domine Iesu
Christe, quod dignus habitus sum, qui pro nomi-
ne tuo hac paterer. Eius autem carnes decide-
bant, & in sanguine suo lapides inquinabat-
tur. Demum vero post varias illi irrigotas alias
corporis animique exagitationes, carceri cum
denio squalidissimo incluserunt: in ejus collum
funem injecterunt, cumque trahentes dicebant:
trahamus bubulum in bubulci stabulum. At B.
Marcus et majores gratias omnipotenti Domi-
no Iesu Christo agebat, dicens: in manus tuas
Domine commendabo spiritum meum. Unde patet
quod se per mansuetudinem magnum, leonem
vero per invictam fortitudinem suam compre-*

barit. Unde S. Bernardus ad illa verba Apocal.
5. *Agnus qui occisus est.* &c. alludens pulchre Serm. 14.
notat, paulo ante dictum suisse: *Leo vires. Qui in Parv.
agnus est innocenter moriendo, leo quoque fa-
cias est mortem fortiter evincendo.*

8. *Quasi leo.* Etenim ex quo Apocalypses Apoc. 10.5.
facta est mentio, præterite nequeo visionem
quandam quæ in eadem refertur, & ni fallor S.
Marco mirabiliter accommodatur: *Et vidi a-
lium Angelum fortem, descendensem de cælo a-
mictum nube, & iris in capite ejus, & facies e-
jus erat ut Sol. & pedes ejus tanquam columnæ
ignis; & habebat in manus libellum aperi-
& posuit pedem suum dexterum super mare, si-
nius frumentum autem super terram: & clamavit voce
magnâ, quemadmodum cum leo rugit. Enim
vero S. Joannes in hoc codem libro Episcopos
Angeli titulo compellat: *Angelo Ephesi Ecclæ-
sis, &c.* Quia igitur S. Marcus Alexandrinæ Ec-
clesiae Pastor erat, præterquam quod juxta ca-
qua supra diximus ex mente B. Laurentii Justi-
nianii: *Angelus nuncupatur, quia degens in car-
ne Angelicam discebat vitam Fortem* (inquit
Glossa) *Quia fortis armatus fortem Diabolum
exsuperavit.* siquidem debellavit Sathanam,
qui suam in Ægypto tyrannidem specialiter
plantaverat. *Descendentem de cælo Quia in il-
lud Ægypti regnum allegatus est à S. Petro,*
utpote vertice totius Apostolici Collegii, quod
in cœlis præfiguratur: *Cæli enarrant gloriam
Dei, Amictum nube Ip'se namque prout jam
probavimus nubis similitudinem gessit. Unde
S. Gregorius ait: Nubium nomine quid alius, Lib. 17.
quam Prædicatores sancti, id est, Apostoli desig-
nantur, qui per mundi partes circumquaque
transmissi & verbus novabant pluere, & mira-
culi coruscare. Hic autem è cœlo milius Ange-
lus ex parte Dei ei annuntiavit: *Connumeratus San.*
es cum sancto Apostolo. Et iris in capite equi.
Quia etenim iris pacis symbolum esse nosci-
tur, ipsi ex nomine ejusdem, de quo dicitur: *p-
se est Pax nostra,* perspicuis verbis annuntia-
tur: *Pax tibi Marce.* Enimvero præterquam,
quod S. Marcus nubes quedam sit, ut dictum
est, etiam notandum, quod ut Glossa in hunc
locum advenit: *Tunc fit arcus in cælo cum ra-
diis solis inter fera nubes fuerit illustrata.* Id
quod in S. Marco adimpletum fuit, quando à
vero iustitiae sole Christo illuminatus fuit. Et
facies ejus erat ut Sol. Lyranus dicit: *Sunt Sol
per F. dei sua splendorem.* Aut vero cum Glossa
dicamus, quod fuit illi, in quibus verè lucet i-**

mago Dei, ut in contemplatiōe: Vel predicatione Procopius de S. Marco scribit: Orbem terrarū illustravit. Pedes ejus tanquam columnā ignis (ubi Glossa ita scribit) Quia spiritu sancto accessi & alios illuminantes. De s. Marco Historia ejus scribit, quod fuerit Spiritu Dei plenus. Et habebat in manus sua libellum apertum. Id est, Evangelium suum, quod omnium aliorum brevius est. Unde Petrus Damianus ait: Et plane stylī brevitate succinctum, sed profunda mysteriī spiritualis ubertate diffusum. Et posuit pedem suum dexterum super mare. Circa quæ verba Richardus in Glossa sua dicit: Quia sua potestate subdidit populum in cultu multorum Deorum, & in amaritudine multorum visorū quondam fluctuantem Qualis propriè Aegyptus erat. Vel etiam dicere possumus, quod posuit pedem suum dexterum super mare, quia

D E
SS. APOSTOLIS PHILIPPO
E T
J A C O B O.

Discursus Sex.

- D**iscursus I. Ostenditur S. Philippum in sanctæ Ecclesiæ viridario ad instar Rose, Jacobum vero velut Lilium germinasse.
- Discursus II. Ambo Apostoli SS. Philippus & Jacobus præ omnibus aliis discipulis Christo similes fuere.
- Discursus III. Hi duo Apostoli Christum sequi, ipsumque in cunctis actionibus suis imitari studuerunt.
- Discursus IV. De SS. Apostolorum Philippi & Jacobi in Christi vestigiis confessandis vera & vivâ fide.
- Discursus V. In laudem S. Philippi Apostoli declarantur verba sequentia Thematis assumpti.
- Discursus VI. De Analogiis inter S. Jacobum Apostolum & S. Jacobum Patriarcham intercedentibus præsentí discursu agitur.

Osten-

Ostenditur S. Philippum in S. Ecclesiæ viridario Rosæ instar;
Iacobum vero velut lily germinasse.

DISCURSUS PRIMVS.

*Quasi flos Rosarum in diebus vernis, & quasi Lilia.
Ecclesiastici cap. 50. v. 8.*

Ser. 1. de S. I.

In Ps. 2. 18.

Ser. 6.

Sap. 19. 7.

Venerabilis Beda in cœlesti Paradiso elegans quadam & per amœnum memorat esse viridarium omnigenis floribus consistum: inter ceteros vero flores viridianas & floridas ibi refert esse ex rosis & liliis contexta & permixta peristomata. *Floribus ejus nec Rosa nec Lilia desunt.* Ex hoc florum genere sancti Apostoli utique præcipui erunt, quos pteinde S. Ambrosius flores appellat. *Flores Apostoli.* Atque ideo non sine singulare mysterio bodiernæ die, quæ prima est Maii & per amœni veris, flororum pulcherrima matris primuum exordium, pro duotorum horum sanctorum Apostolorum encomio verba illa Ecclesiastici proposuisse censebor, dicentis: *Quasi flos rosarum in diebus vernis & quasi lilia.* In veritate namque asseverare possumus S. Philippum inter alios cœlestis Paradisi flores germinasse veluti rosam purpurascensem, sanctum vero Jacobum odoris sui sparsissime fragrantiam velut lily. *n maria rubro via, sine impedimento & campus germinans de profundo nimio.* Neque enim credere fas est Mare rubrum passionis, martyrumque carnificinam tempestibus & naufragis solū plenam esse; siquidem singulari Dei providentia & liberalitate fit, quod in fundo illius, palmaræ & laurus erumpant, feliciterque Rosæ germinent & Lilia, aliisque omnigeni flores fragrantissimi. *Et campus germinans de profundo.* In hoc igitur fundo inter rutilantes Martyrii aquas rosam deprehendemus & lily, atque exquisita videbimus SS Philippi & Jacobitormenta, dirasque passiones, virtutes item & do-

na, omniaque alia utriusque Apostoli singulare encomium exponendum spectantia. Unde B. Laurentius Justinianus in sermone de hoc festo ait: *Ager spiritualis Ecclesia Sancta, in ipso 6 quanti redolent virtutum flores.* Neque vobis modica utriusque Apostoli laus esse videatur, dum Rosæ comparantur & Lilio; siquidem doctissimus Theodoreetus gloriae S Pauli Apostoli applaudere volens, de eodem dicit, quod videbitur sit *Mundi Lilium, & Ecclesia & cherrima 1 Tim. 1. 9 Rosa Quasi flos rosarum.* Innocentius III. in sermone quodam in Dominicam quartâ quadragesimæ, qua Rosa à summo Pontifice benedicte soler, scribit: *Rosa pra ceteris floribus colore delectat, odore recreat, sapore confortat, dele in Dominio.* Et quidem in primis in colore delectat, quia nullus est flos, qui oculis nostris Rosâ gratior existat. Unde ut Pierius Valerianus in Hieroglyphicis suis refert, Rota ab antiquis unicum celesbatur esse gratiae symbolum. De sancto Philippo igitur dici potest quod sit: *Quasi flos Rosarum,* eo quod præ cunctis aliis Apostolis Christi gratiam & benevolentiam sibi specialiter conciliarit, utpote quo Christus maximâ cum familiaritate uti consueverat; unde quotquot è gentilibus Messiam videre & agnoscere desiderabant, ad ipsum recurrere solebant. Quando Redemptor noster famelicas illam ex multis millibus constantem turbam in deserto resicere decreverat, Philippum interrogavit: *Unde ememus panes?* denique quantum sibi Christi gratiam præ omnibus aliis vendicari, ex illâ tam confidenter proposita postulatione facile colligi potest, dum ait: *Domine ostende nobis* Ioan. 6. 5.

*nobis Patrem. Odore recreat; Estque hæc se-
cunda Rosæ qualitas, utpote quæ suavissi-
mam è le emitit odoris fragrantiam. Etenim
per odorem sanctitas & virtus intelligitur.
Uode sanctus Ambrosius super illa verba Psal-
mi: *Suscipitor noster Deus Iacob, dicit: Imitemur
odorem ejus;* ac demum ut in quonam odoril-
le consistat, apertus declararet, subiungit;
Virtutem ejus. Porro in vita hujus Apostoli
historia floscosissimos ei attributos invenio
titulos: *Philippus ille admirabilis.* Cum hunc
magnum invenisset philippum *Sacratissimus
Philippus Divinus Apostolus.* Unde facile col-
ligi potest, quantus in perfectione & eminen-
ti sanctitate fuerit. Rosa per ardorem & ru-
tilantem colorem suum speciale charitatis sym-
bolum est. De sancto Philippo autem scribi-
tur: *In Corisum perfectiorem assumpit chari-
tatem.* Albertus Magnus quoque scribit: *Phi-
lippus os Lampadis interpretatur, qui ardet
charitate.* Enimvero si de ejus erga proximum
charitate sermo nobis sit, audite obsecro Dio-
nysum Carthusianum, qui dici: *Commenda-
tur à servore charitatis fraterne, zeloque ani-
marum.* Vix autem Philippus in tchola Christi
linne erat, cum ecce invento à lesummo
& infinite bono, Messia videlicet, eodem lo-
lus perfirri soluit, quin potius Nathanaelum ad
ejus in fruitionem & agnitionem perduxit.
Similiter supplicationem illam: *Domine
ostende nobis Patrem,* non pro se solo, sed
pro omnibus Christo proposuit; quod vera
charitatis signum fuit, utpote quæ non quarit
quæ sua sunt. Dixit enim ostende nobis, non
mihi. Inter duodecim illos è quibus cœlestis
Jerosolyma fabricata esse noscitur, pretiosos
lapides sanctus Philippus per illum significa-
tur, cui ardonis nomen est, de quo Cornelius à
lapide scribit: *Cum candore habet rubedinem,*
ita philippus candori sociavit charitatem, iudique
suxit à Christo, cui fuit familiaris: de quo ait
Ieronimus: *Dilectus meus canadus ē rubicundus.*
Sapore confortat, quæ est alia Rosæ qualitas.
Neque enim Rosa alio flores similatur, qui
vitæ satiando tantum deserviunt, sed portius
medicinalis est & benefica, adeo ut Cyrillus
de ea dicat: *Flos ipse fructus est.* Verum inqui-
es, quisnam fuit myistica hujus rosa, sancti Phi-
lliippi nimis in sancte. E. lesie viridario
fructus? Guerricus Abbas nominis sui Ethy-
mologiam considerans ait: *Dictus est os lam-
die puris.**

Sur.

In c. r.
IoannusSerm. de
S. philip.Apoc. 21.
20.Serm. 1. in
mologiam considerans ait: *Dictus est os lam-
die puris.**Mansi Sanctorum Tom. II.*

*padis, eo quod ore ipsius ad illuminationem au-
dientium coruscaret ignitum eloquum Domini.* Etenim rosa hujus fructus in legationibus
Matutinalibus tangitur, cum dicitur: *Accepto
Spiritu sancto, cum ei Scythia ad prædicandum
Evangelium obstigisset, omnem fere illam gen-
tem ad Christianam fidem convertit.* Non
obstante enim eo, quod nationis istius homines
adeo immanes & barbari, & consequenter in-
dociles essent, admirandum hunc in ipsis fructum
produxit. Innumerabilem multitudinem fe-
cit vera pietati consentire. Acute Chrysollo-
mus obseruat, eum mox ut à Salvatore invita-
tus fuit, Apostolicum munus exercere cœpisse:
Ab ipso principio Apostolum gerit; aliorum vi-
delicet conversionem pro vobis suis procu-
rando. *Cito admodum fructum afferit;* in-
quit etiam de eo C. vilius. Et iunctu Bonaven-
tura de ipso scribit. *Perfectio philippi in cœlesti
fructuosestate.* Ad hæc rosa tametsi rubicunda
sit, symbolum est virginitatis. Unde in hujuc
virtutis testimonium S. Dorotheæ cœlitus
rosa submisæ fuere. Similiter S. Ludovicus Ca-
roli II. Siciliæ Regis filius primogenitus, sancti
Ludovici Galliarum Regis nepos, qui spredo
Regno, habitu se induit sancti Francisci, & à
Bonifacio Papa VIII. in Episcopum Tholosa-
num electus fuit, in signum candoris virgini-
alis, quo singulariter dotatus fuit. Rosam
quandam post mortem ex ore suo edidit. Un-
de S. Hieronymus ait: *Ostendam tibi vario-
rum pulchritudinem florur, quid in se Lilia Ruscis.*
habeant puritatem, quia rosa verecundia posside-
at. Pauloante jam diximus ex duodecim gem-
inis cœlestis Jerosolymæ sancto Philippo Sar-
domichen peculiariter attribui, qui Correlio à
lapide teste *Notat candorem,* qui in philippo
præ ceteris eluxit. Qui tametsi de integritate
& lynceritate sua possit intelligi, simul tamen
de ejus puritate exponi haud incongrue po-
test.

2. *Quasi flos Rosarum.* Enimvero ro-
sa id proprium est in medio spinarum effloresce-
re, immo tanto videtur esse fragrantior, quan-
to à stipite sua magis transfiguratur. Hafce au-
tem spinas, quæ tam sanctum Philippum tan-
quam Rosam mysticam, quam S. Jacobum veluti
lilium quaquaversum cinxerunt, pulcherri-
me beatus Laurentius Iustinianus sermone de
hoc festo exponit, ita scribens: *Eras admi-
rabile*

Sur.

Hom. 9 in
Ioan.

In c. r.

Ioannic.

rabile aspicere viros sapientia decoratos, sanctitate sublimes, faciendorum miraculorum virtute insignitos, amicos Dei, Christi discipulos, caelestis regni pracones, Angelorum concives sordescere vestibus, temporali indigere substantia, surire, stirre, volenti animo perferrere contumelias, verbera, plaga carceres, vincula, exilia, aculeos, ferrum, ignes, gladios, varia tormentorum genera. Immensoque fuerunt, quæ ambo sustinuerunt cruciatuum genera, adeo ut S.

In Parte. Nilu, merito dixerit: *Tolera tribulationes; inter ipsas enim virtutes ut inter spinas Rosa nascuntur. & germinant.*

3 Quasi flos Rosarum. Idque propter ejus Martyrium, nam u. Hugo Cardinalis ait: *Flos Martyrum in tempore gratia.* Et Rabanus: *Quid per flores Rosarum in diebus veris nisi Martyrum sanguis in diebus nascentis Ecclesia exprimitur.* Sanctus Eucherius Martyres olim rosis coronari solitos fuisse dicit. Porro sanctus Philippus per sanguinem, quem in cruce copiose fudit, se verum Crucifixi Nazareni sequacem esse probavit; Nazarenus enim idem est, quod floridus. Unde illa sancti Ambrosii verba, tametsi ad Christum directa fuerint, ei applicare opportune possumus: *Fusco cruentis colore vernalit;* ac demum verba hæc, ad illum Itaia texum: *Flos deraaice &c. alludens, prolequitur, dicens, quod flos iste etiam postquam recitus est odorem suum retineat:* *Regalis flos in illo parvulo crucis, nec contritus emarcuit,* nec avulsus evanuit, sed illa lancea punctione succisus sane speciosus fusco cruentis colore vernalit. Etenim rosa hæc quando in eruce aperta fuit, tunc fragrantissimum sanctitatis sua odorem, per heroicis patientie, mansuetudinis, omniumq; quæ ad stuporem ulque in ipso sentillarunt, aliarum virtutum agius solito amplius de se sparbit.

4 Et quasi filia. Notanda hic sunt verba, quibus Isaac Jacobum filium suum, qui sancti Jacobi Apostoli typus fuit, benedixisse fertur: *Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Circa quæ verba sanctus Ambrosius de Jacob & vita beata ita scribit: *erat enim perfectus in omni flore virtutum,* & sacra benedictionis atque caelestis redolebat gratiam. Quod idem de sancto Jacobo Apostolo asserere possumus: *Erat perfectus in omni flore virtutum;* atque ideo honorificus hic

lili titulus, ei optimè convenit, siquidem Lilium inter omnes alios flores se quam maximè prodit. *Lilium est odoriferum, sic justi odoriferi per redolentiam bona fama,* inquit Hugo Car. In c. 35. dinalis. Unde Apostolus dicebat: *Christi bonus Isai 2. Cor 1.15. Gal. odor sumus.* Porro fama & insignis sanctitatis opinio passim apud omnes, etiam ipsos met He. braeos adeo invaluit, ut major esse aut concipi in ulla Evangelii lectatore vir potuerit; Ipsum namque venerabantur veluti vivam Innocentiam, virtutis, mox ferè dixissim Divinitatis effigiem. *Vir fuit tanta sanctitatis & rumor in populo* (inquit S. Hieronymus) *ut simbriam vestimentie jesus certatum cuperent attingere.* Sanctus Paulus Hierosolymam prefectus felicem se ac beatum esse centuit, quod ipsum videndi occasionem haberit: *Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.* Alii quoque Apostoli in tanta eum veneratione habebant, ut ejus consilia haud secus ac inviolabilem Ecclesie legem amplexi fuerint ad observandum. *Ecclesia pro forma tradebat ejus consilium videlicet.* Unde etiam vulgo dicebatur: *Iacobus divinus.* Lib. de Sp. Sur. ritu. S. c. 5. spectare velimus, de ea Cornelius à Lapide in eisdem præmio ita scribit: *Eft Catholica fidei viteque canon & regula.* Mater quoque ejus (mulier & ipsa sanctissima) rametsi tres, alios filios pariter omnes sanctissimos habuerit, & inter illos, quidem duos Apostolos sanctum Thadæum & S. Simonem, ac denique tertium Barsabam, qui per antonomasiam cognominatus est justus, atque cum sancto Matthia ad Apostolatus electionem concurrit, Spiritus tamen sanctus illam specialiter ab omnibus haberi voluit matrem sancti Jacobi; *Maria Iacobi.* Ad hæc audire obsecro, quoniam fe titulo S. Thadæi in Epistola sua Canonice exordio insignivit, aut quo nomine vocavit: *Iudas Iesu Christi servus, frater autem Iacobi.* Circa quæ verba Oecumenius ita scribit: *Non ex imperatorijs & inanibus dignitatibus sibi tantum charitatis tribuunt, qui sunt in mundo splendidi,* quantum ille sciebat gloriari ex eo, quod esset, & diceretur frater Iacobi, Iacobi enim celebris ob virtutem apud omnes fama effectu erat, ut hujus Apostoli doctrina maiorem auctoritatem haberet, libenterque admitteretur. Unde historicum istud constituit argumentum; *Si autem & Iude gloria dicitur* Sur.

**In form,
alleg.**

**Lib. de Spi-
ritu. S. c. 5.**

dicit fratrem Iacobi, quanto est ipse Iacobus maior, quod Christi frater nominetur & ipse solus auctoratus fuit hoc privilegium; Quemadmodum dum etiam solus propter ceteris Apostolis etiam Petro hanc prærogativam obtinuit, ut pro suo arbitrio in sancta sanctorum libi licuerit ingredi. Viri quoque pluri in sanctitate & virtute eminentissimi è longinquo per aspera & ardua temera ad ipsum videndum & venerandum confluabant, inter quos etiam S. Ignatius Martyr unus fuit.

5. *Quasi Lilia.* Vulgari Analogia Homo iustus Lilio comparatur: iustus germinabit sicut lilyum, & florebit in aeternum ante Dominum. Ac proinde sanctus Iacobus utique per omnem aeternitatem ante Christum in Paradi so florebat, quemadmodum in hac quoque vita praetente coram ipso gratissimam edidit virtutum suarum fragrantiam, utpote qui tanquam proximus Christi consanguineus, continuo cum ipso conversatus & educatus fuit; maximè cum ab Historia vita sua hic ei specialis titulus attribuatur: *Vere est Iustus, & nominatur.* Cardinalis Baronius quoque de ipso scribit: *Propter summum sapientie & pietatis studium, quod in vita assidue excolluerat ab omnibus justissimus putabatur.* Ubimaxime considerandum venit ly illud *assidue*, vixit enim 96. annos; neque enim mediocris laus est homini, si de eo vere dici possit, quod in una semper sanctitate perseveravit, adeo ut nulli unquam sanctitatis suæ dubium moverit aut suspicionem; *Etenim ab omnibus justissimus putabatur.*

An. 63.
z. 2.

*De Nativ.
Maria.*

6. *Quasi Lilia.* An non lilia virginitatis Deus? scribit mellitus Ecclesiae Doctor Bernardus. Enimvero ex quo Salvator noster in domo S. Iosephi educatus sanctum Iacobum inibi contubernalem temper habuit, vere de ipso dici potuit: *Pascitur inter lilia;* virgo etenim S. Iosephus & S. Iacobus omnes liliorum instar puri & candidi erant. SS. Hieronymus & Epiphanius Apostolum hunc virginem fuisse, ideoque tametsi summus faderos non esset, privilegio tamen in sancta sanctorum ingrediendi gavilum fuisse assertunt: *Non semel sicut tu qui legi & umbra cœlestium serviebas;* Mysterium autem ob quod liber ipsi in sancta sanctorum editus patuerit, declaratur subdit: *Vt quis solus posset ingredi propter puritatem.*

7. *Quasi Lilia.* Lilius symbolum esse ta-

lis hominis, qui corpore & anima purus Christus imitatur, tradit Origenes. Talis autem Cant. S. Iacobus verè fuit: siquidem corpus ejus ex gravissimorum authorum opinione virginatum fuit, anima autem ejus adeo immaculata exitit, ut in materno utero sanctificata fuisse credatur, denique Christum in corporis & vultus sui figurè & specie repræsentasse scribitur. Unde Dionysius Carthusianus ita scribit: *In vultus dispositione, lineamentisque corporis ac modo conversationis Christo simillimus.*

8. *Quasi Lilia.* Hugo Cardinalis de libro scribit: *Granum habet super rubeum, quod denotat charitatem via.* Quis etenim Iacobus in amore erga Deum ardenter fuit, utpote qui in cœlestium contemplatione continuo haberet absorptus. Quod si etiam trita est illa sententia: *Pœna interrogat, si quis veraciter amet quis rigorissimas austeritates, quibus innocentissimum corpus suum saculo integro incessanter afflxit, ignorare potest?*

9. *Quasi Lilia.* Sandus Bernardus de libro scribens illud *humilitatis insigne esse dicit.* In hac autem virtute S. Iacobus optime fundatus fuit; Ipse namque singularissima dona & privilegia, quibus a Salvatore copiose cumulatus fuit, secretissime abscondere novit, qua causa unica est, quod ea ad nullius hactenus notitiam pervenerint. Specialem quoque ei a Christo post resurrectionem suam factam apparitionem a solo S. Paulo Apostolo relatam compertam habemus, quiseam revelavit, non Iacobus, sed Spiritus sanctus? Huic quoque humilitati ejus tribuendum est, quod se in Epistola sua Canonica, non Apostolum, non Pastorem vel Episcopum Hierosolymitanum denique non fratrem Christi, sed servum ejusdem se appellavit.

10. *Quasi lilia.* Quotidiana experientia lilium ab invida seu ænula quoque manu & trunco suo præcissum, per aliquod temporis spatium solitam elegantiam odorisque fragrantiam firmiter retinere demonstrat. Eodem igitur modo cum S. Iacobus ex sancte fidei nostræ odio è templi cacumine ob commotam ab Auano summo sacerdote sanctitatis suæ lividissimo ænulo persecutionem præcipitatus fuisse; hacten in eum exercita barbarie non obstante *Confractis cruxribus jacens semiivius manus tendebat ad celum.* Deumque pro illorum salute depri-

D 2
batur

DE SS. APOSTOLIS PHILIPPO ET JACOBO.

*Exod. 25.
31.* astur his verbis ignosce eis Domine, quia nesciunt, quid faciunt

11. Quasi lilia, Deus quondam Moysi ingens candelabrum aureum cum procedentibus exinde ornamenti loco huius fabricare jussit, Candelabrum de auro mundissimo, & lilia ex ipso procedentia. Ingens autem hoc Candelabrum aureum Christus fuit, qui illuminavit universum mundum. Ego sum lux mundi. Lilia autem ab eo-

dem candelabro egredientis eidemque unita ; ejus fuerunt Apostoli, inter quos tamen hic lilius titulus S. Jacobo praecepit convenit, tum quod Christum fidelius vivaciusque imitatus fuisset, tum ob circumquaque sparsum eminentissime perfectionis suæ odorem & famam. Propter singularem iustitiae prestantiam, inquit Baro-nius, justi & oblia quod latine populi praesidium a diu potest & iustitia.

Ambo Apostoli SS. Philippus & Iacobus præ omnibus aliis
Apostolis Christo similes fuere.

DISCURSUS SECUNDVS.

Quos præscrivit & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Rom. cap. 8.

1. *S* Apostolus ad Romanos scribens, Deum ita statuisse dicit, ut quos ad gloriam prædestinat, filio suo per omnia assimilentur : Conformes fieri imaginis filii sui. Quod quidem tametsi vel maximè in Apostolis suis, utpote immediatis scholæ Christi discipulis, qui que multo tempore ei familiarissime conjuncti fuere, adimpleri debuerit, attamen ut verum fatear in universo collegio Apostolico neminem scio, qui Redemptori nostro similiore extiterint, quam duo hi Apostoli, quorum natale diem hodie non die celebramus. Videamus igitur separatum & distinctè Et primo quidem de S. Philippo.

2. *Conformes imaginis filii sui.* Philippus juxta nominis Ethymologiam, ut diximus, idem est, quod os lampadis adeoque nomen illius Christo quoque correspondet, siquidem de eo Propheta Evangelicus predixit : Egrediatur ut splendor ejus, & Salvator ejus ut lampas accendatur. Adhac nulla est virtus, quæ DEO nos similiores efficit, quam amor & charitas erga ipsum, haec enim nos unit, immo unum idemque efficit cum illo ; Deus chari-

tas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Hæc quoque facit, ut ab eo filiorum loco habeamus. De sancto Philippo autem, si historia vita ejus credimus, constat eum præ ceteris Apostolis vehementiori erga Christum amore exarisse : In Christum perfectiorem assumpsit charitatem, ut reputaretur perinde ac filius, ideo ut ei non hominis, sed Dei cuiusdam titulus adscribatur : Verba faciens divinus Apostolus, Similiter insignitur titulus Magni : Magnus hic Apostolus. Dicit autem sanctus Antonius : Mundus tales nuncupat magnos, qui vestigia gerunt magni Dei. Quenam autem desiderari posset in hoc Apolo-gio major cum filio Dei similitudo & confor-mitas, quam quod sit Christi crucifixi viva ve-raque esfigies ? pro Christi nomine affixus. In lect. 1. Ioannis 4. 16. Sur. Unde in illius amoris, quo Christus erga Philippum ferebatur plenorem notitiam devenire facie possumus ; nam juxta tritum illud adagium : Amor aut pares facit, aut in-venit. Unde Redemptor noster cum sibi similem reddidit, quando tuam ei communicavit crucem, Asperus Mardochæum honorare volens, eum

eum armis & vestibus suis induitum , equum
 suum ascendere iussit , Amane hisce ei verbis
 acclamante: *Sic honorabitur, quemcunque Rex*
 Esther. 6.
 10. *vouerit honorare.* Ecce ubi igitur honorem,
 quo sanctum Philippum Christus afferit; quando
 ipsi, ut equum tuum regis insignis induit
 ascenderet, indulxit : *vexilla Regis prodeunt,*
 fulget *Crucis mysterium.* Sanctus Thomas de
 Aquino verba illa S. Petri exponiens, quibus nos
 ut Passioni Salvatoris compatiamus , exhorta-
 tur, dum ait: *Christo igitur passo in carne, & vos*
 1. Petri 4. *eadem cogitatione armamini; ita scribit Habuit*
 2. *enim in capite galeam, non de auro, sed de spinis;*
habuit Loriam non de ore, sed carnem immaculatam: habuit in manibus non Lanceam vel
gladium, sed magnos clavos manibus infixos; pro equo vero habuit ipsam Crucem. Ecce igitur
 sanctum Philippum in eisdem armis decorum
 huic equo incidentem , in signum regiae estimatio-
 nis, & gloriae suae; *qua si honorabitur, &c.*
 Præterea & illum Scripturæ textum ei applicare possumus: *Et vocavit Philippum unum de*
 1. Mach. *amicis suis.* Christus enim amicos esse declaravit Iosu Apostolos: *Iam non dicam vos servos,*
 6. 14. *sed amicos.* Et proposuit eum super regnum suum, Regnum Christi Crucis patibulum est: *Do-*
minus regnavit à ligno. Dedit ei diadema, &
stolam suam, & annulum. Hec autem stola
 fuit cruentæ Passionis tuæ purpura , omnia
 que alia illius arma. *Vt esset conformis imaginis*
sua. Observandum est autem, quod sicut Christus prius flagellatus fuit, quam Cruci affi-
 geretur : ita quoque de S. Philippo vita ejus referat historia: *Acerbe deponunt in carcere;*
acerbius vero flagris cadunt & verberant. Si-
 militer sicut in morte Christi ab imis funda-
 mentis commota est terra: *Terra mota est:* ita
 quoque in Philippi crucifixione: *Movetur re-*
pente terra. Unde impii illius crucifixores me-
 tuentes ne terra sub eorum pedibus dehincens
 vivos eos abolerent, ad intercessionem con-
 fuderunt sancti Apostoli: *Eum circumfidentes*
 in vocabant servatorem, & petebant, ut eis de-
 xteram porrigeret ad salutem. Fueruntque ex-
 audiæ mox illius preces, adeo ut qui jam ali-
 quoisque deorsum delcederant, divina vir-
 tute mox denuo eleverentur; unde scribitur:
Visam esse divinam virtutem, qua locum scalari-
rum obtinebat, & ascensum præbebat faciliter. Quemadmodum etiam centurio Christum
 confessus est esse verum filium DEI, videns
 quod sic clamans exspirasset , pro suis nimia-
 rum crucifixoribus intercedendo , ideoque
 conclusit, dicens: *Vere filius Dei erat iste.* Item
 sicut Iatro pariter eum Regem esse confessus
 est Paradisi: *Et multi revertabantur percutien-*
tes pedes sua. Ita quoque in sancti Philippi
 Passione visa admirabilis ejus mansuetudine ,
 convertere sunt mult: *Hac fuit via fidei ad salu-* Sur
 tem infidelibus; & simul quidem magnum esse
 Philippum, majorem quoque illam, quem an-
 nuntiabat, Dominum predicatorum. Ita super ad-
 vertendum hic est , quod sicut Augustinus de
 Redemptoris patibulo dixit, illud non solum
 lignum fuisse, in quo passus est , verum etiam
 cathedram, in qua docuit , ita quoque de S.
 Philippo scribitur: *Sublime pendens de sis, que*
 erunt eis futura uicia, tota die differebat : &
 fiducia ad Deum conformans eorum animas;
 & pro eis supplicans, acro sancte cum sacris ex-
 cessit eloquus. & migravit ad eum, quem dilexit
 Dominum. Denique sicut Christus non obstante
 quod de Cruce descendere justus & invita-
 tus fuerit, in Cruce tamen perseveravit & im-
 mobilis manit, ita quoque de S. Philippo le-
 gitur, quod eum è Cruce deponere volentibus
 minime contenterit: *Vt conformus esset imaginis*
filiij Dei &c.

3. *Conformis imaginis filii sui.* Id quod in Thea-
 & in sancto Jacobo verificatum tuit. Plato qui toto
 odminentiam sapientia sue ab antiquis divi-
 nus appellatus fuit, inter alias lententias suas,
 hanc quoque post se scriptam reliquit: *D E O*
nihil est similius, quam cum ex hominibus alti-
quis justissimus est: in hoc enim veri hominis
præstantia versatur. Quo fundamento suppo-
 sito haud difficile erit probare eam , que si-
 lum DEI inter & S. Jacobum intercessit si-
 militudinem ; de eo namque in annalibus
 Ecclesiasticis legitur: *Iacobus frater Domini,* An. 63.
 quem omnes justum appellant Historia quoque
 dicit: *Magnus Iacobus, qui vere est, & nomina-*
 tur. Et paulo post: *Iacobus divino Patria fuit*
 Indiae. n. 2.

4. *Conformis imaginis filii sui.* Potius sciendum est, quod ut supra tetigimus , S. Jacobus una cum Salvatore nostro pariter educatus fuerit, de quo Dionysius Carthusianus ait: *Iacobus iste dictus est frater Domini scilicet Christi:* quoniam in vultu dispositione , lineamentisque corporis ac modo conversationis extitit ei simillimus. Etenim quod in vultu similis illi extitit , cuius summa laus est, quod sit speciosus forma pro filio hominum , neutruum

miror, cum venustas & elegans vultus gratuitum DEI donum sit : Dignissimum autem est admiratione, quod Jacobus filio Dei in mortibus similis fuerit: *Modo conversationis.* Dicunt nonnulli Iudam hoc litteris signata vel notam infallibilitatis deditis: *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum;* idque non ideo fecisse quasi ipsi Redemptorem probè satis non agnoverint: sed quia ob magnam Iacobi cum Christo similitudinem metuebat, ne forte in tenebris crepusculi obscuritate in alterutro apprehendendo graviter errarent. S. Ignatius Martyr in quadam Epistola sua ad S. Ioannem Evangeliam directam ita scribit: *Si licitum mihi est, apud te Hierosolymam volo ascendere, ut videam illum venerabilem Iacobum, quem referunt Iesu Christo simillimum facie via, & modo conversationis;* ac si eiusdem frater esset gemellus.

5. *Conformis imaginis filii sui.* Porro Salvator noster passim apud omnes in tali erat conceptu sanctitatis, ut Hemorrhoisa illa Matth. 9. intra le dixerit, nec fuit ultra: *Si tetigeris tantum vestimentum ejus, salva ero.* De sancto Jacobo 21. S. Hieronymus scribit: *Vir fuit tanta sanctitatis & rumoris in populo,* ut fimbriam vestimenti ejus cuperent attingere. De Christo scribitur, quod quounque ibat, ubique beneficencia sua vestigia impressa reliquerit. Pertransit benefaciendo & sanando omnes. De S. Jacobo quoque legitur: *Manus qua semper movebantur ad benefaciendum.*

6. *Conformis imaginis filii sui.* Salvator noster protelatus est, te de celo in hunc mundum alio fine non venisse, quam ut gregis Iudaici Pastor fieret: *Non sum missus nisi ad oves, que perierunt dominus Israel.* Simili modo licet alijs Apostoli per totum mundum dispersi fuerint ad annuntiandum gentibus Evangelium, non errare tamen aut fluctuabunda coeli providentia circa Iacobum ita disposuit, ut in dispersionem gentium abire non sineretur, sed eisdem gregis Israëlitici pastor fieret: *Eum post Christi Ascensionem Apostoli Hierosolymorum Episcopum creaverunt.*

7. *Conformis imaginis filii sui.* S. Paulus Christum fundamentalem & angularem Ecclesie lapidem fuisse dicit: *Superadlocati super fundamentum Apostolorum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Videamus obsecro, num aliquid simile de Iacobo dici possit? Clemens Alexandrinus scribit: *Petrum & Ia-*

cobum, & Ioannem post Salvatoris in celum Citatus à ascensum, cum essent à Domino summum dignitatem gradum adepti, non de gloria & honore contendisse inter se; sed uno consensu lacobum justum Hierosolymorum Episcopum designasse. Ratio autem qua ad hoc eos movit, hæc est, quia eum Ecclesia basin atque columnam esse noverant: Unde Cardinalis Baronius scribit: *Cum credentium in Christo numerus indies magis magisque augeretur; inter cetera que ad coagmentandam nascentem Ecclesiam sunt ab Apostoli salubriter ordinata, Iacobus Alphai cognomento justus, idemque frater Domini dictus à Petro Apostolorum Principe ordinatur Hierosolymorum Episcopus;* sed annos viginti novem.

8. *Conformis imaginis filii sui.* Quoniam oblecto motivo perfida & crudelis Synagoga ad inferendam Christo mortem concitata fuit? Nimirum: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Quod sanctum Iacobum attinet, Salmeron & ali existimant Anatum summum Sacerdotem sancti Iacobi Apostoli amulum, summam in qua Jacobus passim apud omnes erat, venerationem ferre non valentem, præcipue vero deo quod semper ei pro libitu in fanda sanctorum liber pataret aditus (cum ramen id ipsi non nisi semel in anno concederetur) dolentem, eo inductum fuisse, ut eum tanquam partialem & Christi sequacem discipulum accusaret, eique necem inserti satageret.

9. *Conformis imaginis filii sui.* Sicut Christus filius Dei inter omnes virtutes mansuetudinis virtutem maximi estimavit: *Discite a me, quia misericordia sum:* ita quoque in hac summo studio imitari conatus est sanctus Iacobus. *Oculus ejus lenis & placidus.* Etenim S. Iacobus juxta venerabilis Beda venerabilem discursum & opinionem post sancti Stephanitipationem eo præcipue fine consecratus est Hierosolymorum Episcopus, ut Iudeos ex zelosissimi hujus Prothomartyris reprehensionibus, quas illa verba: *Dura service & incircumcisiss cordibus, sufficenter indicant, exacerbatos suavitate & benignitate sua Apostolica mitigaret,* atque Evangelio lucratur, quod ipsum magna ex parte affecatum esse valde est verisimile, siquidem viginti novemannis in lumina quiete, & absque ulla perturbatione illam gubernavit Ecclesiæ.

DISCURSUS III.

37

An. 63. n. 6

10. *Conformis imaginī filii sui.* Denique Christo ad ultimum usque Spiritum conformis fuit, quia sicut Salvator noster se pro suis crucifixoribus interposuit, ita quoque S. Iacobum faciliter legimus in annalibus: *Quoniam dejectus in p̄ceps, non statim mortem obiit sed vultus sursum sublato, genibusque flexis dixit: Obscurō Domine, Pater da illis veniam, nesciunt enim quid faciunt.* *Enimvero licet verum sit S. Iacobum in hac manuæ studiis virtute Christo similissimum fuisse, attamen eidem in modo seu specie supplicii perpepsi valde dissimilis extitit; siquidem illud mortis genus sibi elegit, quod Redemptorem nostrum perpetuo fugisse constat, neque enim Christus decapitati, aut lapidari, vel p̄cipi-*

p̄tarī voluit; scimus enim, quod eum à perfidis Hebreis in montis verticem ducūs esset, ut inde eum p̄cipitem agerent, miraculose se invisibilem reddiderit: ipse verò transiens, per medium illorum ibat. Ossa quoque sibi confringi non permisit, postquam enim eorum qui cum eo crucifixi erant, crura fregissent, ad Iesum cum venissent, non fregorunt ejus crura. S. Iacobus autem tanquam frater Christi, p̄dicta supplicia omnia in persona sua adimpleri voluit, ut cum veritate dicere posset: *Adimpleo ea, que desunt Passionum Christi in carne mea.* Ipse namque lapidatus & ē sublimi precipitatus est, nec solum ossium & crurium, sed & capitis fraguram fortiter sustinuit.

Hi duo Apostoli Christum sequi, ipsumque in cunctis actionibus suis imitari studuerunt.

DISCURSVS TERTIVS.

Vado parare vobis locum. Ioan. cap. 14.

I. **M**celeberrimo illo sermone, quem Christus Salvator noster in ultima cena ad discipulos suos habuit, ē quo Evangelium hodiernum defusum fuit, Christus Apostolos suos erudit, & docuit in domo Patris sui mansiones multas esse, ideoque omnem ab illis metum ponendum esse: *Non turbetur cor vestrum: in domo patris mei mansiones multa sunt;* atque ut conceperum hinc gaudium tanto magis adaugeret, subiunxit: *Vado parare vobis locum.* Verum dicit aliquis ex quo cœlum Empyreum ab ipso mundi exordio hoc fine fabricatum fuit, unde dicit: *paratum vobis regnum à constitutione mundi,* quomodo nunc te e fine abiectum, ut locum pro illis p̄pararet? Cardinalis Toletus putat Christum Apostolis dicere voluisse, quod ad paradisi portam, generi humano tot facultis occlusam aperiendam abiaret, quasi diceret: *Vado aperiere januam cœli.* Id quod mediante gloriofa ascensione sua adimplendum erat, Veleiam: *Vado parare lo-*

*Matth. 13.
35.*

cum. Quasi diceret ē ut interpretatur Dionysius Carthusianus: *I*alcendo in cœlum, ut inde vobis mittam Spiritum sanctum, ut per plenitudinem gratiarum & donorum ejus, digni efficiamini, qui in æternas illas mansiones aditum habere possitis. Insuper idem Card. Toletus dicit, quod *parare locum*, idem sit, quod tene ad solvendum pro nobis gloriae pretium, id est, ad effundendum sanguinem accingere, ut per illius merita æternam nobis compararemus beatitudinem. *Sorvere pretium mansiōnū ipsarum.* Doctor Angelicus autem in ea fuit opinione, quod Christus ad discipulos suos conversus per hæc verba illos monere voluerit, quod abiaret ad demonstrandam illis viam, per quam ipsis eundum esset, ut ad beatum illud Regnum pervenerent. *Demonstrando eiā viam ad locum eius.* Unde Michæas prædixit: *Astendit, pandens ier ante eos.* Atque ideo notandum quod hoc dixerit in nocte illa, in qua postera die ad Calvariae montem ascensurus, ibidemque Crucis patibulum amplexurus erat, adeoque

verbis

Cofef. 3. 24

verbis illis Apostolis insinuare voluit , quod via quæ ad locum illum conductus , quem ipse illi preparatus abiret , non sit alia quam dolere , pati , & mori . Quam vivaciter autem salutare hoc monitum amborum Apostolorum Philippi & Jacobi cordibus imprestum fuerit , velim , audiatis .

2. Qui vult venire post me (inquit Christus) tollat Crucem suam , & sequatur me . Id quod S. Philippus ad literam adimperavit , ut pote ad sequelam ipsius promptissimus . Unde apud sanctum Joannem scribitur : In crastinum volebat exire in Galilaam , & invenit philippum , & dicit ei Iesus : sequere me . Circa quæ verba in primis notandum est locus , in quo eum invitavit . Glossa dicit : Ipso loco innuens , ut sicut ipse per passionem intravit in gloriam ; sic & sequaces . Sequere me . Quasi diceret , ut expponit sanctus Thomas : Ad eandem viam ingrediendam accingere , quam ingressus est ipse , nimirum Passioni . Sequitur , qui imitatur humilitatem & passionem ejus , ut sit socius Resurrectionis & Ascensionis . Immediate igitur & sine ulla dilatione ipsius se sequela addixit . Unde S. Bonaventura hac ei verba attribuit . Vestigia ejus secutus est pes meus . Que verba indicativa sunt mortis & Passions Christi , juxta illum S. Petri textum : Christus passus est pro nobis . vobis relinquent exemplum , ut sequamini vestigia ejus . Enimvero certum est , quod ad hoc ut quisvis aliquam secure perambuler , multum conducat , quod lemitam & vestigia ejus qui in eadem via ipsum antecelsit , clare peruidat . Demonstrand o eis viam . Salvator igitur eis viam demonstravit , quam eum in morte imitando , ingredi deberent . Legatur idemmet capitulum sancti Joannis , in quo sanctus Philippus ad Apostolatum vocatus fuit , sed namque invenietur , ad eandem Apostolicam dignitatem SS. Andream & Petrum antecedenter vocatos esse , tandem vero eundem Evangelistam vocationem quoque prosequitanti Philippi . Circa quem locum S. Cyriacus Alexandrinus ait : Erat ejusdem animi cum prioribus Philippus , quasi dicere vellet : in creata illa sapientia probe cognovit sanctum Philippum quoque exemplo duorum fratrum Petri & Andree patiendi & in Cruce quadam moriendo cupidum esse : Et ad sequendum Christum perquam idoneus . Hinc igitur facile intelligitis mysterium , cur scilicet Christus de vicina & jam jam imminentे

Ioan. 1. 4.

In Ioan.

**1. Petri 2.
21.**

Passione sua , sub grani frumenti subitus terram sepulti tractans , sanctis Andreæ & Philippo specialiter locutus fuerit . Venit hora ut **Ioan. 12.**

clarificetur filius hominis : amen , amen dico vobis , nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit , ipsum solum manet : si autem mortuum fuerit , multum fructum affert . Id quod ab authore Historiæ vita ejus bene observatum fuit , dum ait : Atque hac quidem Sur. Christus illis differuit , id est , Andreæ & Philippo , ut pote ad consecrandum vestigia ejus ceteris promptioribus & terventioribus . Jam iupra Philippum ad imitationem Magistri sui flagellatum , & in Cruce suspensum esse diximus , praterquam quod insuper lapidatus fuerit : philippus Apostolus Christi (ait Baronius) apud Hieropolim Asia civitatem dum **An. 54.** **nu. 3.** Evangelium populo nuntiaret , Crucis affixus lapidibus opprimitur . Alexander Jonathan honorare volens , amici titulo eum insignivit , atque imposita in verticem ejus corona , purpura quoque eum circumdedit : Ut amicus vo**1. Mach.** ceris Regis , & misit ei purpuram & coronam , **10. 18.** ut qua nostra sunt , sentias . Christus Dominus S. Philippum quoque amicum suum esse declaravit , id est , Apostolum . Iam non dicam vos servos , sed amicos . Eumque hoc privilegio decoravit , ut scilicet eum cruente sua Passionis & Crucifixionis participem efficeret . Ut qua sente nostra , sentias . Hoc enim sente in vobis , quod & in Christo Iesu . Id quod de Passions luce participatione intelligitur .

3. Exditis hactenus igitur in dubium revocari nequaque potest , quin monstratam libi à Christo viam perfecte secutus fuerit , siquidem eum exemplo Magistri sui certius Crucifixum . Superest nunc , ut sanctum Jacobum idem fecisse , demonstremus . Enimvero unum ex evidenteribus argumentis , unde Apostolum hunc vestigia Christi secutum fuisse probemus , est quod à primis vita crepidius una cum ipso educatus fuerit , prout sanctus opinatur Epiphanius , ideoque per longum annorum gyrum oculatus testis fuit virtutum & mirandorum operum incarnata illius sapientia , cuius omnis actio nostra fuit instrutio ; unde credibile est eum ex conspectu sanctissimorum exemplorum Christi plurimum proficisse . Salvator eternus noster Apostolos suos vivas sui effigies & copias esse volebat : Exemplum dedi vobis , ut quemadmodum ego feci , ita & vos faciat .

Quo-

DISCURSUS III.

33

Quotiescumque de S. Jacobo sermo est, semper scilicet ceterorum Coapostolorum antesignani nomine nobilitatur, non quidem in ordine ad dignitatem & potestatem; sed quod sanctitatem & perfectionem, Hesichius eum appellat: *Nova Hierusalem summum ducem sacerdotum Principem, Apostolorum verticem. Discite à me*

(inquit ecclesis hic Magister ad Apoloios suos) quia misericordia & humilis corde. q.d. volo ut inter omnes alias lectiones haec quam maxime dileatis, eamque cordibus vestris tenacissimè imprimatis, id est, ut exemplo meo manuere & humiles sitis. Porro S. Jacobum pro lictoribus & carnificibus Iustus orando manuetissimum fusce, jam iupradiximus; supererat nunc ut de admirandis humilitatis ejus specimenibus mentionem quoque faciamus. Cum ei licet et ipsum vocare Apostolum, aut Episcopum, aut quod maius est, fratrem Domini; quibus nominibus ipsum quoque Paulus significavit, scribens ad Galatas, videtur electari humilioribus: se esse servum Dei significat tribubus Israels.

Acuē Theophylactus obseruat, omnino quidem docuisse, ut S. Jacobus ut pote Episcopus Hierosolymitanus in propria luce fede residiens, primus ante omnes loqueretur, & tamen hic Petrus liberenter primum verbum cessit, ea de causa praecipue: Quia vir probus & modestus erat, quia nihil humanum cogitabant & curabant, sed communem utilitatem proposiā habebant.

Adhæc humilitatem tuam in eo quoque probavit, quod multos à Christo receptos favores perpetuò abscondent, & quidem in specie eum, quem accepit, quando Christus ei post resurrectionem apparuit: quem huc & alia eximia dona sua ex profundissimè humilitatis instinctu sub perpetuo silentio lepelicavit.

4. *Demonstrando ei viam per quam ambularet, Eniūverō Redemptorem nostrum adiutum sibi in cœlum mediante passione sua parasse, supradiximus: Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Hec igitur via erat, quam Apoloios suos docebat, Porro S. Jacobum toto eo, quo post Christum crucifixum vixit tempore, pedem tuum Hierosolymis extulisse minime constat, adeoque monte Calvarie semper propinquissimus fuit; unde dubium non est, quin hujus sibi semper præstanti aspectu in meditatione mortis & passionis Christi Redemptoris nostri, præ omnibus aliis profundius pe-*

Mansi Sanctorum Tom. II.

metraverit Adhæc passiones & austeriorates vitæ suæ intimum rigorissimus, adeo ut quādū vixit, longum quoddam valdeque pœnatum sustineret martyrium. Opulmē S. Augustinus scribit: *Peruenitur non solum occasus, sed etiam Serm. de contemptu carnis ad coronam. Prusquam san. Martyre*

Etus hic Apostolus tuum pro Christo sanguinem funderet, jam per 96. annos corporis martyrio per vitæ austeriorates & rigores incredibilis, consummando affidum operam adhibuit, sicutque semper vehementissimè, in testimonium ejus, quam prædicabat, tideri venas suas patulas & fluidas videre desiderabat; quod ex Epistola ejus Canonica fatis liquet, in qua unicum hunc sibi finem propositum habuit, ut scilicet fideles ad moriendum pro Christo, & ad perseverandum inter tyrannoū persecutions in confessione Evangelii animaret. Denique virginitatis spe-

ciali dono decoratus fuit. Cujus testimonium

An. 68;
Cardinalis Baronius ex S. Epiphano deflumpit.

qui ipsum semper virginem permanisse testatur. n. 5.

In lectionib. Matutini hodie recitatimus: Vi-

nūm & siceram non bibit, carne abstinet, num-

quam tonsus est, nec unguento, nec balneo usus.

Egeliippus quoque ab eodem Card. Baronio c. n. 2, ibid.

tatus de eo sic scribit: In templum solus intrare

solutus erat; atque ibigenibus humi positis pro

populi peccatis veniam postulare; cuius genua,

quod tam assidue tum ad Deum augustinus sancte

que adorandum, tum ad veniam precibus popu-

lo exposendam procumbebat, camelii instar tu-

berculis contractus obduruerunt. His itaque aliu-

que austerioribus, quas calamus describere Hi-

lidricoruū prætermisit, corpus suum diu mul-

tumque affixit. Multo autem minus ad nostram

pervenire notitiam miracula aliisque opera he-

roica, interneque a dus amoris Dei, mortificatio-

nis, omniumque altiarum virtutum, in quibus per-

tot annorum decursum se exercuit. Iosephus

Hebreus, tametsi ejus, quam S. Apostolus profi-

tebatur, vita inimicus extiterit, post se tamen

scriptum reliquit, quod scilicet huic tam sancto

viro interrogum mortis supplicium. Hierosoly-

mæ fuerit unicum excidiū & exterminij, Tan-

ta enim est virtus (ut & ipse Plutarchus

art) ut non solum probos, sed etiam

improbos ad se amandum al-

liciat.

*In vita
Scipionii
Africani.*

E De san-

De sanctorum Apostolorum Philippi & Iacobi in Christi vestigiis consecrandis vera & viva fide.

DISCURSUS QVARTVS.

Nemo venit ad Patrem nisi per me.

Ioan. cap. 14. v. 6.

1. **I**n hodierno Evangelio Salvatorem nostrum coram Collegio Apostolico protstantem audivimus, & dicentem: *Nemo venit ad Patrem nisi per me.* Quibus verbis, ut ea Lyranus interpretatur, diceretur voluit: Neminem ad beatitudinis possessionem pertingere posse, nisi credar in eum, ipsumque prius opere ipso imiteatur: *In me credendo, & opere imitando.* Quod Christi axioma amborum Apostolorum Philippi & Iacobi mentibus profundè insitum fuit, ac proinde nunc in coeli capitolio gloriofi triumphant; vivamnamque fidem habuerunt in Christum, eumque omnistudio sunt imitati. Videamus id ipsum primò quidem de S. Philippo Apostolo.

Surius.

Matt. 13. 55

2. *In me credendo.* Eodem tempore, quo sanctus hic Apostolus fidem in Redemptorem primiū est amplectatus, simul etiam ad Christi sequelam invitatus fuit: *Cum venisset Iesus in Galilaeam, & hunc magnum invenisset Philippum, iussit ei ut ipsum sequeretur.* Fuit autem haec S. Philippus fides plurimum admiranda in hoc, quod oculis corporis hominem quandam confidens, illum nihilominus Filium credidit esse ipsiusmet Dei; siquidem eum tanquam verum & indubitatum Messiam tanto tempore desideratum & promissum suspexit, cum tamen idem Redemptor noster tunc præ se ferret exteriorū hominem pauperem, abjectum, nudum, discalceatum, ab omnibus contemptum, & fabri filius reputaretur: *Nonne hic est filius fabri & nonna mater eius dicitur Maria?* Vix pedem suum scholæ Christi intulerat, cùm ecce fidei, qua imbuebatur, adeò mox cooperatus est, ut in vita ipsius historia de eo scribatur: *Sacratissimus Philippus aures prabens sacris mysteriorum institutionibus, totâ mente in illis versabatur,*

nullā eum curā attrahente ad alia; & luce diuinioris cogitationis expurgabat cogitationem. Porro fidem hanc S. Bonaventura admiratus scribit: *Figuratur perfectio ejus in plena Christi imitatione, quod implicatur ibi: sequere me.* An. 32. n. 28. Baronius Clementem Alexandrinum lib. 3. Stromatum citat, qui in ea fuit opinione, quod S. Philippus adolescens ille fuerit, cui incarnata Sapientia dixit: *Sequere me; Et dimittete mortuos sepelire mortuos suos;* atque insuper dicit, quod hic Author id ipsum tamquam rem minime dubiā testatur. Magnum profectio viva fidei specimen fuit, quod sanctus hic Apostolus proprium patrem alii lepericū reliquerit, ut tantò promptius Christo obediens, ipsumque sequi posset voluntate. Sed unde Philippus secutus est Christū? interrogat Chrysostomus: *Nam Andreas quidem audiens à Ioanne Baptista; Petrus autem ab Andrea;* hic à nullo aliquid discens, solum dicente Christo ad eum: *sequere me, confessior persuasus est.* Sine ullo prævio diutino examine, & abqueulla dilatatione, ut Christum Messiam esse crederet, persuasus fuit. Unde Theophylactus ait: *In corde Philippi de Christo cogitatio intereat, & in libris Moyse assidua lectio, ut expectaret Christum, & statim cùm vidit, creditit.* Et enim quam ex invento Domino & Messia concepit, lætitia, necnon sollicitudo quacum ei occurrit, satis in eo manifestatur, quando totus festivus & gaudio plenus Nathanaeli dixit: *Quem scripsit Moyse in lege & Propheta, in venimus Iesum filium Ioseph à Nazareth.* Ubi observandum est, quod S. Philippus eum, quem passim omnes alii filium Ioseph esse existimabant, Filium Dei esse firmiter crediderit. Porro Christus illis verbis: *Sequere me, juxta B. Alberti Magni expositionem dicere voluit: Doctrinam & exemplum In Iohannem imita-* In Cat. D. Thome In Cat. In Cat. In Cat.

DISCURSUS IV.

35

imitare; quod & ipse alacriter præstitit; nam à primis adulstori vitæ annis lucræ Scripturæ studio totum te consecravit: Statim ab ineunte atate traditus est à parentibus eruditus discipulinus; cum autem redi fruisset educatus, & in omni laudabili disciplina jam institutus esset & eruditus, libros perlegit Mosaicos, & quacunque fuerunt de Christo predicta mysteria, imbibit. Quamvis insuper verissimum sit, quod sapientiam illam atque doctrinam, quacum postea tot gentes ad veram Christi fidem convertit, unā cum aliis in ipsa die Pentecostes in cœnaculo Sionis hauserit. Et quidem qua & quanta illa sapientia, quam Spiritus ille, qui docet omnem veritatem, ei infuderat, fuerit, ex abundantissima messe quam sibi collegit, facile conjici potest.

Salmeron dicit: Interpretatur Philippus os lani-padi, que quidem à Christo igne arcessa incepit illuminare Nathanaelem; & post Christum in cælum assumptum, totum mundum. Audite oblectro qualiter S Joannes Evangelista, cuius calamus Spiritus sanctus specialiter direxit, vocationē S. Philippi, promptamq; ejus in sequentia.

Loquitur. 43. do obedientiam descriperit: Invenit Philippum, & dicit ei Iesus: sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaïda civitate Andrea & Petri. Quid autem opus hoc loco erat Bethsaïda mentionem facere? Glosa respondet: Non fru-strâ nominatur ciuitas; nec fru-strâ dicitur Philosophi, Petri, & Andrea: sonat enim domus venatorum, in qua notatur animus & officium istorum, sunt enim venatores in capiendis animalibus: unde Philippus antequam fiat Apostolus sponte vocat Nathanaelem. Qui in se Salvatorem nostrum est imitatus, qui ut animas nostras sibi acquireret, de celo in hunc mundum descendebat. Glosa insuper addit: Cautus venator multis rationibus veritatem fratri adstruit. Neque credendum est Apostolum in Nathanaelem casualiter incidisse, quia verba illa: Invenit Philippus Nathanaelem, scilicet indicant, hunc adhibito audio quæsum fuisse. Unde S. Cyrillus Alexandrinus ait: Cis admodum discipulus ille frustâ adserit: invenit Nathanael non casu oblatum, sed studio quæsum. Multe quoq; conversiones præclaræ per ipsum institute sunt. Et namque Asia obigit superior, in qua Evangelium predicavit, & innumeræ Christo lucrifecit animas. Id quod in eo tantò majorem meretur admirationem, quanto Scythia, in qua

pariter Evangelii præce fuit, populum habet inhumaniorem, omnibusque aliis intractabiliorem magisque barbarum: Admirabilis huic Apostolo Surias, forte obigit Asia, quam quidem in orbem obiens, & in multis quidem verans civitatibus & regionibus, innumerabilem multitudinem fecit vera pietati consentire. In Martyrologio quoq; Romano dicitur: Postquam omnem serè Scythiam ad fidem Christi convertisset. In cuius primaria civitate seu metropoli, que Hierapolis dicebatur, vixera quædam adorabantur per oblatæ illi sacrificia, unde facilè colligi potest quales fuerint hujusc Dei adoratores. Opere imitando Est hic alter punctus, qui pariter in S. Philippo ad literā adimpleris fuit; siquidem hic exemplo Christi flagellatus, ac demum in crucis trunco suspensus fuit. Advertendum est autem, quod priusquam Salvator dixisset: Nemo venit ad Patrem nisi per me, jam anteā latis declaraverat te viam esse, quæ ad æternū Patrem suum tecum perducit. Ego sum via. Circa que verba Hugo Cardinalis ait: Via dicitur ferrata, pro crucis clavis: dicitur signata, pro ipsa cruce, us omnibus appareat: sicut ponuntur crucis in capitibus viarum: etiam lapides pro lapidibus, quos in Christum projecunt. Per omnes hasce vias SS. Philippus & Jacobus perambularunt; primus cruci clavis affixus est: Pro Christi nomine cruci affixus lapidibus obrutus Ecce crucem, ecce lapides. S. Jacobus pariter ponderosissimam illam crucem portavit, de qua S. Maximus: Tota vita Christiani hominis si secundum Evangelium vivat, crux est. Hom. 2. in natal. SS. Mart.

3. In me credendo & opere imitando. Capit iesus facere & docere. De S. Jacobo non constat, quod prædicationis sua aliquod fecerit exordium, nisi post trigeminum annum; ceteris autem annis præcedentibus operatus est. Idque ab eodem Salvatore dicerat, qui prius multo tempore cœpit facere, & dum triginta annorum attigisset etatem, suam exorsus est prædicationem. Porro per assiduum cum increata & incarnata Sapientia habitam familiaritatem & quotidianum convicium, in scientiis Theologicis, & disciplina ecclesiastica ita eruditus evasit, ut ipsemet

E 2

Colle-

Collegii Apostolici vertex; immo & S. Paulus, qui in tertio celo edocitus fuerat, omnibus ejus consiliis haud tecum derulerint, quoniam si celestia fuissent oracula; in eo namque concilio, de quo in Actibus Apostolicis fit mentio, quod ab Apostolis celebratum fuit, omnia juxta S. Jacobi Apostoli dictamen decreta fuerunt: *Quod à Iacobo fuerat decretum, scriptum est ab Apostolis, & Ecclesia pro forma traditum; tanta apud Apostolos fuit ejus reverentia.*

Act. Ap. 3.22.

Surius,

Act. 2.2.

*Hom. 27. in
Ioan.*

*Thre. 3.28.
Serm. 2. in
Pf. 1.18.*

An. 63. n. 3

Collegii Apostolici vertex; immo & S. Paulus, qui in tertio celo edocitus fuerat, omnibus ejus consiliis haud tecum derulerint, quoniam si celestia fuissent oracula; in eo namque concilio, de quo in Actibus Apostolicis fit mentio, quod ab Apostolis celebratum fuit, omnia juxta S. Jacobi Apostoli dictamen decreta fuerunt: *Quod à Iacobo fuerat decretum, scriptum est ab Apostolis, & Ecclesia pro forma traditum; tanta apud Apostolos fuit ejus reverentia.* Sanctus quoque Apostolus ad Galatas scribens, se nullum alium itineris lui, quod Hierosolymam versus fecerat, habuisse finem declarat, quoniam ut Evangelium & doctrinam suam, quam gentibus annuntiaturus erat, cum S. Jacobo conferret. *Ascendi autem secundum revelationem, & contuli cum illis Evangelium quod predico in gentibus, id est, cum S. Petro, & Joanne, & S. Jacobo.* Verum ad vertendum est quod S. Chrysostomus dicit: *Si quis, inquit, à me percontaretur, quomodo S. Petrus sedem Hierosolymitanam accepit, responderem ego hunc totius orbis Magistrum proposuisse Petrum.* Quoniam desiderare potestis magis scientiam ipsius testimonium? Et tamen quantum ipse haec omnia celavit? In Evangelio multa quidem aliorum Apostolorum verba leguntur, prorsus tamen nullum ab his Apostoli ore dimanasse legitur, ut porro quia illud S. Jeremiæ documentum firmiter observavit: *Sedibit solitarius serm. 2. in Ep. facebit.* Ubi S. Ambrosius ait: *Vt totus possit intendere seniorum præceptia, Prophetarum oracula, Apostolorum magisterii, laudandus: et quid vult prius loquenda cognoscere, quoniam proferre qua sentiat.*

4. *Opere imitando.* Non enim Christo in solo externo vulnus similis fuit, verum etiam in moribus & virtutibus Christianis. Unde à Card. Baronio citatus Origenes ait: *Et sane non magis ob hanc sanguinis propinquitatem, quoniam ob morum similitudinem, & sermonis mutui cum Iesu commercium, ut justus diceretur, esse illi est.* Enimvero tametsi tres alii fratres illi us sancti, & in eodem parentele gradu cum Christo conjuncti essent, solus tamen Jacobus per antonomasiā sanctus, & frater Christi appellatus fuit, eo quod in moribus & vita sanctitate illi similis extiterit. Veruntamen quoddam hic mihi subratetur dubium, quoniam ob videlicet omnibus aliis Apostolis per universum orbem dispersis, & Evangelium prædicantibus, solus Jacobus Hierosolymis

relicitus & reservatus fuerit; quæ difficultas vel exinde magis augeri videatur, quod ad hoc ut Redemptori similis esset, parum videbatur conducere, quod illo tum tantum Pastor esset, qui nomen & memoriam Christi, cuius ipse frater dicebatur, tam pertinaciter oderant, ut dicatur: *Iudas quidem scandalum;* cum tamen ex alia parte in aliis provinciis major prædicationis fructus, quoniam in illis sperandum, videbipotuisse, eo quod non in solo vulnu seu facie externa, verum etiam in sanctissimis suis exemplis Christo, quem omnes annuntrabant, similis esset. Ad hoc tamen responderi potest, hanc eandem fuisse causam, cur Hierosolymis, aliis abeuntibus, ipse solus remanserit, quia scilicet frater Christi esse estimabatur.

Memorandum enim, Deum quondam in Deuteronomio legem condidisse, ut uno fratre sine liberis mortiente, is qui reliquo superesset, defunctori fratri sui sibi despousaret conjugem, quique ex tali coniugio nascentur liberi, filii primi seu defuncti fratri esse censerentur: Christus quoque synagoga despousatus erat, id est, cum ecclesia Hierosolymitana, ac prouide cum hic ab Hebreis crudeli morte necatus fuisse, iustum erat ut S. Jacobus, ut potè existimat frater ejus, eidē Ecclesiae Hierosolymitanae spiritualis sponsalitio nuberet. Porro idipsum S. Bernardus Doctor mellifluus in lib. *De Consideratione*, dicere voluntus videbat, dum ad Eugenium Papam ita scribit: *Iacobus, qui videbatur columna Ecclesie, unicatenus est Hierosolyma, Petro universitatem cedens, pulchre vero ibi positus est sicutare semen defuncti fratris, ubi occisus est ille; nam dictus est frater Domini.*

5. *Opere imitando.* Salvator noster in orationibus & sermonibus suis nihil a que premit quoniam discipulorum suorum omniumque leuacium unionem atque concordiam. Unde in sermone ultimus cena eorum, quæ tunc æterno Patri suo presentavit, supplicationum una fuit: *Pater sancte Iesu, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum sicut & nos.* Vultusque ejus, quoniam S. Jacobus inter fideles gregis sui instituit unionis & concordie perspicuum videre argumentum. S. Lucas idipsum claris verbis enuntiat, dicens: *quod Multitudinis credentium erat cor unum & anima una.*

6. *Opere imitando.* De Christo legimus quod Erat pernotans in oratione. Quis autem ex omnibus discipulis in altissima contemplatione ma-

Lib. 2. c. 2.

Io. 17. 21.

gis absorptus fuit? *Affiditas orandi ita callum genibus obduxerat, ut duritie camelis pellem immitaretur.* Apertissimè his occurrit elegans illa camelis similitudo, ad eliciendum exinde in ejus laudem egregium conceptum. Etenim animal istud onera excepturum genuflectit; ubi verò se satis superque onustum esse advertit, propnā se sponte denuo in pedes erigit. Porro S. Jacobus ad imitationem Christi peccatis commissi sibi populi onerabatur, ideoque se apud divinæ justitiae tribunal pro impertranda ei venia interpositurus, vix unquam è terra surrexit, de flexis semper genibus Deum precabatur, ideoque ecclesiis vindicta flagellum, quod ob Salvatoris nostri diram crucifixionem illi civitati in nominebat, diu continuit & retardavit. Vix autem in pedes se erexit, cum post illatam sibi negem, cum solitas

pro illis preces genuflexus fundere desineret, horrendum illud sub Tito populi illius excidium accidit, Sancto quoque Jacobo S. Petri Christi in terris vicarii conservationem in acceptis referre debemus, cuius tunc in Ecclesia etiamnum magna erat penuria & necessitas. Cum enim S. Petrus ab Herode squalidis teneretur in vinculis, ut eum, sicut paulo ante S. Jacobum Majorem, necitradet, S. Jacobus noster universæ Ecclesiae suæ, id est, toti gregi suo incessibiles ad Deum preces pro ipso fundere quotidie præcepit: *Oratio autem fiebat ab Ecclesia sine intermissione pro eo.* Unde miraculosè protinus liberatus fuit, in cuius beneficij recognitionem S. Petrus illos de sua liberatione certiores reddidit, ostendens se liberationem suam, ejus aliorumque devotis orationibus in acceptis referre.

In laudem S. Philippi Apostoli declarantur verba sequentia Thematics assumpti.

DISCURVS QVINTVS.

Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis Patrem & sufficit nobis. Ioan. cap. 14.

1. **Q**uoniam in eo latet mysterium, quod sancta Dei Ecclesia in horum sanctorum Apostolorum festivitate Evangelium quoddam adeo particulare nobis proponat, ut simile in nullius alterius Sancti festivitate fieri aut factum esse legatur; estque illud Evangelium ex ultimo sermone cœnæ defusum. Credo equidem illius hanc esse rationem, quod nimis nominatum in eo agatur de S. Philippo: *Dicit ei Philippus, Ecce vult enim sancta mater Ecclesia, ut ex hac postulatione in eminentium meritorum ejus notitiam deveniamus, dignisque ejus eliciamus laudes.*

2. Adeo stricta Deum inter & Moysem familiaritas intercedebat, ut Spiritus sanctus scribat: *Exodus. 33. 11 Loquebatur autem Dominus ad Moysem facie*

ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Unde factum est quod Moyses illa superioribus sæculis inaudita coram Deo utsit confidentiâ, ut dicere nondubitaret: *Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam.* Ecce tibi autem cordiale haec fiduciam in S. Philippo Apostolo renovata, qui Christi erga se particularem & excessivum amorem videns, petitionem hanc inter omnes, quæ unquam in hac vita factæ fuerunt, maximè arduam Christo proponere non erubuit, nimis ut sibi, qui mortalis homo erat, oculos suos in divinam essentiam desigere licet. De hac eadem ipsis inter & Salvatorem solitâ familiaritate in lectionibus quoque hodiernis Matutinalibus facta est mentio hisce verbis: *Quam verò Christus eum familiariter ahiberet, illud facile declarat, quid Gentiles Salvatorem videre cupientes ad Philippum accesserunt.*

DE SS. APOSTOLIS PHILIPPO ET JACOBO

Adeo ut si Christus Magnatum more amplam habuisset aulam, dici poterit S. Philippum ab eo declaratum fuisse magnum aulem seu cameræ prefectum. Similiter quando de ingenti illa sequentium, sibique triduo integro adhærentium multitudine in deserto pacienda agebatur, tametsi alios quoque secum haberet Apostolos, & quidem hoc inter etiam SS. Petrum & Joannem sibi amicissimos, cum solo tamen Philippo consilia sua tractavit: *Dicit ad Philippum: unde emenius panem, ut manducent hi?* Imo non nullicreduint, ad ipsum directa fuisse verba sequentia: *Quis putas est fideli dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam?*

3. Verumtamen vero mirum in modum adaugetur S. Philippi meritum, si consideremus quod non obstante ingenti hac familiaritate, mutuoque convictu, quo cum Christo utebatur, nequam ab illo bona postularit temporalia, sed loca popolcerit coelestia. *Primum queritur regnum Dei.* Porro duo illustrates, qui mediante matris ipsorum intercessione in gratia & benevolentia Christi multum profecerant, primas regni sui fides petierunt, temporaliter eum regnatum exilimantes. Alii Apostoli eventus futuros, quantumvis procul remotos, ab ipso scire desi

Matt. 24.3 derabant: *Dic nobis quando haec erunt?* Alii anxiè interrogabant, quamnam ob spreta omnia mundana & terrena, electamque luius tequalem habituri essent remuneracionem: *Ecce nos reliquimus omnia, & secutis sumus te: quid ergo erit nobis?* Alii curiosiores interrogabant, quando restitus regnum Israel? Ve dum quod in singulari S. Philippi gloriam cedit, ipse solus inter omnes explicite ab eo postulat, quod ipse metet Christus in tradita oratione Dominica postulandum esse docuerat, nimirum: *Adveniat regnum tuum, hoc enim ultimus finis noster est, ob quem vocau & condidi sumus, ad quem omnes operationum & desideriorum nostrorum linea velut ad centrum terminari deberent.*

4. Verumtamen observandum est, quod sicut ipsem Deus Moysi dixit: *Non videbit me homo & vivet*, petitio hujus Sancti ex omni parte bene ordinata minime erat, quin potius excessivum fuimus le cum Deo arctissime conjugandi desiderium, ad quod tanto tempore per tot spiritia anhelarat, rectum in eo rationis ordinem obliquarat. At vero si in hoc aliquis ab eo error

commisus fuit: fuit utique *error pietatis*. Et enim *Salvator noster expressis verbis dixerat:* *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* *Certissimum autem est,* S. Philippum ex hoc capite visionem Dei pretendere potuisse;

cum enim is, qui *scrutatur renes & corda, expressè declarat,* nulum in Nathanae, qui germanus hujus Apostoli frater erat, culpe nævum invente potuisse: *Verus Israëlista, in quo dolus non est;* hoc tamen non obstante eidem S. Philippum in dignitate Apostolatus contendenda antepoluit, tanquam *m. g. s. immaculatum, magnisque sanctum, ut est veritatem.* Vide quatenus solicitem mentem habebat Philippus (inquit Chrysostomus) qui continuo meditabatur in libris Moysi, & expectabat adventum Christi omnia perscrutans cum veritate. Enimvero adeo minutis sacra Scriptura est characteribus exarata, ut visus noster aliunde debilitissimus eos minimè atque videndo aut intelligendo nimis est insufficiens; at veceo si hisce adeo minutis characteribus lymphida quædam & nitida superponatur chrystillus, commodissimè legi poterit, id est, si nimis sublimi & imperscrutabili divinorum mysteriorum cognitioni cor aliquod purum, nitidum & immaculatum adhibeat, Deus ipse oculis, ut ita dicam, quasi corporalibus conspici poterit. *Mundo corde Deum videbunt.*

Ubi Nazianzenus dicit: *Eò se magis contemplanendum nobis præbent, quò accuratius animos in sac. Bas purgaverimus:* *eò denique magis cognoscemus.* Nec mirum S. Philippum ad eximum hoc aspirasse privilegium dicendo: *Ostende nobis Patrem;* ex quo adeo purus erat & innocens, tantoque insuper Dei amore flagrabat? Diligite illum inquit Sapiens, & illuminabuntur corda vestra. Circa quæ verba Lyranus ait: *Diligite illum ferventius amando;* & illuminabuntur corda vestra, clarius intellegendi: nam amor penetrare facit intima amati. Porro Christus Philippum amat tenerrimè, sanctus autem Philippus Christum vicissim tam ardenter amat, ut omnino sibi perlausum habuerit, unumquemque per lolum eius aspectum in ejus ardentissimum amorem rapiendum esse. Quando Philippus fratri Messiam Josephi à Nazareth filium a se inventum insinuarat, isque ei respondidit: *Nunquid à Nazareth potest alii quid boni esse?* Sanctus Apostolus utsotè prudens valde & circumspectus, nequaquam cum eo dispu-

Iean. 6.5.

Luc. 12.42

Matt. 19.

27.

Act. Ap. 1.

Matt. 5.8.

Orat. 40.

sac. Bas.

ptism.

Iean. 14.6.

disputare voluit, Scripturæ textus, in quibus alia veritatis firmus erat, allegando, sciens notitiam & lumen, quo Deus cognoscitur, potius per viam amoris & devotionis, quam per viam scientie & doctrinæ acquiri, dixit ei: *Veni & vide*, quasi dicere vellet: sufficiet mihi si illum videris duntaxat, & cum illo familiariter converteris, sic enim futurum esse confido, quod subito eum revera Messiam esse firmiter sis crediturus. Unde *Homo. 9. in Ioann.*

Chryostomus: *Prudenter quidem non indignatur, non agre fert, ut potè parum creditus; sed expedit, ut ad Christum adducat.* Etenim charitatem, qua Philippus ardebat, in suo palam præ se tulit nomine. Unde *Albertus Magnus* scribit: *Vnxix eum unitione consecrationis in Apostolum, quod prætendit nomen ejus, Philippus; qui præsago nomine Apostolica dignatus, os lampadis interpretatur, qua ardet charitate.*

5. Verum enim vero ut quales quamque digni sensus ejus sint, quos in hac Christo propria supplicatione expressit, tanto accuratius cognoscere valeamus. verba illius sigillatum ponderemus. Dicit igitur primo, *Domine*; quo nomine Christum etiamnum hic in terris nobiscum viventem, quando majestatis & divinitatis suæ lucem penitus abscondebat, compellare voluit, tametsi adhuc miseris mortalitatibus nostra exuvias vestitus esset, ita tametsi paulò ante le potius illius omniumque Apostolorum servum exhibuerit, pedes videlicet eorum cum tanta sui demissione seu potius abjectione lavando. Secundum in hac supplicatione verbum est, *ostende*, in quo ejus denotare licet modestiam; quia licet Salvator jam antea dixisset: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Vado parare vobis locum*; attamen regnum illud in sempiternum possidendum non expetit, verum unicum duntaxat per modum transiuntis sibi indulgendum poposcit æterni Patris aspectum. Veruntamen major adhuc in sequenti verbo virtus aperitur: *nobis*; non enim immensum & infinitum illud bonum sibi soli expetit, verum etiam aliis confodalibus suis, quod nimis evidens erat ardentis erga proximum charitatis indicium: *Charitas enim non querit quæ sua sunt.* Vix equidem Christi scholam à lumine salutavit, cum ecce le alienæ salutis zelantissimum esse probavit: *Cum ita boni effectus fuisset particeps, assumit etiam alios socios participationis.* Ad Nathanaelem, quem

ad Christum adduxit alludendo; unde illud S Petri spirituale monitum, priuquam illud universæ Ecclesiæ annuntiatum esset, executioni mandavit: *Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratia Dei.* Quotquot in superiori Asia, Scythia, & Phrygia ad fidem convertit (quorum equidem ingens numerus extitit) hujus zeli & ardentissima charitatis ejus sat is evidens edere testimonium possunt. Quartum supplicationis hujus verbum est, *Patre.* Optimè S. Hilarius considerat, quod Redemptor noster per mortem sibi proximè imminentem insinuatam, neconon variarum, quas in prædicatione Evangelii subiuri essent atrum natum prædictionem, eos non nihil perturbarerit; atque ideo, ut inquit S. Hilarius, sanctus Philippus in hac Christo proposita supplicatione insinuare voluit, quod ad perturbatos eorumdem animos erigendos nihil adeo oportum esset, quam si æternum Patrem suum eis videndum exhiberet, ut potè aliquale æterna beatitudinis vestigium. Unde S. Augustinus: *Illa, inquit, letitia, qua nos adimplabit cum vultu tuo nihil amplius requiritur; quod bene intellexerat Philippus, ut dicearet: Domine ostende nobis Patrem.* & sufficit nobis. Nam ut hic in terris ex Dei amore internum quendam sustineamus, nullum adhiberi potest potentium medium, quam si homini consciendum præbeatur correspondens doloribus & laboribus suis præmium. Denique ultimum verbum est: *Et sufficit nobis.* Nec mirum, inquit S. Thomas de Aquino, quia visio Patris est finis omnium desiderabilium & actionum nostrorum; ita ut nihil amplius requiratur: *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Postquam S. Paulus Apostolus è cælo empyreо, in quod in excessu mentis suæ raptus fuerat, descendit, pedibus suis conculcare & prorsus contemnere & vilipendere coepit, quicquid in hoc mundo divitiarum aut elegantiarum reperitur: *Omnia arbistrorum ut stercore, ut Christum lucifaciam* Seque ad Christum confessandum tanto cum jubilo, animique conatu applicuit, ut in rotu predicati Evangelii decursu majorem jubilum expertus nunquam fuerit. Etenim interduodecim illos lapides pretiosos, qui cœlestis Hierosolymæ fundamenta existunt, quintum locum S. Philippus obtinet. *Quintum Sardonix.* Cornelius post declaratas gemmas hujus proprietates, sub jungit:

Lib. 1. de
Trin. c. 5.

Philip 3.8.

*Lib. 2. in
loan. c. 2.
43.*

jungit: Notat cœlestem Philippi spiritum; Sardonix enim constat triouis coloribus: inferius nigro, medio candido superiori minato. hac sola in signando nihil cere evellit, ait Isidorus libro ic. Orig. cap. 8. Notat ergo illustres animos, qui cum adhærent corpori, nihil tamen ex eo serren & labis contrahunt, sed purum servant aetherium ignem, infra pedes humanas habent, puro virtutum candore colluentes: in apice vero miniati, hoc est primis futura gloria radiis jam afflati, igneo charitatis rubore purpurascent. Rupertus Abbas scribit, quod prius-

quam Salvator noster S. Philippum ad suum sequentiam provocaret, manibus suis peccatum ejus involando, utrum ad maiorem amorem provocaret, cor eius sibi rapiendo vindicasse: iam enim gratia sua ne scirentem præveniret; & antequam voces ad aures dirigeret, manum suam ad involendum illum in cor eius miserat. Quid mirum igitur, si quo tempore Deus cor eius manibus suis tenebat, etsi fuerit atque jucundus, quandoquidem inquietum est cor nostrum: quoique? donec requiescat in te. Deo igitur cor suum pacificè possidente, meritò gaudet, & dicit: suffici-

De analogiis inter S. Iacobum Apostolum & S. Patriarcham intercedentibus, præsenti Discursu agitur.

DISCURSUS SEXTVS.

Plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellavit eum Iacob. Gen. 25. V. 25.

I. Pet. 2. 21.

Sicut Petrus Apostolus, in quo nostra ad fidem Christianam vocatio consistat, declarans scribit: In hoc enim vocati es: quia Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus; atque ideo unusquisque ad tantum sublimius perfectio- nis culmen, quale in homine Christiano requiri- tur, pertinger, quanto exempla & vestigia Chri- sti perfectius fuerit insecurus. Unde in eminenti- tate sanctitatis S. Jacobi testimonium de eo con- gruè dicitur: Plantam fratris sui tenuit manu. Christum namque, cuius ipse frater de- nominatus fuit, in omni operatione sua ad unguem est confeditus. Quod vero in praefectione- rum majori cum studio a nobis considerandum erit, sunt, quæ inter S. Iacobum Apostolum & Jacob Patriarcham ejusque singularissima dona intercedunt analogie & similitudines; etenim Iacobum Patriarcham ad literam concernunt verba in Thematibus proposita,

2. Appellarvit Iacob. Jacob priusquam in hanc mundi lucem ederetur, à Deo electus & amatus fuit, Apostolo teste, qui ait: Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali (ut secundum electionem propositum Dei maneret) Iacob dilexi, Esau odio habui. Veruntamen inter Jacob Patriarcham & Iacobum Apostolum haec intercedit differentia, quod Apostolus, ut fert gravium Authorum opinio, non solùm in utero materno, velut Joannes Baptista sanctificatus fuerit; verum etiam quod idem præter matrem tres quoque alios sanctos fra- tres sanctitate conspicuos, ut alibi diximus, ha- buevit. Etenim in Annalibus Baronianis Ege- lippus citatur, qui de S. Iacobo Apostolo scri- bit: Ab utero matris sua sanctus fuit. Ac pro- inde cum omnes quibuscum ex ejus progenie de- scendunt, sancti sunt, aptissime alterare possu- mus dicendo: Hoc est generatio quarantum Dominum, quarantum faciem Dei Iacob, Menura etenim sanctitatis a charitate & amore erga Deum desumitur. Ecce etenim rationem

An. 63. n. 6. Ps. 23. 6.

cur

DISCURSUS VI.

41

Lib. 1. de Cain & Abel. c. 1. *Lib. 5. de Sde c. 4.*

tur Jacob tantus Sanctus fuerit : Jacob dilexi. S. Ambrosius dicit: *Jacob figuram bonitatis gerebat.* Et idem alibi ad citatum sancti Pauli Apostoli textum alludens dicit: *Negent Jacob sandum fuisse, priusquam nasceretur.* Ad hæc sanctus Jacobus Apostolus illud ab Isaia relatum enoomium sibi adscribere potuit: *Etenim audi Jacob serve meus (nos, frater meus), dicere possumus, faciens & formante ab utero auxiliator tuus.* De E. S. euidem noster Jacob amavit, ut ejus sanctitatem mundo testificaretur: *Jacob dilexi.* Baronius Eusebium citat, dicentem: *Iacobi Apostoli cathedram (qui pri-*

An. 32. n. 29t.

mus erat ad Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopatum à Salvatore & ceteris Apostolis ejus electus: quemque fratrem Christi nuncupatum divina perhibent eloquia) ad istud tempus servatam, Episcopi qui illic ordine successerunt, permane- gni estimant. Figuram bonitatis gerebat. Enim verò si qualis ejus perfidio fuerit, quodammodo apprehendens vultis, eandem à ministris ejus conjicere licebit. Sanctus etenim Prothomartyr Stephanus, Diaconus ejus fuit. Unde sanctus Ignatius Martyr scribit:

Epist. 3. ad Trab.

*Quid vero Diaconi nisi imitatores Angelicarum virtutum? qui purum & inculpatum ministerium illis, (id est, Sacerdotibus) exhibent, ut sanctus Stephanus beato Iacob; Timotheus & Linus pauli; Anacletus & Clemens Petro. Ipsi soli sancta sanctorum pro arbitrio suo ingredi licebat, quod ne summo quidem Sagessodi permittiebatur, nisi semel in anno. Adhuc apud omnes paup. in ea era sanctitatis opinione, ut licet antea Hierosolymis S. Paulus Christianos persecutus fuerit, nec non S. Jacobus Apostolus Frater S. Joannis gladio Herodiano necatus fuerit, atque eodem fine sanctus Petrus in terris fuerit vinculis detenus, omnique alii Ecclesiæ fideles variè dispersi & congregati sustinunt: *Facta est autem persecutio magna in Ecclesia, qua erat Hierosolymæ; veru- tamen sanctus Jacobus in conspectu omnium Sanctorum ingrediens, Christumque crucifixum, ejusque sanctum Evangelium usque ad nonaginta sex annorum decrepitam æatem manifestè annuntians & prædicans, nullam prolixi patiut perlectionis tempestatem; cuius ratio est; quia licet sanctam Religio- nem nostram, quam ipse strenue profiteba- tur, summo persequenter odio, ejus tamen innocentiam & sanctitatem, qua nescio,**

Ad. Apof. 3.ii.

Mansi Sanduarij Tom. II.

quid suprahumanum & divinum à se spira- bat, ex altera parte nullus deprimere præsum- bat, quin potius quilibet se felicem arbitra- tur, si quando vestrum ejus simbrias sibi permit- teretur attingere.

3. Appellavit Jacob. Enimvero san-ctus Jacobus Apostolus Jacobo Patriarchæ in hoc longè dissimilis fuit, quod videlicet de ipsis dicti nequaquam portuerit: *Vox quidem vox Iacob est, manus autem Esau;* siquidem sanctus hic Apostolus ei quod lingua & calamo persuadere studuit, opere ipso adiquatè correspondit. Ipse etenim: *Epistola sua canonica fideles ad martyrium constanter & intrepido sustinendum est cohortatus; ipleque idem cum gaudio & exulta- tione, eoque modo qui omni carebat exemplo, lostinuit, ferventissimam nimurum ad Deum pro carnificibus suis effundendo orationem.* Similiter si in Epistola præfata fideles instrui- fideles sine operibus minime sufficere, mirum di- cu est, quanto cum studio idipsum executioni mandare satagerit, dum haec esset innocentissimus, vitam nihilominus adeo rigorosam atque austetam duxit. *Manus (inquit Historia vite ejus) qua semper movebantur ad bene- faciendum.*

4. Appellavit Jacob. Sanctus Ambro-
sus lib. de Jacob & vita beata, de hoc sancto Pa-
triarcha dicit: *Peccati abstinen- Lib. 2. cap. 2.*
s, à luxuria omnis ebrietate sobrius fuit. Notatque idem San-
ctus eundem Patriarcham à pulmento illo, quod Esau fratri sui appetitum tantopere irritavit, abstiendo. *Primum genitum sibi comparasse;* fuitque haec eadem mortificatio ac temperan-
tia in eo conservatae castitatis evidens argumen-
tum. *Quod si autem ab hoc Patriarcha, ad san-
ctum Apostolum nostrum Jacobum transire ve-
limus, quid mirum, si ipse à S. Hieronymo vir Lib. 1. con-
appelletur perpetua virginitatis. Baronius quo-
que S. Epiphanius adducit, qui ipsum semper tra lovi-
virginem permanisse clare attestatur. A vino An. 6. p.
quoque & carne semper abstinuit, & pro fame
pellenda vix panem admittebat & aquam, quam
amatissimam semper lachrymis pro peccatis populi
sui ab ejus oculis continuo stillantibus semper
commiscerit.*

5. Appellavit Jacob. Jacob utique parenti suo in amoribus & delitiis semper fuit, quia tam Isaac quam Rebecca purissimo eum af- fectu prosequebatur. *Quod ut Jacobo Apo-*
sto adaptemus, sciendum est gregem Christi

F

Apo-

Apostolorum temporibus divitum fuisse, quia enim synagoga repudiata, Ecclesia se desponsaverat legem Evangelicam profidenti, hinc fideles ex una parte Hebrei erant, qui legem Evangelicam Iudaismo relicto amplexati fuerant; altera vero pars erat gentilium, qui ab idolatria ad fidem Christi fuerant conversi; licet autem hi ultimi Hebrews valde invisi essent; Sanctus Jacobus tamen tali cum dexteritate & prudentia cum Hebrews ad fidem comparatis, & cum Gentilibus pariter conversis agere noverat, ut pari amore, reverentia, & honore eum omnes sine discrimine prosequerentur; Imo ipsi quoque Iudei, qui in cæcitate, obstinatione, & perfidia sua pertinaciter persistebant, ob insig-
nem, quem ex eminenti virtute ejus de eo conceperant, existimationem summe eum vene-
tabantur.

*Lib. 1. de
Off. c. 25.*

6. Appellavit Iacob. Sanctus Ambrosius dicit: *Quid sapientius S. Iacob, qui Deum vidit facie ad faciem?* Porro præter jam cit. tum numerō præcedenti testimoniūm de veneratione Jacobi Apostoli, per quim apud omnes, ipsa quoque ejus Cathedra, ex qua gregem suum docere consueverat, summo in honore erat; ipsa quoque ejus Epistola nobis servit, de qua Rabanus Maurus scriptum reliquit, quod hoc eam legentibus immensam scientia claritatem infundit Neque id mirum videri debet, quia ut Clemens Alexandrinus in Annalibus Ecclesiasticis citatus refert: *Iacobus justo, Ioanni & Petro Dominus post Resurrectionem suam singularem quandam impertit cognitionem, quam illi reliquis Apostolis tradiderunt.*

*Lib. de Vni
ver. c. 5.*

*An. 34.
nub. 292.*

Gen. 28.

7. Appellavit Iacob. Revocandum hic est in memoriam id, quod Iacob Patriarchæ accidit, hic enim dum ab Etau fratre suo persecutionibus infestareatur, domumque paternam deseruerat, in quoddam lapidum capiti cervicalis loco substratorum congerie suaviter dormiens, visionem quandam habuit omnibus passim notam, è qua expergesitus *Tulit lapidem, & erexit in titulum.* Qui lapis sive titulus typus fuit omnium Ecclesiarum successu temporis in DEI honore erigendarum. Porro cum Ecclesia Hierosolymitana ab Etau, id est, ab obstinato, & erga Redemptorem nostrum ab ipsis crucifixum, implacabili populo Iudaico, perfectionum patetur infestationes, Sanctus Jacobus Apostolus ab ea ne latum quidem unguum recessit, at-

tamen in superpositis tum capiti tum genibus lapidibus, tum dormiens tum orans incubuit, adeoque ita callum genibus obduxerat, ut duritie camelī pelle imitaretur. Quis autem caelestes ejus visiones & revelationes, quibus verisimile est Christum ipsum, quem titulus fratris lui decorare voluit, egregie honorasse, scire poterit? Hoc tamen certissimum est, eundem hunc sanctum Apostolum fuisse non solum lapidi, verum etiam fortissimam & solidissimam cuidam columnam persimilem, utpote qui Ecclesiam suo tempore plurimum vacillantem sustentabat. Evidens hujus testimoniūm sanctus Paulus Apostolus nobis prohibet, dum scribit, quod postquam Hierosolymæ sanctum Jacobum convenit, vitus isibi fuerit veluti stabilis quadam & fortissima Ecclesiae columnæ; talem etenim te exhibuit, quando sublime illud ædificium sustentavit, quod fundatum erat supra petram illam, de qua Christus ait: *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam;* dum enim hac Ecclesia ex Petri captivitate sub Herode periculoſe trepidaret, sanctus Jacobus eam sustentavit, idque singulari efficacia orationum suarum, totiusque Ecclesiae DEI, cui causam hanc summè arduam recommendaverat. *Oratio In orat. ad autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Phos. in Deum pro eo.* Ac proinde Ezechiel ut jam diximus, hunc Apostolum extensis hisce insignivit Bib. Vet. i titulis, quibus eum vocat *Ducem, sacerdotum principem, Apostolorum verticem.* P.n. 833.

8. Appellavit Iacob. Iacob autem habitat Gen. 25. bat in tabernaculo. Sacra Scriptura Esau 27, vix unquam in domo paterna demoratum fuisse dicit, quin potius venerationi continuam dans operam in agris & sylvis circumerrabat: Econtra vero Jacob fratrem ejus domi se perpetuo continuasse assentit. Quia in re alia quadam inter Jacob & Iacobum Apostolum pulchra Analogia se prodit; Cum enim omnes alii Apostoli per universum mundum pro instituenda animarum venatione dispersi fuerint; Iacobus Apostolus domi semper remansit, id est, in Ecclesia sua Hierosolymitana semper substiuit, non tamen in otio, sed continuo laborando, & animabus Christo lucrando invigilando. Unde dici potest, quod habitat in tabernaculo, quia in templo & precipue sub tabernaculo, seu in sanctuario assidue orabat.

9. Appellavit Iacob. *Die nocturnaque eis uero.* Gen. 32. *bar 40.*

bar & gelu fugiebatque somnus ab oculis meis ; inquit Jacob gregi suo summa cum diligentia & sollicitudine pascendo , strenuam navans operam . At verò quisnam rerum adeo ignarus esse poterit , cui manifesta non sit vigilancia & labor indefessus , quocum ianclus Jacobus gregem suum tot annis gubernavit ? Ipse enim orationi die vacabat ac nocte ; ajunt genua ejus obduruisse callo , tantumque in eo fuisse carnis incuriam , ut Chrysostomus scribitur adhuc viventes omnia fere membra morerentur . Porro de Epistola ejus Canonica , vita ejus Historia ita scribit : Quomodo Episcopus gregem cum scientia pascere debeat , is aperiè potest intelligere , qui catholicam ejus legis Epistolam ; adeo ut boni Pastoris officium non uic , sed pluribus modis docuerit , verbo nimirus & exemplo .

10. Appellavit Iacob . Etenim nomen Gen. 27:17 hoc Iacob , idem est , quod suppluator . Iusse vocatum est nomen ejus Iacob , supplavit enim me . In qua nominis Ethymologia probè eum sanctus Jacobus estimatus ; siquidem omnia quæ mundus hic estimare solet , pede suo calcavit , etiam illa , ut ita dicam , quibus ad miserabilem hanc vitam nostram sustentandam quotidie egemus , nam ut supra diximus , carnes nunquam in cibum corporis sui adhibuit , vinum quoque nunquam bibit , nec ulla re alia ad sui sustentationem uti voluit , quæ alias homines etiam austeri , non ad corporis delicias , sed ad nudam necessitatem solebant . Hanc quoque à rebus superfluis aversionem primorum quoque Christianorum animis adeo vivaciter hic Apostolus impressit , ut singuli eorum aurum & argentum , & quicquid demum pretiosi possidebant , ad Apostolorum pedes proiecierint . Unde Tertullianus de primis illis fidelibus , quibus semetipsum pariter annumerabat , ita loquitur : Terram suspenso pede tenemus Sanctus Vincentius Ferrerius de sancto Jacobo scribit , eum quo tempore Evangelium annuntiabat , ex odio Redemptoris , è circumfusa plebe abruptum , è sublimito deorsum præcipitatum fuisse ; ex quo præcipitio claudus deinceps semper remansit . Qua in re pariter Jacobo Patriarchæ assimilandus esse videtur , siquidem & ille ex lucta quam cum Angelo subire debuit , claudus semper remansit . De quo proposito Hugo Cardinalis scribit : Ille claudicat , qui tantum uno pede terra innitur :

*Hom. 5. in
Matth.*

Duo pedes necessitas & voluptas ; ille ergo claudicat , qui tantum necessitatem in temporalibus , non voluptatem sibi postulat . Unde sanctus Jacobus spiritualiter quoque claudicasse dici potest , utpote qui ad vitæ sustentationem solum extremè necessaria adhibebat . Porro in hac lucta in qua Iacobus cum Angelo congregiebatur , pulchrè insinuat Iudeorum adversus Christianos suscitata perfecatio , nee non quæ oritura erat inter synagogam & gentilitatem controversia . Sanctus quidem Iacobus Apostolus victore evasit , multos Hebraorum atque gentilium ad fidem convertendo , strenueque illi inter unicum duxtaxat ovile & unicum Pastorem necessarie unioni cooperando . Præterea sicut Iacob luctam hanc aggressus est , ut multi Scriptores advertunt , quando nonaginta septem annorum agebat atatem , tuncque ei nomen Iacob in Israel muratum fuit , quod idem significat , quod videns Deum ; ita quoque sanctus Jacobus dum annum ageret nonagesimum sextum , postquam plurimorum Hebraorum superasset duritatem & obstinationem , ad Deum eos convertendo caelestem benedictionum distissimus Israele effectus est , idest , ad DEUM videndum ex hac vita migravit . Enimvero advertendus hoc loco in Iacobo Patriarcha est summæ actus virtutis ; Quando enim è Mesopotamia revertens , atque in placido sibi Esau fratre suo , ad simul cum eo ambulandum invitabatur ; Gradiamur simul , Iacob se urbane excusavit , dicens : quod familiam suam post te una cum copiosissimo grege sequentem haberet , eosque nequaquam ultra vires fatigari præfumeret . Verum enimvero admodum debilis esse videbatur hac excusatio , quo minus fratris sui desiderio & petitioni satisficeret , maxime cum antea eundem modis , & quidem cum mel orum donorum dispensido sibi studuerit reddere benevolum ; Enimvero latens sub hac historia mysterium hoc præcipue fuit : Ex quo epime habita cum Angele lucta notabiliter claudicabat ; timens ne ab Esau fratre suo de claudicationis causa interrogatus , ad manifestandos sibi concessos celi favores quodammodo cogeretur , optimū consilium esse censuit , si eos per hanc prætextam exultationem absconderet ; nam si fratri suo omnia manifestare coactus fuisset , dicere quoque debuisset , se ex habita diuturna cum Angelo lucta , tan-

Gen. 33. 12

dem feliciter victoria potum fuisse, habuisse se itidem armatos in sui defensionem Angelorum exercitus, denique facie ad faciem se Deum vidisse, aliaque similia humilitati sua plurimum repugnantia & præjudicantia. Quo in facto accurate ipsum S. Jacobus Apostolus imitatus fuit, cum enim verisimile sit multis ipsum visionibus & revelationibus cœlestibus illustratum fuisse, eaſdem ad nullius hominis voluit devenire notitiam; Licet enim Christus à mortuis resurgens eum particulari quadam apparitione & visita-
tione dignatus fuisset, ut supra diximus, nullum unquam de hac gratia apud alios verbum pro-
mulgit, ac proinde ut Spiritus sanctus id ipsum

per os sancti Pauli manifestaret, opus fuit.
 XI. Appellavit Iacob. Ægyptii mor-
tem Patriarchæ Jacob per septuaginta dies
continuos amatè deplorarunt, idque quia Sal-
vatoris regni illius pater fuerat. Fuit quoque
hoc in sancto Jacobo summè admirandum,
quod cum vulgari nomine Salvatoris nostri fra-
ter appellaretur, quod nomen toti Hebraismo
magnopere invilum atque execrabilis era; ejus
tamen mortem tanto cum luctu & tristitia defle-
verint, ac si crederent, in condignum illius Ja-
cobo illata morti supplicium iram Dei super
civitatem istam in extremon illius exterminium
descensuram esse.

DE INVENTIONE SANCTÆ CRUCIS DISCURSUS V N D E C I M.

DISCURSUS I. Agit de modo, quo sancta Crux inquisita & inventa fuit. Nonnullæ etiam in eo considerantur moralitates, præcipue circa tres Cruces.

DISCURSUS II. Cur Deus sanctam Crucem tot annis sub Veneris idolo ab/considitam esse voluerit. Ubi simul Crucis à peccato carnis aversio insinuatatur.

DISCURSUS III. Explicantur aliquæ analogiæ, quæ inter Josephum Ægypti salvatorem & Crucis inventionem, triumphum, & encomia intercedunt.

DISCURSUS IV. Ostendit Crucem, quæ olim erat criminis orum supplicium, nunc regium esse vexillum & armaturam.

DISCURSUS V. Agit de varietate Crucis spiritualis.

DISCURSUS VI. Agit de Cruce sub allusione, & metaphora thesauri cuiusdam.

DISCURSUS VII. Ostendit Christum velle, ut propriam quisque Crucem portet, id est, quæ statui & vocationi sue conjuncta est, non vero suam Crucem nos ferre præcipit.

DISCURSUS VIII. Christus per illa verba: Qui vult venire post me, abneget, &c. modum nos docet Crucem faciliter portandi.

DISCURSUS IX. Considerantur nonnulla mysteria, ob quæ Christus Redemptor noster, Crucem inter omnia alia supplicia elegerit.

DISCURSUS X. Crux armatura quædam est, ad inimicos nostros vincendos & debellandos.

DISCURSUS XI. De gloria & honore, in quo Crux passim habetur.

Agitur

Agitur de modo, quo S. Crux inquisita & inventa fuit. Nonnullæ etiam considerantur moralitates præcipue circa tres Cruces.

DISCURSUS PRIMVS.

Lute meritissimo sancta mater Ecclesia hunc diem magna cum solemnitate concelebrat, utpote in quo eruit & in publicam lucem eductus est inestimabilis ille crucis Redemptoris nostri thesaurus, tot retro annis in montis Calvariae rupe ab conditus. Equidem Constantinus Magnus Imperator, ut Berengosius Abbas scribit, triumphale hoc lignum, omnium à se gloriore partatum habens victoriarum & triumphorum unicum instrumentum, omni adhibito studio conatus est investigare: Lignum Dominicum inquire recœpit à sapientibus, eo studiosis scilicet cūpiens ejusdem Crucis venerari memoriam, quo per eam ab hostiis sive ante meruit habere victoriam sed quoniam ipse profide Christi, & negotiis Imperij animum suum in plura dūsīt; ideo B. Helenam matrem suam pro se Hierosolymam misit. Hec autem sanctissima Imperatrix insuper ut in matutinalibus lectionibus habemus, somnio quodam ecclesi fortius ad hoc obsequium instigata fuit: In somnia admonita, inquit iam citatus Berengobus ut eo studiosius ibi inquireret Crucem, quo ad hanc inquisitionem ipsum Crucifixorem assensem haberet ac ducem. Porro Divinum illud Davidici oris Oraculum jam olim tot ante saecula perspicue prædictum: Commoveat universa terra. Vilem namque sibi fuit totum universum ad commotionem seu potius admirationem quandam invitari, & causam protinus subiungit: Quia Dominus regnabit & ligno (ita enim legit Plateriū antiquum Romanum, sanctus Augustinus, & alii) universus etenim mundus suspensus hærebat, ne sciens quo fine tanta tamque Augusta Imperatrix tanto cum apparatu longum illud & molestissimum adoriretur iter, quemque solum spectarent ingentes illi Magni Constantini conatus & expeditiones, quæ utique in exaltandam illius sibi adeo benefici ligni

gloriam dirigebantur. S. Ambrosius Imperatricem hunc in modum intra se discurrentem introducit: Ego in regnis, & Crux Domini in pulvere! Ego in aulis, & in ruinis Christi triumphus? Imaginemini vobis obsecro, quales ad tantum momenti negotium absolvendum adhibuerint preparationes. Militarem manum (scribit Severus Sulpitius) & omnem provincialium Lib. 2. Sacra Historia multitudinem adhibuit, ut montem illum excavare posset, in quo Crux Dominica sepulta esse videbatur. Ad sacrosancti hujus ligni investigationem titè faciendam ingens armatorum militum concurrebat numerus, aliquæ complures ex circumviciis Provincias adunabantur; mo ipsamet Augusta Imperatrix tali conatu afflire: non fuit dignata, de qua S. Ambrosius ait: Fessinabat tangere remedium immortalitatis. Demum vero post multos fudores superatos adabile conditum hujus thesauri pertigerunt divitem gāzam; tres etenim reperta sunt cruces. p. 6 DEUM immortalē! cum quanta latitia, quantoque cumjubilo! Cum tres partiter cruces (inquit S. Paulinus) ut quondam fixa Domino & latronibus steterant, reperta fuissent, gratulatio repartarum capit anxia dubitatione confundi justo piorum metu, ne forsitan aut pro cruce Domini patibulum latronis eligerent, aut salutare lignum pro stipite latronis abycentio, violarent. Qualis hic esse debet fabra hujus Imperatricis, imo & totius Christianitati perplexitas, utpote qui utrimque ad se coram hac arbore vitæ prosterendum, leque eidem per venerabundam devotionem & obsequium adstringendum avidissimi erant, nec tamen quānam ex tribus hisce arboribus arborilla esset cognoscere valebant. Veruntamen ut idem sanctus dicit, benignissimu Deus noster Recepit pie fideliter astuantium curas, & ipsi porissimum, qua tam pie sollicitudinis princeps erat, hujus consilij lumen infudit, ut aliquem recens mortuum inquiri & inferri juberet: nec mora vera-

bum factum, cadaver illatum est; deponitur : jacenti una de crucibus admoveatur : sed earum ligna mors sprevit (id est, quæ erant in crucibus amborum latronum) postremo Dominicam Crucem prodit resurrectio, & ad salutari ligni tactum morte profugâ, funus excussum & corpus erectum est. Rufius autem, prout in hodiernis lectionibus audivimus, scribit, quod experientiam facturi, quænam crux Salvatoris esset, adduxit ad locum crucis infirmæ cuidam morti proxima, sensibusque omnibus destituta singulas tres cruces ad moverit, dumque prima & secunda crux eidem applicaretur, infirma nequidquam se movit; ad contactum vero tertiae, Repente ad apertis oculis mulier consurrexit, & stabilitate virium receptâ, alacrior, quam cum fana fuerat, tota domo discurrere, & magnificare Deipotentiam cœpit. Nicephorus denique & alii utrumque miraculum per crucem patratum esse existimant, cui opinioni verba illa fidem faciunt, quæ in resposito quintæ lectionis recitavimus. Ad crucis contactum resurgent mortui, magnalia referantur.

2. Circa hanc autem miraculosam crucis inventionem, ad nostrum spiritualem profectum utiliter discurrere possumus. Velut enim indubitatum suppono neminem nostrum crucis in se susceptione refragari velle, utpote sine qua salvare non possumus : dicimus enim Salvanos Christe Salvator, sed quanam id ratione fieri per virtutem Crucis: utique quilibet nostrum cruci Christi astringi vellet, non item cruci latronis improbi, an non ita est? at verò ex quo omnes tres inter se uniformes sunt, oculus autem ad redemptori crucem discernendam haud æquus sit iudex, quonam nobis consilio utendum erit indubiatum (mihi credite) crucem Christi discernendi signum vobis indicabo: si forte Deus infirmitatem aliquam mortalem, vel qualidam carcerem aut molestiam, vel tyrannicam prosecutionem, vel quamvis aliam adversitatem immiserit, vel imminentem mortis periculo aut manifeste jacturæ facultates vestras, vestram quoque famam & existimationem exposuerit ; tunc vel inde aperti sunt vestri oculi, lumen Deique notitiam vobis comparasti, malos vestros emendans vitæ mores, bonaque proposita stipulatasque DEO factas promissiones executioni mandasti, Deoque pro recepto à vobis beneficio gratos exhibuisti; aut verò nihil horum à vobis praestitum fuit & si omnia

hæc in vobis adimpta esse cernitis, scitote crucem hanc veram Christi crucem esse; nam ut statim diximus : Repente ad apertis oculis mulier consurrexit, & stabilitate virium recepta, &c. Quodsi autem ad talis crucis immisionem immobiles maneat, id est, in peccato mortui esse perseveretis; id est, si post talis tribulationis & angustie immisionem, pristine vitæ dissolutionem continuetis, malam societatem non deserueritis, neque deposito odio illatam vobis ab inimico vestro injuriam condonaveritis, nec inique parta reliqueritis, quin potius vitiis vestris magis quam unquam haec tenus infordecastis, scitote certe que vobis persuadete crucem hanc improbationis crucem esse : nam ut sanctus Paulinus scribit; ita (ut crucem Christi decuit) experientia resurrectionis inventa & probata crux Christi est. Si enim hæc crux in te obtinere nequivit, ut à morte peccati ad gratia vitam resurges, crucem Salvatoris nequaquam invenisti, quin potius improbi latronis supplicium, si quidem ad penitentiam minime commoveris, imo magis quam haec tenus unquam in culpa obstatius perfisi.

3. Verum enimvero merito hic quætaliquis, quæ ratione tres haec crucis inter se distinguere possimus, quando omnes tres eandem præferebant figuram & apparentiam, atque ex uno eodemque ligno omnes fabricatae erant? Respondeo per moralem quandam disfunctionem adhibitam: scitne, quæ & qualis crux Christi fuerit? nimirum sine culpa sustinere peccatum : qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus *1. Petri 2. in ore ejus. Unde in Christi cruce illi nobis precepit,*

22,

cipue exhibentur, qui ex motivo charitatis faciunt penitentiam, pro aliena affliguntur salute, bonum pro malo reddunt, propriam suam abnegant voluntatem, quique in Christiana licet innocentia viventes, vitam tamen traducunt rigidam, austera & penitentem, haud fecis ac si enormissimum peccatum rei essent, ita contemnuntur, humiliantur. Scitne item, quonam modo crux malum latronis dignosci possit? si nimirum quis in hac vita prælenti à divina justitia ob crimina & sclera sua per carceres, facultatum jacluras, incurabiles infirmitates, aliasque similes ærumnas castigatus, hanc se crucem jure commeruisse non agnoscit, quin potius Divinam providentiam velut injustam arguit, maledicit, & blasphemat, ac tandem in despero

sperationis barathrum se se deturbat; Hæc etenim Crux est improbi latronis propria. Verum quæres iterum, quænam dicenda sit crux boni latronis? equidem quoad externam apparentiam hæc eadem esse videtur quælatronis improbi; cum hac tamen differentia & distinctione, quod licet tribulationes & arumæ tales nostrorum sacerdorum justa supplicia, in iis tamen ferendis ita constituti simus, ut ferientem nos ferulam humiliter exosculemur, nosque illam commeruisse libenter agnoscamus, eamque tum ad Divinæ justitiae satisfaciendum, tum ad conformandum nos divinæ voluntatis beneplacito perlibenter sustineamus. Hinc est, quod dum bonus latro è patibulo suspensus penderet, ad sua se sceleris reflextis ultro citroque confessus fuerit, dicens: *Nos quidem justè nam digna facta recipimus*, haec ratione supplicium & crucem illam in peccatorum suorum satisfactionem ordinaverit, spemque firmam in Dei misericordiam conceperit, dicens: *Memento mei, dum veneris in regnum tuum*, atque ideo per hanc crucem primum inter omnes mortales in ccelos adjutum habere meruerit: *Amen dico tibi, hodie tecum eris in Paradiſo*. Felicissimus igitur hic nobis nuntius est, haud obscurè significans, quod non in sola Christi cruce, verum etiam in cruce boni latronis salvari possumus. Unde Chrysostomus ait: *Introivit latro de cruce mercans salutem*. Certum quidem est, quod Christi crucem humeris nostris difficulter adaptare possumus; siquidem *Nemo mundus à forde*; præterquam quod admodum paucifint illorem, qui in magnainteroris hominis reformatione vivant, & ad perfectionem adsiperent; atque ideo Christus nobis aliam ad ccelum obtainendum faciliorem viam patefecit, dum videlicet induxit, ut boni latronis crucem apprehendere possumus, non solum ex necessitate faciendo virtutem, id est, ærumnas quæ in hac vita utpote miseræ quadam lachrymarum valle copiosissime occurrunt

ex amore Dei tolerando, verum etiam agnoscendo nos tali peccatorum nostrorum supplicio dignos esse, ideoque illud summa cum patientia suscipiendo. Bonus equidem latro totam vitam suam in Assassinis, latrociniis, & homicidiis traduxerat, ac proinde ex millesimis capitibus patibulum ei debebatur; veruntamen ea quia libens se illud justè commeruisse fatebatur, suumque cor ad Christum dirigebat, per supernaturalem quendam gratiæ instinctum agnoscendo quod is pro se & rotius mundi salute pateretur, ideo Crux sua eum in ccelum sustulit, eumque à peccatis omnibus purgavit. Unde S. Augustinus ait: *Digna patimur his, qua commisimus*: Ser. 49. in append. de vidisti, quomodo in Cruci se exiit à peccatis. Nos igitur, si quicquid adversitatum à DEO nobis immittitur, ex amore illius libenter sustineamus, crucem quandam portamus, quæ virtute prædicta est patrandi miracula, eaque non inferiora illis, quæ ab ipiusmet Salvatoris cruce profiscuntur; Imo teste S. Chrysostomo: *Pro Christo pati munus est majoris admirationis, quam sit revera mortuorum suscitare: nam illic quidem debitor sum: hic vero debitum habeo Christum*. Hom. 4; ad phil. Epist. 23; 48.

4. S. Augustinus, dum in tres hasce cruces in Calvario consistentes oculum defigit, dicit: *Tres crucis in uno loco erant; in una latro liberandus, in alia latro damnandus, in media Christus alterum liberaturus, alterum damnaturus*. Quid similius istis crucibus? quid dissimilius istis pendentibus? Exterior utique oculus omnes hasce tres cruces eddem fine claudendas fuisse, credere potuisset; & tamen quan sunt inter se differentes? multi saepè eidem paupertatis vel infirmitatis cruci subjeccebunt, & tamen inde unus proficiet, & utilitatem hauriet, alter vero non item; imo unum lignum illud crucis serviet, ut ipsum in igne eterno ardere faciat: alteri vero serviet loco scalæ, per quam in ccelum concendet;

Luca 23.
41.

*Hom. de
Cruce &
Latr.*

Cur Deus S. Crucem tot annis sub Veneris idolo absconditam esse voluerit. Vbi simul Crucis à peccato carnis aversio insinuatur.

DISCURSUS SECUNDVS.

Multi ambulant, quos sape dicebam vobis, (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est. Ad Philippenses cap. 3. v. 18.

S. Paulus Apostolus, qui omnem gloriam suam in cruce Redemptoris nostri posuit, quinam illi sunt, qui inimici sunt ejusdem crucis, perspicue latit nobis declaravit, si videlicet: *Quorum DEVS venter est, id est, si qui ventrem suum velut idolum adorant, sive qui delitiis & voluptatibus carnalibus totaliter dediti existunt.* Hi autem vel ideo crucis inimici existunt, ut Lazarus exponit, *quia hæc contrariatur eorum carnalitati.* Porro inimicus Infernalis qui sacrofango hoc ligno medianie debellatus fuit, ut omnem qui huic ligno à fidei populo debebatur, aboleret memoriam, cultumque subverteret, quamnam ad hunc finem consequendum adhibuit machinam & nimiron tam Hebreos, quam Gentiles eo instigavit, ut super illum locum, in quo sancta Crux sepulta delitescebat, veneris collocarent statuam, ut hac ratione, si forte Christianorum non nemo ad eam adorandam illuc se contulisset, oblequium istud & veneratio huic impudice Deæ exhibita esse crederetur: aut verò ne hoc causaretur scandalum, unusquisque ab his loci cultu desisteret. Verum enim vero quoniam putat mysterio astutus & vafer serpens ille eo in loco potius Idolum Veneris, quam Junonis, Palladis, Mercurii, vel alteri Deitatis simili erigi curavit? scimus etenim, quod super locum Præsepii Adonidem, in Resurrectionis loco Jovem collocarint, cur autem super de fossæ Crucis locum Veneris erexerunt simulachrum & nimiron ut nos veritatem hanc edoceret, quod scilicet nullum sit vitium, quod sanctam Crucem ab oculis nostris fortius submoveat, & quasi sepultam esse faciat, subque pedibus turpiter conculceret, quam hoc veneris lubricum vitium, sive carnis

eturpe peccatum. *Inimicos crucis Christi,* siquidem contrariatur eorum carnalitati. S. Hieronymus scribit: *Ab Adriani temporibus usque ad imperium Constantini, per annos circiter centum octoginta in loco Resurrectionis simulacrum Iovis in crucis rupe statua ex marmore Veneri à gentibus posita celebratur;* existimantibus persecutionis auditoribus, quad tollerent nobis fidem Resurrectionis & Crucis, si loca sancta per Idola polliissent. Certum est etenim crucem Veneri totaliter contrariam esse, nam ut idem Apostolus ad Ephesios scribens asserit: *Quis sunt Christi, crucifixi sunt carnem suam cum vitiis & concupiscientiis suis.* Inter Ipinas & rotulas infinita quedam intercedit contrarietas & antipathia, id est, inter voluptates carnales ex una, & mortificationes austerioris que corporales vel spirituales ex altera partibus, quia *Caro concupiscit adversus Spiritum, & Spiritus adversus carnem.* Crucis & Ipinarum inimici sunt, qui rosis coronari amant. Ecce tibi autem hoc Veneris Idolum hodie subversum, ex quo crux hodie inventa fuit. Per quod egregie docemur, adversus vitium hoc, quod præ cunctis aliis validiorem circa cor humum tyrannidem exercet, nullum esse potentius remedium, quam per seriam quandam considerationem oculos nostros in hoc crucis patibulum extollere. *D E V S meus pendet in patibulo* (ita doctissimus meditatur Bernardus) & ego voluptatis operam dabo. *Vetus est Informa illa Homeris fabula,* in qua singitur, quod Syrtes illecebrosis cantibus suis viatores in nescia profundum quandam somnum sepultos devorare consueverint; Ulyssen autem utpote providum & circumspicuum, hujusque periculi probe conscient, ne instar aliorum iisdem in prædam fieret, sive ad navigii quo uehebatur

Lib. 4 in
Luc. in
Prefat.

hebatur malum sive arborem artissimè ligati fecisse. Sanctus Ambrosius in hisce illeccrosis cantibus carnis ac sensualitatis voluptates adumbratas esse docens, hoc inde elicit documentum, scilicet ut si carnem nostram ejusque tūtillationes vincere & detriumphare velimus, operæ pretium sit, ut per vivam quandam meditationem ad crucis arborem fornit nos adstringamus: *Non corporalibus ut Ulysses ad arborum vinculis alligandus: sed animis ad crucis lignum spiritualibus nexibus vincendus.* Quanam autem inde reportaburi utilitas & fructus? Ne lassus viarum moventur illecebri, cursusque natura detorquunt in periculum voluptatis. Idem quoque mel-

In Medit.

Serm. 5. de
Cruce
Christi.

lissus Bernardus ulterius meditatur crucem refugium & vexillum nostrum esse, per quod ad fornicationem nos regtans inimicus in fugam abigatur: *Si pulsat te turpis cogitatio, si premire caro, si demon parvus infidias, fuge ad signum Crucis Christi & liberabit te.* Syrenarum quedam suavis figura est mollis concupiscentia voluptatum; Idem quoque Ambrosius alio in loco dicit, ubi de Cruce tractat, & in eandem jam insinuatam fabulam paulo latius diffunditur, dicit sapientissimum illum Belli ducem Ulyssem postquam integro decennio per varias tempestates in mari fluctuans, patria sua desideratum portum assequi non potuisse, tandem in eum locum appulisse, in quo in cantatrices potius quam cantatrices Syrenæ demorabantur: *In quo Syrenarum dulci cantus crudelis varietate resonabat, & adventientes sic blanda modulatione mulcebat, ut non tam spectaculum voluptatis caperent, quam naufragium salutis incurrerent.* Tandem vero quoniam ulus fuerit consilio narrare incipit, dicens: *Igitur cum Ulysses incidisset in hoc dulce naufragium, & suavitatis illius velle declinare periculum; dicitur inserta cor a auribus sociorum, seipsum ad arborem navisq[ue] religasse.* Quia omnia sanctus Doctor proposito nostro aptissime applicat. In hoc etenim procellosus mundi maris, in quo tot sunt Sirenæ, idest, carnalium voluptatum atque deliciarum irritantes, hoc ligno seu malo navigii S. Petri mediante securitati & saluti nostrâ unice consulimus: *Arbor enim quedam in nave est Crux in Ecclesia.* Hodie omne genus hominum demortis periculo Crucis arbor eripuit. In hac nave quisquis aut arbori Crucis se religaverit, aut oures suas scripturis divinis clauserit, dulcem

Mansijs Sanctuarj, Tom. II.

procollam luxuria non timebit Ad idem quoq[ue] Cap. 28. propositum dicere possumus, sed quod monet 28. Ecclesiasticus, dicens: *Sepi aurem tuam spinis,* id est, Christi Crucifixi spinas meditando, teraque roacea, pedibus nostris subjiciendo & conculcando.

2. *Inimicos Crucis Christi.* Enimvero Crucis patibulum adeo est peccato Venereo contrarium & inimicum, ut nonnulli pulchre observarint, increatam sapientiam, cui in veritate dici potest: *Omnia in sapientia fecisti,* Crucis lignum non sine peculiariter mysterio in die veneris, utpote à Venere denominacionem suam habente, condescendisse. Mysterium autem istud non est aliud, quam ut hac ratione Veneris Regnum pro virtutum suarum potentia debellaret. Unde S. Bernardus de vota contemplationis oculos in hoc lignum elevans, ad nos conversus ait: *Et hoc intuens, qui dicitur Christianus, propriu nihilominus voluptibus indulgere nullatenus erubescit?* verba illa quæ Christus per regi prophetæ Davidis os dolenter enunciavit, scilicet: *Infelix sum in limo,* nonnihil consideremus. Propheta igitur se limo infixum esse dolet. Sanctus Bernardus alibi nos vere lutum hoc esse dicit: *Homo ex formam Crucis habet, quam si manus extenderis, exprimet.* Hec autem crux duplice Christo (item Christum in semetipsis crucigentes) cum enim tantus sit zelator punitatis (et ad luci aterne spectulum sine macula) in carnalis sensualitatis nostra luto sive limo se denuo crucifixum esse reputat, Sanctus Augustinus super illa in initio proposita verba: *Inimicos Crucis Christi,* ita scribit: *Cum enim Cruz Christi in omnibus electus carnem affligat, & mortificet vitia, illi econtrario carnem voluptibus fovent.* Quidnam insuper in eo mysterium latuisse arbitria est, quod nunquam errans aut vacillans Dei providentia ita disfuerit, ut sacrosanctum hoc lignum postquam tot retro annis absconditum delituisse, hodie per quandam summa majestate prefulgidam foemina mundi Imperatricem Helenam nomine è terra erutum, & in publicam denuo lucem restitutum fuerit? pro cuius mysterii elucidatione memorandum est, quod ut Poetæ fabulantur, alia quædam rara venustatis mulier fuerit, eodena Helenæ nomine insignita, quæ impudicæ Veneris trophyæ passim erexit. Ait igitur, inquit DEUS, alia quædam longè commen-

G. dabilior

In declam.

Serm. 4. in
Vig. Nat.

DE INVENTIONE SANCTÆ CRUCIS.

dabilior Helena , quæ crucem meam studiosè requisitam inveniendo lascivæ Veneris illecebrosam tyrannidem prosternat & dejicit ; inventamque crucem toti orbi Christiano predicando , fidelium cordibus carnalium voluptatum horrorem , econtra verò pœnitentia , austerioris internæque mortificationis , in qua crux spiritualis præcipue consistit , affectum efficaciter imprimat . Præterea aliud quoddam non minus profundum mysterium observandum est , quod tunc præcipue accedit , quando in sacrosanctæ Crucis custodiam Roma Hierosolymæ succedit : Deus etenim pretiosissimum hoc lignum , ab omnibus fidelibus honorari volens , magnam crucis partem Romanum deferri , ibique erigi & collocari disposuit . *Omnia in sapientia fecisti.* Cum enim sancta Crux Hierosolymis tot annis sub Veneris Idolo delitescens , intolerabili esset injuria affectus & contumelista , siquidem adoratio & reverentia quæ eo in loco publice fiebat non huic sacrofanto ligno , sed impudica illi Dea deferebatur , ideo DEUS in hanc injuriam ab hoc idolo cruci illatarum vindictam disposuit , & Constantino Magno , ejusque augustæ matri Helenæ inspiravit , ut non jam simulachrum quoddam , sed olim in Veneris honorem erectum sumptuosissimum templum funditus solo æquaretur , in ejusque ruinis aliud quoddam erigeretur templum priori longe magnificentius , ut pretiosissimum crucis lignum in eodem templo erectum , summa cum devotione à cunctis fidelibus veneraretur ; est que quæ hodie videtur famosa illa Basilica , sanctæ Crucis in Hierusalem intitulata .

Bart.
Marlian.
lib.4.c.9.

3. *Inimicos crucis Christi.* Tanta porro crucem inter & Lubricum hoc vitium inimicitia & hostilitas intercedit , ut sanctus Franciscus super aliquem huic via immersum infirmum solum crucis signum manibus efformare exhoruerit Refert etenim sanctus Bonaventura de quodam Canonico Aretino , quod postquam is lubricam , infamem , valdeque licentiousam vitam traduxisset , ex infirmitatis vehementia jam moribundus , seraphici Francisci in illam civitatem adventum intelligens , eum instanter pro imperanda sibi à DEO reconvalescencia & sanitate rogarit , eidemque sanctus dixerit : *Cum vixeris olim secundum desideria carnis , non veritus judicia Dei , quomodo te crucis signabo ? verum propter devotus intercedentium*

preces signo te crucis signabo in nomine Domini . Scendum est autem , hoc loco sanctum post recuperatam sanitatem mox ei dixisse , ut tamen videoas crucem Christi ab omni carnali sensualitate infinitam habere aversionem , scito te graviora passurum si ad vomitum redieris liberatus . Id quod idem revera accidit ; postquam enim in idem lubricitatis peccatum denuo recidivus factus fuisset , DEUS dispossuit , ut sub corruentis fortuito domus cuiusdam ruinis ipse subitaneam & impropositam inveniret sepulturam . Notandum adhæc est , quod S. Maria Ægyptiacæ evenit , quæ cum per solidos septendecim annos vitam traxisset turpissimam , hodierna die Hierosolymam ad præsentem festivitatem contendit , non ut ipsa crucem adoraret , sed potius ut in contumeliam crucis ipsa à lascivis hominibus adoraretur . Cum autem in vestibulo Ecclesiæ esset , ut eam ingredieretur , ab invisibili quodam manu retrosum pelli & urgeri sensibiliter percipiebat ; cumque adversus Divinam hanc sibi illatam vim tribus quatuor vicibus per violentiam se opponere conata fuisset , sed irrito casioque semper eventu , tandem in semetipsam conversa , atque à Deo interius commota , crucem ejus vitæ turpidinem abominari , ac proinde indignam se esse , quæ coram ea compateret , intellexit ; quæ proinde postquam vitæ superioris pœnitutine mota peccatum fortiter percussisset , ad quandam Deipara Virginis (utpote quæ communione est peccatorum refugium) imaginem conversa , ejus praesidium imploravit , sæquoque propositio vitam suam emendandi , ac superiori vitam condignâ pœnitentia expandi , nec unquam deinceps carnis peccatum per umbram committendi , postexcitatos in cordefuso ad instar Magdalene cuiusdam ferventis contritionis actus , in templum eritis facilem aditum invenit , in eoque inastimabilem illum crucis thesaurum summam cum devotione est venerata ; ac dénum per reliquum vitæ crucem illam humeris suis imposuit , de qua Chrysostomus ait : *Crucem non lignie esse patibulum , sed vita virtutisque propositum.*

4. *Inimicos Crucis Christi.* Quid si è Christians non neminem videres , qui æquo religiosis cultu Idolum quoddam Veneris , & Filium DEL in sanctissimo Sacramento altaris in unum eundemque locum reponeret , nunc quid

quid illum abominationem quandam sacrilegam committere dices? Audi Petrum Blensem: *Quicunque ad altare Domini accedit inquinatus luxuria, juxta filium Virginis idolum ponit Veneris.*

Explicatur aliquæ analogiæ, quæ inter Iosephum Aegypti salvatorem, & Crucis inventionem, triumphum & encomia intercedunt.

DISCURSUS TERTIVS.

Gloriosum diem veneratur Ecclesia, dum triumphale recessatur lignum.

Diem præsentem jure meito solennizat sancta Mater Ecclesia, propter acrosancti ligni Crucis Redemptoris nostri felicissimam inventionem quæ, postquam tot annis sub terra sepulta atque ab oculis & veneratione fidelium subducta fuisset, hodie accidit. Multæ equidem in veteri Testamento Christi, ejusque crucis figura extiterunt, nulla tamen est, quæ ut Berengorius fuisse probat, Christi & crucis mysteria vivacius representarunt, quam S. Jolephi Salvatoris Aegyptii vita & gesta.

2. In primis igitur fratres S. Jolephi metuentes ne somnium ejus de sole, luna, & stellis eum adorantibus verificaretur, truculentam illam aduersus eum moverunt persecutionem, dicentes intra se: *Nunquid Rex noster erit?* Etenim Ismaelitis eum vendiderunt infamam publicam divulgantes, eum à fera pessima devoratum esse, ut hac ratione à Jacobi patris sui eum præ ceteris tenerius diligenter memoriæ penitus aboleretur. Ubi specialiter una præ ceteris circumstantia observari meretur, nimis quod Joseph ex consilio & suauitate Judæ venditus fuerit: *Dixit Iudas fratribus suis: melius est, ut venundetur.* Ad eundem igitur modum Hebrai, qui Christi secundum carnem fratres fuere, metuentes ne Christus ipsis deinceps dominaretur, & super ipsos regnaret, publicè protestati sunt, dicentes: *Non habemus Regem nisi Cesarem.* Atque merâ erga eum invidiâ moti, mortem ei sunt machinati: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* ac demum Iudas inter alios triginta denariorum pretio eum vendit. Item præsumbitur. Quia vero omnibus passim notum erat illud Davidis vaticinum: *Dominus regnavit à ligno*, ideo ut omnem ei ad regnum pervenienti viam atque aditum praescinderent, in crucis patibulum, utpote illius temporis maximè infame supplicium cum suspendere fategerunt; at vero singulari Divinitatipotestis dispositione factum est, ut illo crucis infami ligno mediante regnum suum in universam usque terram extenderet, regiumque illud re ipsa verificaretur oraculum: *Impleta sunt, quæ concinit, David fidei Carmine, dicens: In nationibus regnavit à ligno Deus.* Adhuc Joseph cui Salvatoris universæ Aegypti deinceps indutum fuit nomen, iniquitatem quandam immisso cisternam, in eadem ad illud usque tempus permanxit, donec vindus & ligatus velut mancipium consignaretur externis. At vero ut supradictus Lib. 4. c. 41 authorait, sicut Joseph è caverna ista velut sepulchro ereptus Resurrectionem adumbravit Christi Salvatoris, ita quoque Crux ejus, quæ submersa terram tot annis velut in cisterna sepulta delituit, exinde eruta & in lucem producta, multorum tam corpore, quam anima tenus mortuorum resurrectionem operata fuit. Sicut extractio Joseph è cisterna Dominicam Resurrectionem significat, sic extractio crucis à terra eandem potest habere: quia sicut Joseph pro salute fratrum suorum extractus est à cisterna, ita crux Dominicæ pro salute populi, hodie trahebatur à terra. Imo ut fert non nullorum contemplativorum opinio, Christus in nocte Passionis lux, in cisterna quadam per aliquod temporis spatium collocatus misere delituit, & detentus fuit. Crux etiam pro salute populi submersa terram occultata remansit: de ea enim ita canimus:

Salus agris, vita lignum moris remedium. Iosephum fractum invidia in cisterna illa vivum quasi leperavit: Hebreorum quoque invidia crucem Christi tot annis subiussa terram sepultam detinavit, ne ab omni populo Christiano adorareretur, quandamque Veneris statuam defuper erexit, ut vel sic ne unus quidem debitum loco illi deficeret obsequum, ut pote qui impudicum illud Veneris simulachrum adorare credi poterant.

3. Et quidem sancti Iosephi fratres persuasum porto sibi habebant, quod eum veluti mancipium vendendo, cum deinceps penitus sustinissent ē medio, ut pote quem inter catenas & complices deinceps semper quasi captivum viciatum credebant; & tamen hac eadem via illum licet inviti ad sceptrum exaltrarunt & ad coronas. Id quod, ut sanctus Leo dicit, cruci pariter accidit: *De instrumento, quod iniquitas Iudeorum paravit ad paenam, potentia Redemptoris gradum nobis fecit ad gloriam.*

Nisi enim Hebrei sanctam Crucem tot annis sepultam occuluerint, Constantinus Imperator & Helena Augusta mater ejus tantam in eadem investiganda, tantaque cum gloria eruenda non adhibuerint operam atque industria, qualēm hodierna die adhibuisse noscuntur, ad omnium totius universi nationum venerationem eam exaltando, & manifestando à se receptos eadem mediante triumphos atque victorias. Et hoc sine dubio mysterium illud fuit, ob quod illa nunquam erans cœli providentia ita disposita, ut ecce hunc pignus in illud usque tempus non detecteretur, ut deinceps sub hoc Imperatore tanto amplius ab omnibus populis ejus exemplo communiter honoraretur. Et hic fortè fuit illorum verborum S Paulini sensus, cum dicit: *Nonne divina manus latuit, ut nunc inveniretur, cum religione quereretur.*

4. In hisce vinculis quibus sanctus Ioseph innexus fuit, res quoque alii præter ipsum detinabantur, scilicet pincerna, & Magister Pistorum seu Coquorum Pharaonis. Pincerna in bonam Domini sui gratiam rediit, & quem commiserat, errore condonato, pristino suo muneri restituens fuit. Magister autem pistorum in patibulo quodam suspensus, Ioseph denique ad solium regium sublimatus fuit. Porro circa sanctissimam Crucis inventionem aptior dari similitudo non potuit. In illa namque fossa seu terra caverna tria di-

sincta patibula occulebantur, nimisrum cruci latronis iniqui, in supplicio Magistri Pistorum praægnata, ille namque in ira & indignatione DEI ad mortem usque permansit; crux latronis iusti in Pincerna expressa, quamvis enim hic antea reus & culpabilis extiterit; sui tamen Regis gratiam sibi recuperavit, sicut gratiam Christi sibi acquisivit latro bonus: Crux autem Christi in S. Ioseph adumbrabatur, qui cum innocens esset (*Innocens hic in lacum missus sum*) propter facinus adeo heroicum & gloriolum, quale erat lascivæ illius mulieris illecebris restituisse, ipsammet Filii Dei innocentiam praæsentavit: sicut etiam Ioseph ē vinculis ereptus sublimiter exaltatus fuit, ira crux hodie ē terræ visceribus eruta super omnia mundi sceptrum & regna sublimari meruit.

5. Enumero quanam putas indultria mediante S. Ioseph ad hoc pervenit, ut se in tantam Regis gratiam insinuare, compedesque in sceptrum regia, ferre asque catenas in torqueum auream adeo felici eventu commutare potuit? nimisrum per occasionem somniū aliquis, quod duobus illis Pharaonis regiis aulicis in vinculis est interpretatus, necnon per alterius somniū à Rege habitu congruam interpretationem. Simili modo sancta Helena ut regium illud crucis lignum ex obscurō & tenebroso illo terra carcere, in quo diu latuerat, erueret per cœlestem quandam instinctum in somnis admonita fuit. *Helena Constantini mater in somniū admonita, conquirenda Crucis studio Hierosolymam petiit.*

6. Sanctus Ioseph gloriose illo vice Regis titulo, ab ipsomet Pharaone Rege condecoratus fuit. *Vno tantum Regni solio te præcedam.* Purpurā quoque vestitus est, missusque est annulus in digitum ejus, ad collum vero torques aureas suspensa fuit, jussusque est currum regium concendere, & in eo per compita urbis gloriose circumvehī præcone præente, & altum vociferante, ut omnes coram eo se prostrarent, eumque adorarent. Ita quoque hodie quando preticulum hoc lignum ē subterraneis illis cavernis exemptum fuit, ut idem Berengolius Abbas scribit: *Sicut Ioseph à Pharaone annulo & stola & torque aureo ornatus est; sic Helena lignum crucis exornavit, quando de regali magnificientia thesauro eandem crucem gemmis decoravit & auro.* Audite insuper, qualiter Salvator noster, ex mente S. Ambrosii triumphalem crucis currum concenderit:

Serm. 4. de Pass.

*Epist. 11.
ad Sever.*

*Lib. 10, in
Luc. 6. 13.*

Cura

Serm. 10. *Currum suum triumphator ascendit.* S. Leo dicit Christum DEI filium, dum factio Crucis ligno onustus Calvariae montem ascenderet, Hierosolymitanorum mulierum plantum renuisse recipere: *Quia non decebat lucis triumphum, ne lamentia victoriam;* adeoque & hic sanctus Doctor lignum istud triumphi titulo condecoravit. Porro ad illa verba: *Ecce lignum crucis, venite adoremus.* Omnes quotquot praesentes adsunt, in terram cernui tese prosternuunt. Adhuc sicut Pharaeo Josepho dixit: *Vno tantum regni solo te prcedam,* ita quoque licet sancta Crux adoratione latræ adoretur, ob membrorum Redemptoris nostri contactum, prout S. Thomas Doctor Angelicus aperiè docer, attamen longe major latræ cultus Christo Domino deferri videtur, ita ut ab eodem ad patibulum Crucis sua dici possit: *Vno tantum regni solo te prcedam.* Verum enim vero num fortè etiam annulos in hoc triumpho desideratis? Ecce clavos. Num purpuram nec hæc ei deest, tametsi lacera sit, & purpureo Christi sanguine tincta. Num denique torquem auream, quæ auctoritatis insigne esse noscitur? Ecce gloriosum Crucis titulum, in quo omnium populorum ex primitur dominium, siquidem per hunc titulum Christi declaratur regnum, idque tribus illis linguis, quæ sunt omnium mundi linguarum celeberrimæ.

7. Joseph semetipsum fratribus suis in hoc tam sublimi gradu constitutus manifestatus, calicem suum, qui ob auguria, qua eo mediante faciebat, valde ipsi pretiosus erat in laco Benjami occultari præcepit, ut hoc modo illum apparterenter furti reum faceret, revera autem se ipsi & cunctis aliis fratribus suis cognoscendum præberet, eumque tanquam chariorem majori cum benignitatis affectu deliniret. Unde Chrysostomus scribit: *Facit reum rapina, ut teneret ob sidem gratia.* Eodem prorsus modo Salvator noster calicem passionis sue, id est, Crucem (*calicem quem dedit mihi Pater*) aliquanto tempore in campo Benjami, id est, Hebraismi, populi nimis paulo ante plurimum à se dilecti abstundit esse voluit, ut hac ratione eodem calice apud eum reperto, id est, semetipso, pro majori parte populi ab eodem, tanquam qui verus Messias sit, agnito suas illi gratias participaret. Unde non solum illi quibus se manifestavit, verum & aliij

multi conversi sunt: Similiter quando precessus ille sancta Crucis thesaurus inventus, & Hierosolymis summo cum honore depositus fuit, multa circa eundem populum sicut miracula operatus.

8. Prô Deum immortalem quantum fibi fratres Joseph timuerunt, ne se ab ipsis venditum esse recordaretur, non solum quando se illis manifestavit, verum etiam deinceps diu post Parisi sui mortem! Et tamen ipse in voluntate illis omnem noxam perfectè condonandi constans & immobilis permanuit. Similiter licet lignum unica causa fuerit omnis culpæ, DEUS tamen voluit, ut per contrapositionem ligni sancta Crucis, quod est omnis perfectæ veritate nobis comparanda unicum instrumentum, omne aboleretur peccatum. Origenes caute considerat prothoparentes nostros mox ut divinum præceptum pravaricati fuerant, sub arbore quadam suum accepisse confugium: *Impulsu* *quodam primos parentes ad arborēm, tanguam ad asylum se contulisse putandum est:* ut significaretur jam tunc unicum perfugium peccatorum, quod subinde constitutum est in arbore Crucis.

Hom. i. in Gen.

9. Joseph in quadam summa annonæ caritate Ægypto, & aliis ɔmpibus partibus circum vicinis de frumentorum copia abunde prospexit, adeo ut granum apud illos nunquam defecerit, quin potius penes singulos superabundarit. Paro quoque modo Crux panem nobis cœlestem ad finem usque faculorum copiose communicavit, adeo ut sanctissimum Altaris sacramentum ad finem usque mundi nunquam defectum sit. Unde Hesichius Hierosolymitanus scribit: *Crux carnem crucifixi, qua ante Passiōnem eius videbatur inepta, post aptam fecit: si enim non fuisset crucifixus, sacrificium corporis eius non comedevetur.*

10. Ehem quanta fuit Jacob Patris sui lætitia & jubilus, quando Joseph fratribus suis se manifestavit? *Iam latus moriar,* inquietabat sanctus Senecio. Eadem quoque pie meditari possumus, fusile sancta Helenæ lætitiam & jubilum, postquam S. Crucem diligenter conquistata tandem invenit. Utique & ipsa dixit: *Iam Ieta moriar,* erat enim tunc, ut Theodoretus, in octoginta annorum ætate constituta. Quanta item fuit Constantini totiusque Christianismi exulta-

Lib. i. hisp. c. 28.

Sur. Tom.
s 14. No-
vemb.

exultatio ? Andreas Cretenis in quadam oratione, quam de Cruce habuit, dicit : *Re-velatum est maximè insigne opus imperii Christianorum, suum ornamentum hodie accepit Ecclesia, quia quam illa perdiderat drachmam, regale accepit imperium.* Ita quoque Jacob

supra modum consolatus permanit, filium suum, quem à feris devoratum esse credidet, non solum etiamnum vivere, verum etiam tanquam vice-Regem Ægypti toti regno/domi-nari videntur: *Filius tuus vivit, & ipse dominatur in tota terra Ægypti.*

Ostenditur Crucem, quæ olim erat criminorum supplicium, nunc regium esse vexillum & armaturam.

DIS CVRSVS QVARTVS.

Vexilla Regis prodeunt, fulget Crucis mysterium.

Nullum præteritis faculsi nter omnia suppliciorum genera adeo fuit ignominiosum & infame, ut Cruci comparari posset, teste S. Anselmo, Chrysostomo & aliis. Unde in Scriptura sacra nullum aliud supplicium dictum fuit maledictum, præterquam supplicium. *Maledictus à DEO qui pendet in ligno;* ut est in Deuteronomio. Ettamen Dei Filius lignum iustud vix ascendit, cùm ecce statim eidem acclamat sancta DEI Ecclesia : *Vexilla Regis prodeunt;* adeoque deinceps velut regium quoddam insigne honoratur. & in veneratio summa habetur. Verum inquies foras, quomodo conendi & copulari inter se possunt infamia & gloria ? patibulum & sceptrum ? lignum & regnum ? & tamen regium hocce oraculum impletum esse verissimum est *Impleta sunt, qua concinuit David fidei carmine,* dicens: *In nationibus regnavit à ligno DEVS.* Memorandum est igitur principem tenebrarum, idolatria mediante toti universo tyrannice dominatum fuisse, adeo ut regnum DEI aquaversum desolatum & prostratum jaceret, atque adeo Redemptor noster de sanctissima Passione sua tractans ait: *Nunc princeps mundi hujus exercitus foras.* Quonam autem modo immanis illa Principis tenebrarum Tyrannis prosterenda esset, mox declarat, dum id in eodem momento futurum esse ait: *quo ipse in hoc ligno, seu*

in regio illo Crucis vexillo erigendus & sublimandus esset: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Hoc autem dicebat (subdit Evangelista) significans quā morte esset moriturus. Et verē ita factum est, siquidem Centurio idololatria ipsum verum Dei confessus est filium: *Vere filius Dei erat iste.* S. Dionysius Areopagita Atheniensis, dum universi mundi subversionem in extraordinaria illa Ecclipsi præsentiret, terraque motum qui in ejus crucifixione acciderat, verum Dei filium in humana carne patimox agnovit & credidit; & tanquam talis agnitus & adoratus est, postquam Crucis patibulum descendit. Hugo Cardinalis ait: *Propriè dicuntur exaltari, quando Rex coronatur, & sceptrum ponitur in manu ejus: in passione coronatus est:* Hicque sensus fuit verborum illorum in sacris Canticis: *Egregia dimidi filia Syon, & videte Regem vestrum Salomonem, in diademeate coronatum, quo coronavit eum mater sua.* Ipsi namque synagoga à qua hasce mortalitatis nostra exuvias assumpserat, fuit illa, qua clamavit: *Crucifige, crucifige.* Considerabile est utique illud Davidis prælignum: *Commoveatur à facie ejus universa terra.* Quamobrem vero ? Dicit in gentibus, quia Dominus regnavit à ligno. Ita enim juxta S. Augustinum, S. Justinum Martyrem & alios legi debet. Et eodem modo legit antiquum Psalterium Romanum. Commotus est igitur totus mundus, quando se regiis hisce insigniis subjecit: *Quo enim non perrectum erat Romanum impe-*

Cant. 3, 10

Ps. 95, 9.

XIUM

Ioan. II.
84.

rium, Christus jam possidet crucifixus, inquit S. Augustinus, & quod adhuc clausum est hic, qui ferro pugnant, non est clausum his, qui ligno pugnant. Hoc autem Davidis oraculum de hoc pretioso ligno, per quad Christus omnes terre populos legi sua subiecit, intelligendum esse, certum est. Unde Tertullianus Marcius ita scribit: *Expeto, quid intelligas, nisi forte lignarium aliquem Regem significari Iudeorum;* & non Christum, qui exinde à Passione ligni supererata morte regnavit. De quo enim id alias verificari, quam de Christo poterat; nemo enim unquam inventus, qui regna sibi per Crucis viam acquisiverit?

Isai. 9. 6. 2. Dominus regnavit à ligno. Si præsum Prophetae Evangelici considerare velimus, inveniemus ipsum inter alias prerogativas Messiae venturi hanc quoque enumerare: *Fa-*

Serm. 72. de temp. *Eius est principatus super humerum ejus.* S. Augustinus consideratis hisce verbis scribit: *Christus principatum super humerum habuit,* quando Crucem in montem Calvarie portavit; *nec incongruè crux significat principatum,* quia per ipsum & Diabolus vincitur, & mors superatur, & totus mundus ad Christi notitiam & gratiam revocatur. Signum illud quod Redemptor noster, in cuius scemore scriptum legitur: *Rex Regum & Dominus Dominantium,* super humeros suos portavit, id ipsum esse debebat, quod in futurorum saeculorum progressu, imperia stabilire debebat; atq; hinc est, quod postquam tot annis sepultum fuit. Divina providentia disposuerit, ut tanta cum gloria & honore investigaretur, & ab Imperatrice quadam ad Magni Constantini filii sui, qui Monarchia sua statu bilitum Crucis acceptis referebat instantiam, inveniretur. Ad hec quis est, qui neciat, ut benè notat S. Augustinus, quod à locis suppliciorum facit transitum ad frontes Imperatorum? Ita medio namque diadematum & coronarum imperialium Crux collocatur, veluti pretiosissimum quoddam monile, quod Regna ipsorum locupletat, & adauger. Ac proinde summa gloria est, hanc Crucem portare. Unde Salmeron ad Simonem Cyreneum conversus ait: *O Simon noli erubescere de Cruce quam gestas, quia quod tuis humeris portas, erit oculus Regum adorandum, Imperatorumque brachii reverenter & per amanter amplexandum.* Ehem, quantum Heraclius Imperator, hoc idem pretiosum Crucis lignum super Calva-

riæ montem deferens, honoratum se esse cœrit suit?

3. Regnavit à ligno. Considerabilis profecto est illa supplicatio, quam duo fratres Jacobus & Joannes matre mediante, quoad primas in regno filii Dei sedes occupandas, Christo proposuisse leguntur: *Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram in regno tuo.* Quamnam poterant hi duo discipuli ad regnandum spem concipere, quando videbant, quod Christus verè esset opprobrium hominum & abjectio plebis? Et quidem admiratio rei magis augetur, si consideretur, quod petitionem hanc in tali quædam conjectura fecerint, quando nimurum Salvator de vicina passione sua agebat: *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur, &c.* Eratne tunc idonea regna postulandi occasio, quando non nisi patibuli & ligni Crucis fit mentio? Basilius Seleucus devo tæhuju[m] m[un]d[us] Orat, 24. mulieris fidem summè demiratur. *Vix mulieris fidem cœrere supplicationis quære tempus:* quando libellum supplicem offert? quod postulationis tempus? *Crux erat parata.* Id quod Evangelista forsitan in illo significanti verbo; *Tunc accedit, significare volunt;* id est, ex illa conjectura, in qua de Cruce potissimum agebatur, nota etenim illis Davidis prophetia erat dicentis: *Dominus regnavit à ligno.* Et quidem notandum quod prater supplicationem reverenter porrectam, eum adorari; *Adorans & petens, adoratio etenim actus quidam est obsequi & honoris Regibus praſtari & exhiberi solitus.*

4. Regnavit à ligno. Sanctus Hieronymus de Cruce ejusque dimensionibus & forma transita scribit: *Ipsa species Crucis quid est, nisi forma quadrata mundi? Orients de vertice fulgens Arcton dextera tenet, Auster in lava consistit, Occidens sub plantis firmatur.* Quidnam Tom. 5. in verò hoc præsignificabat, inquit Beda, nisi c. 7. Apoc. quod Christianum regnum in quatuor mundi partes extendendum erat? Nonne universus Christianismus in Invitatorio Matutini ita intonat: *Christum pro nobis in Cruce exaltatnm venite adoremus?* Porro Filius DEI eo fine de celo defcenderat, ut supremus totius universi agnosceretur Rex & Monarca. Dominus dixit Psal. 2. 8. ad me: *Filius meus es tu; Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra; reges eos in virga ferrea, & tanquam vas sigilli confringes eos.* Etenim tanquam

Imp. 36.
concl. I.

tanquam supremus terræ cœlique Monarcha agnosendus erat: *Et nunc Reges intelligite, erudiunti, qui iudicatis terram: Servite Domino in timore.* Verum inquires, cur igitur Regni sui possessionem non accepit, quando obsequiose in deferto per eum saturata turba Regem eum acclamarunt? *Cur potius fugit sequē abscondit?* Hoc mysterio id factum est, quia præsolabatur tempus illud, quo in Cruce suspenitus verus Rex agnoscendus erat, Crux enim verus ejus thronus regius fuurus erat; unde divinâ dispensatione contigit, quod Pilatus gloriosum hunc titulum: *Iesus Nazarenus Rex Iudeorum*, capiti ejus superimponi fecerit. Et quidem non obstante quod Hebraismus, cui in omnibus complacere satagebat, concordibus animis & vocibus, fortiter apud illum sollicitarit, ut titulum hunc vel moderaretur, vel penitus tolleret, ipse tamen resolute respondit: *Quod scripsi, scripsi.* Estque singulariter advertendum, quod, ut supra quoque diximus, titulus non sine mysterio tribu: diversi linguis five idiomaticis trium præstantissimarum nationum quæ in mundo sunt, propriis incisis vel scriptis fuerit; id namque contigit ad denotandum ligni hujus regnum in omnes mundi partes extendendum esse: *Dicitur in nationibus, quia Dominus regna uit à ligno.* Ad huc licet titulus hic per ludibrium & subsannationem Crucis superpositus fuerit, sicut etiam purpura vestitus, spinis coronatus, & tradito in manus ejus ludicro sceptro arundineo, Rex per ludibrium salutatus fuit, attestante tamen S. Athanasio: *Illudebant ei dicentes: Ave Rex Iudeorum. Omiraculum novum & inauditum! ut ei, quem per ludibrium & subsannationem pulsabant, triumphalia apponenter ornamenta.* S. Augustinus circa hoc talem considerationem instituit, *Christus domuit orbem non ferro sed ligno; vicit mundum non armato milite, sed irrisa Cruce.*

s. Regnavit à ligno: Perfidii Hebrei, eum hisce verbis ut de Cruce descenderet, sti-
Matt. 27. mularunt: *Si Rex Israel est, descendat de Cruce.* Ubi sanctus Bernardus optimè considerat, consequentiam hanc nequaquam valere, sed

mancam esse: *Non est bona consequentia ista: Imo si Rex Israel est, sceptrum regni non deserat.* Probe etenim sciebat, quod ad inimicum infernalem, qui idolatria mediante fortiter invaluerat, debellandum, opera pretium esset, ut in regio Crucis throno stabiliretur, eoque mediante inimici vires debilitiores efficeret. *Demones hoc eis immiserunt* (scribit S. Basilius) *qui vellent, ut descendere: statim enim Crucis virtutem senserunt, & vires suas confractas.* Obseruandum est etiam, quod mox ut in Pilati praetorio Crucis facta est mentio, Damon vicinum Tyrannidis sive exterminium prævidens, desperatam illam Iudeam inspitaverit tacti sui personitudinem, nec non ut traditionis à se factæ patrum reportaret protium, innocentem eum declarando: *Intupet etiam ejusdem Pilati conjugi sub nocturna quiete in somno apparuerit, ut hac ratione mulier ista, sibi ad eum à Crucis morte liberandam cooperaretur;* *Nihil tibi Matt. 27.* & justo illi: *multa enim passa sum hodie per visum propter eum.* S. Ignatius Martyr ita scribit: *Cum patranda esset Crux, Diabolus tumul tuabatur, & pænitentiam immisit preditori,* Epist. ad mulierculam turbans in somnis, ut à crucifixione cessarent, inducere moliebatur, suam ipsius permitiem sentiebat.

6. Regnavit à ligno: Enimvero quod homo quidam facinorosus, qui inter rapinas & homicidia vita suæ annos transegerat, qui una cum Christo è cruce pendebat, quod inquam Divinâ luce perfulsa, ipsum tanquam verum DEI filium agnoverit, quid mirum? *Siquidem potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraha.* At vero quod eum aeterni cujusdam regni Regem & Monarcham contestatus fuerit, quoad hoc meritò cum sancto Augustino interrogare eum hisce verbis quis posset: *Dic mihi latro regnum petens; quid in eo tale video, ex quo peti?* Dic mihi: nam quod in conspicuo est, clavos & Crucem cernis, Sed hac, inquit, Crux ipsa regni insigne est, & propterea Regem appello, quia video crucifixum.

Serm. 49.
in append
de diversis

De varietate Crucis spiritualis agitur.
DISCVRSVS QVINTVS.

Christo confixus sum Cruci. Ad Galat. 2. v. 20.

Sermon 3. de Confixus sum Cruci ? S. Bonaventura respondet: *Est duplex Crux una materialis alia spiritualis; prima est interior qua portatur in corde; secunda est exterior qua consistit in opere. Crux corporalis bonorum est & malorum. sed spiritualis est tantum beatorum.* Hunc igitur Cruci S. Paulus confixus erat, valde eam cordi suo semper impressam portans, dicere jure merito poterat: *Christo confixus sum cruci.* Et quidem undenam existimatis Crucem hanc suam obtinuisse nomenclaturam ? Audite respondentem Sanctum Gregorium dum ait: *Crux à cruciato.* Quicquid enim iam corpus quam animam affligit & cruciat, crux dicitur. *Crux Domini,* (inquit sanctus Augustinus) non tantum illa dicitur, qua passionis tempore ligni affixione construitur: sed illa qua totius vite curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur. Porro vitam hic in terris ducere immaculatam, continentem omib[us]que Christianis virtutibus informatam, cum majori semper Spiritu ad excellentiorem perfectionem contendendo, vera quedam crux dici meretur. In patibulo crucis ligneo Redemptor noster tribus dantaxat horis, confixus habet, & non diutius; at vero in hac, de qua loquimur, cruce trinitas trium annorum spatio peperit. In laboribus à juventute mea, vel ut alii legunt: *Moribundus agonizans à puer.* Et haec est illa Crux, quam Christus nobis praedixit, quamque tollentes ipsum sequi debemus, optimè namque levit vires nostras ad ponderosissimam crucem suam utpote cui

Mansi Sanduarij, Tom. II.

pondus omniū peccatorum totius humani generis adhæsit, portandam impates nimis esse. Quidnam obsecro Cyrena o humerosuos materiali ligno crucis Christi super posuisse profusset, nisi eidem alteri quoque cruci submisisset, ejusque se sequelæ ac disciplinæ, nec non divinorum præceptorum ejus observantia consecrasset ? Neque enim *Peregrinus,* desunt authores, qui ipsum ad sanctam fidem nostram conversum vitam Christianam atque Evangelicam duxisse opinentur. Omnis increatae & incarnatae sapientiae conatus solidis illis triginta tribus annis in id unicè collimavit, ut crucem hanc spiritualem nobis imprimaret, nobisque ut eum non in morte & passione sua, sed in vita & qua in ea post te nobis reliquit, exemplis imitaremur ; Et hinc est, quod non dixerit : *Qui vult venire post me, tollat crucem meam, sed tollat crucem suam;* Quia teste D. Augustino : *Tota vita Christiani, si secundum Evangelium vivat, Crux est.* Quid Colosæ Peisatum Regi *crucem Domini tot annis in sua potestate & Dominionio habuisse prosluit?* Quot ipso fuere feliciores ex eo quod crucem spiritualem, cœlum illis aperientem, assidue portarent, cum tamen ipse precipitatus sit in infernum ? *Quoniam obsecro sine Christus Deus noster brachia sua in hoc ligno latè adeo extendit ?* Num forte id in nostrum exemplum fecit, ut nos idem quoque faciamus ? Minime gentium? quin potius D. Augustinum id exponentem audire : *Ideo extensa in ps. 62. sunt manus ejus in cruce, ut manus nostra extendantur ad bona opera.*

2. *Confixus sum cruci.* Enimvero si quænam Apostoli tam interna quam externa mortificatio fuerit, consideremus, inveniemus utique ipsum eidem mortificationi crucis titulum haud sine mysterio attribuisse. *Due sunt crucis genera.* ita olim Monachis suis

Hoc 2. ad prædicabat Eusebius Emissenus & unum cor-
Monac. porale, alterum spirituale: unum à potu atque
epulus temperare: appetitum gula à delectatio-
nibus & mollessimis suavitatibus coercere; ab
bis qua per tactum, per gustum, visumque deci-
piunt, sensum uiriliter revocare ac violenter
abstrahere. Postea vero consequenter mortifica-
tionem internam majoris meriti crucem esse
luculenter ostendit, dicens: Alteram genus
crucis est, speciosum atq[ue] sublime, motus animi
regeret, & perturbationes illius modestia tran-
quillitate pacare, ac superbia impetus quasi fe-
ram bestiam refranare, litigare quotidie contra
vita sua, increpare se quadam austerritate cen-
soria virtutis, & rixam quodammodo cum hoste
inferiori conserere. Nec solus Emissenus hanc
crucem agnoscit, siquidem S. Augustinus in
illa verba: Pretiosa in conspectu Dominis mors
sancctorum ejus, declaraturus qualem hoc sit
hoc adeo preciosum martyrum dicit: pretiosa
in conspectu Dei & gloria crux, cogitationes
malas in potestatem redigere, voluntates pro-
prias abnegare, usque interiori examine discer-
tere, & regentis imperio subjugare. Idemque
santus alibi S. Apollolum expressius in exem-
plum adducit, & præmittit: Tollit crux su-
am, qui aut per abstinentiam corpus affigit:
utroque modo crux suam tulit, qui dixit Ca-
stigo corpus meum, & in servitutem redigo. Ec-
ce in afflictione corporis audivimus crux car-
nius: audiamus nunc in compassione proximi, crux
mentis: Quis infirmatur, & ego non infir-
mor: S. Bonaventura quoque in sermone de S.
Andrea crux hanc mortificationis nobis com-
mandat, dicens: Verè dicuntur erucam ferre,
qui noverunt à delictis abstinere, & earnem ne
valeat lascivire, sobrietate coercere. Vnde dicitur:
Qui autem Christi sunt, carnem suam cru-
cifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Cai-
fianus hac de re ita dicitur; dicit enim fer-
rum clavorum, per quod ex spirituali: hic cruce
pendeat; tenetur suspensi, timorem Domini
esse debere: Ut affligentes timore Domini
carnes nostras universas voluntates nostras ac
desideria, non nostre concupiscentiae servientia,
sed mortificatione Iesu habeamus affixa. Ut
turque similitudine illius, qui cruci affixus
te pro suo arbitrio vertere aut movere ne-
quit: Ita & nos voluntates nostras, & desideria
non secundum id, quod nobis suave est,
& delectat ad præsens, sed secundum legem Do-

Liber 4. de
infestis, c. 35.

mini, quod nos illa constrinxerint, applicare debemus. Et sicut qui in cruce hæret, non jam amplius de rebus hisce inferioribus tollitus est, sed alteram semper vitam cogitat, voluptatibus valet, sibique appetitus fuos dominari nequaquam permittit: nulla concupiscentia possidendi permoveatur, nulla superbia, nulla contentione, nulla simulatione succedit, non de presentibus dolet in iuris, non preteritarum jam recordatur. Eodem modo quod crux huic spirituali confixus est, omnia haec ut adimpleat necessum est.

3. Aliam quandam Crucem, quæ unicuique adaptari potest, nos docet Chrysostomus, dum hanc duobus illis fratribus datam responsonem: Potestis bibere calicem, maiorius ponderat: dicit igitur Calicem hunc Passionem Domini dicimus (id est crucem) non solum persecutionem gentilium sed omnem violentiam quam patimur, contra peccata certantes. Non est crux aliqua reperibilis, que celo nos luxurias ingerat, quam sit illa; siquidem Regnum colorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ubi sanctus Augustinus: Quamdiu, inquit, id agunt corpora nostra, ut Epist. 119, evacuetur corpus peccati, quamdiu exterior homo corruptitur, ut interior renovetur de die in diem, tempus est crucis. Quæ doctrina ab ipso met Apostolo Paulo desumpta fuit, qui ait: Christo confixus sum cruci; Etenim hoc Romanum scribens, hos nobis salutare reliquit monitum: Vetus homo simul cum Christo crucifixus est. Quonam autem fine id factum fuerit, subiungit: Ut destruatur corpus peccati, ut ultra Rom. 3. non serviamus peccato.

4. Christo confixus sum cruci. Quibus verbis Apolotus tortassis ad contumelias, ignominia & opprobria quæ sustinuit, alludebat voluit: quæ etiam crux quadam est spiritualis: Spectaculum factissimum mundo, & Angelis, & hominibus. Factissimum omnium 1 Cor. 40 per ipsos. Nos stulti propter Christum. Porro Crux apud latinos idem est, quod patibulum, quod tamen denominationem non solum à Patiendo, verum etiam à patendo, seu patere, id est, patefieri, seu in conspectu omnium manifestari obtinuit; it enim, qui crucifigebantur, omnium exponebant oculis, ut ipsorum tanto magis publicaretur infamia. Hæc autem magnitudini crux est, dum aliquis in conspectu

D I S C U R S U S V.

19

omnium mortificatur , & pro Dei amore con-
temnitur & posthabetur : Nos stulti propter
Christum.

Serm. 47. 5. Confixus cruci. S. Augustinus ait: Quid
de dixer. est tollat crucem suam? Ferat quidquid mole-
stum est, & sic me sequatur. Tollat crucem
suam, hoc est, tolleret in mundo pro Christo ,
quicquid intulerit mundus. Adeo ut san-
ctus Paulus, qui dici sibi audiebat: Ego ostendam
illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati,
à primis diebus, quibus schola Christi pedem
luum intulit, hanc in humeros suos crucem sibi
assumperit: verum enim vero, si verba haec Quic-
quid intulerit mundus , bene considerentur
etiam illi, qui magno sui cum dispedio mun-
do insevierunt, per hanc Crucem salvari pos-
sunt, dum nimis opprobria , injurias, alia-
que omnia damnata, que mundus, suos ut pluri-
mum traditorie damnificans & decipiens ,
illis intulit, patienter sufferunt. Solet Christus
(lunt verba ejusdemmet sancti) passiones
& afflictiones crucem vocare. At vero quia
axioma quoddam est indubitatum, quod Nil
coiquinatum intrabit in regnum cœlorum ,
ideo Salvator animas nostras hac cruce me-
diante purificare & mundare contendit. Un-
de Chryostomus. Auriſex, inquit, donec au-
rumbene purgatum videris, de fornace non ex-
trahit; sic & Deus non abducit aliquando cru-
cem, donec penitus emundaverit.

Hom. 4. ad
Antioch.

Lib. 2. Ep.
24.

6. Confixus cruci. Erenim multi
sunt, qui iis qui in monte Calvaria praefen-
tes fuerunt, aut vero sacro sanctum hoc li-
gnum Hierosolymis venerati sunt, quodam-
modo felicitatem hanc invident; hi autem,
quotquot sunt, sanctum Hieronymum ad san-
ctum Paulinum scribentem aulcent, dicit
enim: Et crucis & resurrectionis loca pro-
sunt his, qui portant crucem suam, & cum
Christo resurgent quotidie, qui dignos se
tanto exhibent habitaculo. Enimvero viam
que ducit ad celum Deus noster facilitate con-
tendit, adeo ut in omni loco, in qua sitate ,
in omni conditione & professione unumquem-
que velut suam posse portare cruem: Et de
Hierosolymis, & de Britannia equaliter pater
aula cœlestis. S. Bernardus in mystica illa Ja-
cobi scala Salvatoris nostri crucem agnoscit:
crux Christi, inquit, Scala antiqua est, qua me
rito per scalam Iacob signatur. Sicut enim va-
riis in illa gradus conspicuntur, per quos in-

celum concenditur, qui varios nobis sta-
tus & vocationes representant, ita quoque
insinuare vult sanctus hic Doctor, cruem
quæ Paradiso nos inserit, omni ætati, sexui ,
& personarum conditioni adaptari: Jacob
scalam illam videns exclamavit: Vere non est
hic aliud nisi domus Dei & porta cœli. Quo
eodem titulo Hugo Cardinalis crucem insi-
gnivit, dum ait: Crux dicitur domus Dei. De
qua Redemptor noster: In domo patrie mei man-
stiones multas sunt, quæ nimis variis singulo-
rum vocationibus correspondent.

7. Equidem haec est inter crucem ,
quam mundus dat, & crucem quam Deus im-
mittit differentia, quod crucem à mundo prove-
nientem, à DEO nobis immissam esse minime
agnoscamus, adeoque nec illam ob Dei
amorem sustinemus, ac proinde velut crux
improbi latronis æternam nobis perditionem
conciliat. Non vero similis conditionis sit ea ,
quæ à Deo nobis imponitur, hanc enim susti-
nemus, ut ei placeamus, ideoque spiritualem no-
bis impertitur salutem. Pulcherrima profectio est
illa à S. Augustino adducta similitudo, dum ait:
Qui trucidat, non considerat, quemadmodum Epist. 4.8.
laniet; qui autem curat, non considerat, quem-
admodum fecerit: ille enim persequitur sanita-
tem, iste putredinem.

8. Quamnam putas esse causam , ob
quam Christus crucem suam portatus alios
in auxilio sui adhiberi voluerit? Salmeron
mysterium istud tetigit, dum ait: Perpende
Christum non velle portare crucem sine te: pro-
inde partem crucis tibi porrigit gestandam ,
quia qui fecit te sine te, non salvabit te sine te.
Ipsem Christus crucem suam semper porta-
re noluit, sed non voluit, ut illam semper por-
taret Cyrenæus, quin potius laborem inter-
se patiuntur, & dividunt, ut exiude intellige-
remus, laborem nostrum sine passionis lue
meritis non sufficere, nec hæc in adultis suf-
ficiunt sine nostra cooperatione , adeoque
crux ejus nobis nihil profutura fuisset, nisi
& nos eandem assumptissimum in humeros no-
stratos. Id quod in figura adimpletum fuit ,
quando ingentem illum uxæ botrum detu-
lerunt: Absciderunt palmitem cum uva sua , Num. 13.
quam portaverunt in veste duo viri. Porro 24.
de Simone Cyrenæo sanctus Thomas ait: Quod
dicitur, coegerunt eum significat illos, qui ex-
teriorius crucem ferunt, interiorius autem coadie-
ferunt.

H 2 ferunt.

ferunt, quia non propter Deum, sed propter mundum. Hugo Cardinalis ait: Per istum Simonem, inquit, qui portat crucem Christi in angaria, significantur Hypocrita, qui labores multos sustinent in hoc mundo pro laude humana.

9. Poterat quidem Christus Redemptor nos alicui ex sibi devotis, qui ejus se discipulatu adjunxerant, nimirum Nicodemo vel Iosepho ab Arimathaea, crucem suam secum portandam imponere: at verisimile est, quod in singulis eorum summum agnoverit remissum & relataitiam, eo quod crux infamiae instrumentum esset. Pauci etenim sunt, qui ad eam usque perfectio-

nem pertigerunt, ut se ob Christi amorem publicè diffamarci patientur; Ideo namque Nicodemus absconditus, & nocturno tempore occulè eum cōvenit, ne ab aliis videretur.

10. Demum vero ut crucem Christi, id est, quas nobis in præsenti vita immittit Passiones cum fructu feramus, ad ea quæ S Augustinus scribit, reflectere oportet. Dicit enim: *Quanta Serm. 245.* patientur pro sua iniuitate latrones? quanta de temporibus patientur pro suis sceleribus perdit? pro sua reue- nequitas luxuriosi? pro sua avaritia negotiatorum mare transmeantes, venientem tempestatisibusque corpus & animam committentes, sua negligentes, ignota quarentes,

De Cruce sub thesauri cuiusdam similitudine hic agitur.

DISCURSUS SEXTVS.

Sola digna tu fuisti ferre sacli pretium.

*Serm. de
invent. S.
crucis.*

Nihil reperiri posse existimo per quod sacro sanctæ crucis prius absconditæ, postea vero tanto cum jubilo inventa mysterium vacuus exprimitur, quam parabola illa, in qua inveniatur illa sapientia regnum celorum thesauro cuidam in agro abscondito comparavit: *Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro.* Neque enim negari potest, quin sacro sancta illa crux in agro absconditus thesaurus quidam fuerit inestimabilis, eo quod sola digna fuit portare sacli pretium. Unde S. Petrus Damianus ait: *Hodie quia crucis inventionem colimus, quasi reperto communis totius mundi thesauro, com muniter in Christo gaudere dabemus.* Sicut enim Christus in sollicito illo Pastore adumbritus est, qui inventus, quam dolenter amiserat, ove, omnes ad tecum congaudentum invitavit: *Ita & nos in invento eo, non quod ipse perdiditerat, sed quo nos perditos acquisierat justum est gloriari.* Enimvero non sine mysterio sanctus Petrus Damianus crucem thesauro comparavit abscondito, si factum istud confi-

deretur, quod Tiberio Imperatori accidit. Cum *Hist. Fran.* enim Christianus hic Imperator vir summæ pie tatis & religionis, atque in pauperes liberalissimus in magnam redactus fuisset pecuniarum penuriam, accidit, ut dum palatum suum pesam bulareret, in quandam pavimento infernum lapidem offendenter, in quo crux quedam effigie erat, qui proinde elevatis in celum oculis in horre devotionis prorupit affectus: *Cruce tua Domine frontem nostram munimus & pectora; & ecce crucem sub pedibus contulcamus?* Cumque lapidem hunc in decentiorem locum transferri volens, illum è pavimento erui jussisset, mox sub eodem alium quandam lapidem similem eadem cruce insignitum offendit; quo etiam eruto, mox sub eodem tertium lapidem invenerit, eadem pariter cruce signatum; cumque & illum è pavimento sustulisset, tandem opulentissimus quidam ibidem absconditus thesaurus lessu prodidit, quocum non solum pauperum, verum & omnium suo subditorum imperio egestati & necessitatibus abunde subvenit. Constantinus Romanorum Imperator in virtute crucis Christi, quæ in celo ei miraculosè apparuerat, Maxentium Tyrannum gloriose

*Biblioth.
vet. PP.
Tom. 7.*

su-

superavit ; adeoque dictæ Crucis virtute in suo erat stabilitus imperio , unde non solum hujus beneficii causâ , sed & quia modo adeo prodigiolo à lepra liberatus fuerat , prostrata & dissipata omni Idolatria , fidem nostram Christianam est amplexatus ; cumque deinceps in summa regnaret prosperitate , pie credere possumus eum Auguste Imperatrici & Matre lux Helenæ frequenter dixisse : Nos in virtute Crucis in tanta pace regnamus & gloria , & Crux quæ hanc nobis gloriam perpetrat , semper manebit in terra sepulta & abscondita ? Quæ vicesim , si sancto Ambro-
In obitu Theod.
Lib. 2 c. 11

sto fidem adhibere volumus , intra se sèpe re-petebat ; Ego in regnis , & Crux Domini in pul-
vare ? Ego in aulis , & in ruinis Christi trium-
phus ? Andem vero , ut Berengorius Abbas ait , ambo ad thesaurorum hunc sollicitè perveсти-
gandum strenuè fuerunt & assidui ; Licet inveni-
enda Crucis una duobus esset intentio , filium tamen inquisitio . & Matrem nobilitavit in-
ventio , dum enim eidem inquisitione uterque operam dedit , lignum Crucis filius inquisitus , Mater invenit . Helena igitur Hierosolymam cum venisset , in cruento agro illo , in quo pretiosum hic thesaurus absconditus esse credebatur , ingerente adhibuit diligentiam , fueruntque tres quidem Cruces planè inter se conformatæ inventæ , at vero sub tertia quæ Christi erat , thesaurus ille tandem inventus fuit , per quem redemptus est mundus , unde Andreas Cretensis Archiepiscopus orat in Exaltat. S. Crucis ait : Thesaurus qui fuerat absconditus ex terra meditullio resulsa . Beren-
*Apud Su-
rium 14.
Septemb.
Lib. 2 c. 7.*
Medit. 3.

golius Abbas lignum itud similiter thesau-
rum esse dixit : Ad contumeliam nostram (ita de malignis Hebreis scribit) tanto tempore the-
saurum divinitatis absconderunt . Enimvero adæquata & inter cæteras principalior ra-
tio , cur sanctissimo Crucis ligno hoc impo-
naturo gloriosum Epithetum , hac esse potest , quia in hoc ligno , velut in opulentissimo quodam æraio , solutum est pretium quod-
dam infinitum ; siquidem unica sanguinis Christi stillula mille mundis redimendis abunde sufficiebat : Et quia Crux Digna fuit ferre saeculi pretiisem . Cui confonat pia illa mel-
liflu Bernardi meditatio dicentis : Tonus iste mundus ad unius anima pretium astimari nou potest ; non enim pro toto mundo animam suam Deus dare voluit , quam pro anima humana dedit . Quotquot autem salvantur animæ ; prompto sanguinis Christi Crucifixi prelio salvari noscuntur . Unde de sancta Cruce dici potest , omnes animæ ea mediante fuisse li-
beratas . Per sanctam Crucem tuam (ita Chris-
tum alloquimus) redemisti mundum . Crux dives illud ærarium est , ex quo hactenus & semper deinceps , in redemptionem cunctarum animarum totum deprometur litrum & premium . Sola fuisse digna portare talentum mundi . Memorabundus hoc loco est nego-
tiator ille Evangelicus adeo circumspectus & prudens , qui pro invento pretioso quadam monili , omnia à se possessa libens ero-
gavit : In vento una pretiosa margarita , abiit : Serm. 3. de
vendidit omnia , qua habuit . & emit eam . Pass.
Negotiator iste , sancto Leone teste , filium Dei adumbravit , qui pretiosissima hujus ligni margarita inventa , utpote quam super omnia mundi regna aestimavit , omnia erogavit , que in sua erant facultate , adeo ut ad omni-
modam se nuditatem redegerit , in eaque nu-
ditate & paupertate , inque illis opprobriis , inæstimabiles voluit esse divitias recondi-
tas , per quas unaqueque anima locupletatur , colorumque regnum sibi comparat . Hinc est , quod Apostolus dicebat : Mibi au-
tem absit gloriari nisi in Cruce . Quisnam autem sancti Pauli in hac sua gloriacione sensus fuerit , D. Augustinus interpretatur , & scri-
bit : Poterat Apostolus gloriari in sapientia Chri-
sti , & verum diceret : poterat in maiestate , poterat in potestate , & verum diceret : sed dixit in Cruce Vbi mundi Philosophus erubuit , ibi Apo-
stolus thesaurum reperit . Ex quibus verbis perpicue deducitur sanctum Paulum in Cruce inæstimabilem reperiisse thesaurum , quia cer-
tum est , quod tribulatio , paupertas , mortifica-
cio , omneque alia mortificationes Christi amo-
re toleratae gloriam nobis vere concilient . Momentaneum hoc & leve tribulationis na-
stra aeternum gloria pandus operatur in celis . Cor. 4. 14 .
Quodsi in potestate tua haberes universum au-
rum Peruvianum , per illud tamen ne unicum quidem beatitudinis gradum tibi lucrai posse ; at vero si pro Christi amore patari , si vel unicum humerum tuum Crucis ejus submittas , certo lucraberis Paradisum . Job cap. 37. scribitur : Ab Aquilone aurum venit : Ier. 1. 14.
ex alia vero parte in Ieremias legitur , Ab Aqui-
lone pandetur omne malum . Quia autem ra-
tione fieri potest , dicit fortasse aliquis , quod aurum quod passim apud omnes in tanta est

DE INVENTIONE SANCTÆ CRUCIS.

*In obitu
Theodosii*

*Serm. de
invent.
Crucis.*

Illi. 21.

estimatione, quodque omnem domibus prosperitatem secum adpertet, ab eodem climate deportatur, ex quo alias universa mala velut è centro suo in nos dimanantur? Responderi quidem ad id posset, aurum vel ideo omnis mali occasionem esse atque originem, quia humana cupiditate homines investigante, omnes habet sibi insidiantes. Verum aptius ad præsentem propositum responderi posse videtur, quod ubique est tribulatio, Crux, ær umna afflatio, ibi quoque semper sit aurum; sed aurum tale, quo cœlum lucrai, & Deum nobis comparare possumus. **S**anctus Ambrosius in vastissima illa regna quæ Magnus ille Constantinus, veluti totius universi Monarcha possidebat, oculos suos conjiciens, hocque pretiosum Crucis lignum ab Augusta Imperatrice Matre ejus inventum esse conspiciens, ait: *Multo amplius invenit, quod Imperatori conferret, quam quod ab Imperatore acciperet.*

2. In principio hujus discursus diximus; quod simile est regnum cœlorum thesauro absccondito in agro. Per hoc autem cœlorum regnum Ecclesiam interpretari possumus, que omnes thesauros suos in Cruce habet depositos; at vero si per regnum cœlorum Paradisum intelligere volumus, certum est, quod tanti Crux valeat, quanti beatitudo, & gloria cœlestis valere noscitur. Unde sanctus Petrus Damianus: *Per lignum de Paradiſo fueramus ejeci: per lignum sumus ad Paradiſum revocati. Dabo clavem domus David super humerum ejus;* ita vaticinatur Isaías Propheta, id est, Crucem, quæ clavis est domus veri Davidis, & gloriosum regni Christi stemma & insignie. Observatisne aliquando, quoniam seculis cœlum clavis permanenter aut quisnam primi omnium illud ingressus fuerit? Num forte Adam, Abel, Noe, vel Abraham prothoparens omnium credentium, aut vero sanctus quidam Joannes Baptista? Nequaquam, sed latro qui-

dam ante omnes alios cœlos intravit. **H**odie in appendice cum eris in Paradiſo. Ubi S. Augustinus ait: *Crux nobis paradiſum, quinque ab eo amplius annorum milibus præclustum patefecit. Chrysostomus quoque ait: Iste latro de Cruce mercatur salutem furatur cœlestis imperium.* Nescio, an aliquando notaveritis, quod Ecclesia postquam cecinit *Sola dignata fuisti ferre scilicet premium; mox subiungit: Atque portum preparare arca mundo naufragio.* Hoc etenim praetolum Crucis lignum efficit, ut in hoc processuoso mundi Mari, tot inter tempestates ad fortunata Paradiſi littora feliciter appellatur. **T**rac. 2. in *Trac. 2. in Unde S. Augustinus ait: Interjet mare Iona, bujus sculi, quid fecit? insituit lignum, quo mare transeamus, nemo enim potest transire mare bujus sculi, nisi Cruce Christi portatus. Tritum est illud Evangelicum axioma: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Quisquis autem Crucem portat in hoc, singularis existit, quod ex quo id præsenti vita pro amore Christi patitur, opus non habeat, ut ad habendum in cœlos aditum, aliquam illis violentiam inferat, utpote qui Paradiſum in manu sua habet. **Q**ui in Cruce est, non vim facit, est Crux. & statim paradiſus. Optimè sanctus Leo consideravit, Hebreos quidem incredulos Redemptorem nostrum per patibulum voluisse affligere: hoc tamen illorum consilium per omnipotentiam & sapientiam suam, in suam nostramque gloriam transmutatum fuisse. In suam quidem gloriam quoad honores, venerationem & obsequia, quibus sancte à summis quoque & meruendis mundi monarchis affuerint; in gloriam veronostram, quia: *Quod iniquitas indeorum paravit ad paenam, potentia redemptoris gradum nobis fecit ad gloriam.*

*Luca
23.
Hom
ad pa.*

Osten-

Ostenditur Christum velle ut propriam quisq; Crucem, id est, eam quæ statui & vocationi suæ conjuncta est, non vero ut suā portet.

DISCURSUS SEPTIMVS

Qui non bajulat Crucem suam, non potest meus esse discipulus. Lucæ cap.14.v.27.

NOs sine Cruce cœlum ingredi non posse adeo verum est & indubitatum, ut probatione non indigeat. Unde Chrysostomus verba illa: Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, maturius ponderans, hoc indec^{24.} elicit argumentum: Christus intravit in gloriam suam per passionem, & tu^{25.} is intrare in alienam sine Cruce? Etenim cœlum antea firmiter obturatum & clausum, post quinque millia annorum & amplius eō præcipue tempore apertum fuit, quo Crux Christi fabricata fuit Reversa, inquit Chrysostomus, non est vita sine miseria, nec potest sine tribulatione, nec potest sine tristitia & tanta praesens transfigi. Cujus convincentem hanc tubidit rationem: Sicut enim immortalis homo non potest inveniri, ita neque absque tristitia & cruce à Christiani vita vinculum insolubile est tribulatio. Similem ita modum Thomas de Kempis meditatur, dum ait: Dispone & ordina omnia secundum tuum velle & videris. Non invenies nisi aliquid pati debere, aut sponte, aut invite, & ita Crucem semper invenies. Unde difficultas in eo solum consistit, qualis à nobis Crux portanda sit, ut Christum sequamur, siquidem sine hac salvati nequaquam possumus. Qui non bajulat Crucem suam, non potest meus esse discipulus; quæ est æterna protestatio veritatis. Num forte ipissimam Christi Crucem humeris nostris imponere debemus? Minime. Quis enim humeros tali oneri submittere præsumet, quod à divino illo Athlante, qui tribus digitis universam mundi sustinet machinam, terri vix poterit? Advertendum est igitur, quod Christus non dicit: Qui non bajulat Crucem meam. Cur ita?

Luca 24.

25.

Hom 66 ad populu

Nunquid Crux ejus pretiosissima erat, ut potest quæ gratius meritissime innumeris referta erat, & in qua humani generis redemptio consummata fuit? Hoc totum verum est quidem; verum tamen eadem Crux omnibus generis humani culpis & peccatis onusta erat: recata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Unde sanctus Thomas de Villa Nova ait: Tellat Crucem suam, nam meam non poterit; gravissima est enim quam nullus puri hominis humerus portara sustineat. Christus etenim Crucem portavit, omnibus nobis debitam. Adhac dicere possumus, Christi Crucem Evangelicorum consiliorum complementum, veramque perfectionis viam esse, vel etiam immaculatam quandam esse innocentiam, quæ illis verbis insinuat: Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Quinam autem futuri essent humerilli, quibus Crux illa adaptari possit? Vx nobis, si nobis aditum in cœlum per hanc innocentia aut perfectionis religiosa femitam comparandus necessario esset: quam pauci enim tunc forent salvandi? Ac proinde notanter & non sine mysterio dixit: Qui non bajulat Crucem suam; Etenim qui vivere nequit sicut homo religiosus, valdeque perfectus; vivat ad minus sicut timoratus Christianus, præcepta adimpleat, si consilia Evangelica sectari non præsumat: Si vix Matth 19. ad vitam ingredi serva mandata Unde Bernardinus hac de re ita scribit: Tellat Crucem suam, id est, sibi possibilem, non autem dicit meam: quia totus mundus non potest portare minimam partem Crucis ejus. Quilibet in statu & vocatione tua propriam Crucem habet, ac proinde opus nequaquam est, ut studiose illam inquirat. Salutare igitur est illud Apo-

Ital.

DE INVENTIONE SANCTÆ CRUCIS.

64

1. Cor. 7.

stoli monitum : *Vnusquisque in qua vocazione vocatus est, in ea permaneat.* Quod si fugitur unusquisque in sua vocatione salvati potest, nec quisquam sine Crucis salvati queat, per consequiam necessariam quotquot in statu & vocatione sua salvantur, in eadem suam quoque Crucem habebunt. Id quod ad Ephesios scribens expressius declaravit, dicens: *Observe, ut digna ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in charitate.* Ecce tibi Crucem. Melius profecto ad propositum nostrum dicere non poterat aureum illud Chrysostomi os, & calamus aureus. Omnes cujuscunque sortis sunt, variis crucis causas habent, hic quidem ab uxore, hic a filio, alter a servo, alter ab amico, alter ab inimico, ex vicino quidam, quidam ex forsanarum iactura. Enimvero credetis fortasse Magnates qui in delitiis & splendoribus degunt, suam quoque Crucem propriam non habere; at vero audite eundem Chrysostomum: *Veruntamen nec Rex procus à curia & Cruce usum degit sed vitam vivit plenam multis tribulationibus & curia.* Unde Poeta quidam eccepsit, habeat suas quoque purpura spinas. Et enim Plurimi tentient est: *Nulum vestimenta geris, quod tinearum injurias magis sentiat, quam purpura.* Ita quoque nullus magis infestatur cutis & molestis animi angoribus, quam Princeps aliquis: *Neque tu diadema respicias* (inquit Chrysostomus) *sed curvarum tempestatis: non ita corona caput circumdat, sicut animam sollicitudo: nec enim privata dominus tot curis plena reperiri posset, quot regis sunt Crucis per singulos dies expectanda.* Cum igitur Deus noster unicuique in suo statu Crucem suam imposuerit; ejus expectationi satisfaciens, si illam fortiter & patienter sustinuerimus. Et hoc est, quod Apostolus dicere velle videtur, dum ait: *Cum humilitate, mansuetudine, & patientia supportantes.* Etenim illi Patri familias incumbit, ut bono exemplo patientia, humilitatis aliarumque virtutum suis prælucet ut prolem suam, cunctosque alios sibi subjectos, in bona educatione coercent. Ad illum Prælatum spectat, ut sollicitate super gregem suo invigilat, divini verbi panem, & sanctissima Sacra menta eidem subministrando animarum sua cura commissarum falorem strenue promovendo, earumque necessitatibus tam corporalibus quam spiritualibus

subveniendo, immo & vitam suam exponendo, ubi id ipsum requirant necessitas.

2. Tollerat Crucem suam. Crux juvenis illius erit v.g. patienter serre, si a lodalibus suis cæteroquin disolutis, digito monstretur, eorum societatem fugere qui ipsum nesciunt seducere, in occurrentibus sibi in via Dei mortificationibus modicam erubesceratiam æquanimiter tollere, continentier vivere, ebulientis sanguinis fervorem & astum vincendo, oculosque à voluppatum incentivis in bona custodia continere. Hac enim Crux ad cælum ipsum infallibiliter perducet. Neque enim Redemptor noster à nobis exigit, ut Crucem nostram per flagella, spinas, clavos, fella, myrras, aliasque similes amaritudines deferamus, prouti suam ipse tulit. Age igitur pénitentiam pro peccatis suis, & suffici multo jejunia, plora, vigila, afflige modicum carnem tuam, & satis mihi est; inquit velut in persona Dei sanctus Thomas de Villanova: ac proinde in persona Christi subiungit: *Non meam in Jungo; sed tollat suam levem & facilem.*

3. Tollerat Crucem suam. S. Augustinus ait: *Tollerat Crucem suam, hoc est, tolleret in mundo pro Christo, quicquid intulerit mundus.* Illam nimurum paupertatem, infirmitatem illam vel aliam quamvis æsumnam, quæ à mundo nobis Crucis loco immittitur. Quæ tunc vel maximè ad cælum nos perducet, si eam ex amore Christi fortiter sustinuerimus, immiscas nobis afflictiones ad amorem & gloriam ejus dirigendo, nosque ejus sanctissime voluntati conformando. Verum enimvero sàpè numero contingit, quod adversitates occurrentes peccatorum nostrorum fructus existant: siquidem fortassis illam tibi concibasti infirmitatem per has vel illas obscurorum peccatorum enormitates, per crapulas immoderatas, per rixas & contentiones: Cicerem illum seu bonorum iacturam per contracta debita, per jocos, ludos, luxus, aliasque delicta patrata tibi ad civilli; Molesta lis illa, quæ mirante contorquet, contractuum illicitorum, seu usurarum palliatarum ruarum est effectus; Et tamen hoc non obstante, inquit Sanctus: *Toleret pro Christo, id est, Crucem illam, illam tribulationem, justum, & pro sceleribus suis digne promeritum supplicium esse recognoscat, percutientem se ferulam olculetur, divinæ voluntatis arbitrio*

f

Serm. 72.
de diver.

se conformet ; fructumque pro anima sua ex immisso sibi Cruce eliciat, se humiliando, & intimè de peccatis dolendo & poenitendo, ac dénum sciat, quod *Diligentibus Deum omnis cooperantur in bonum.* Etiam peccata, addit Glosa.

4. Veruntamen alias quandam Crucem audite longè faciliorem. Chrysostomus ait : *Tollat Crucem suam, qui ita paratus est ad pericula, eadem & Crucem, ut si quis eam portaret, ita paratus est, ut is, quem humero sustinet.* In preparatione animæ. Si videlicet promptus sit pro amore Deivitam suam prodigandi, vel omnibus alius periculis eam exponendi. *Crucem suam.* Est quoque alijs modus pro commissis peccatis poenitentiam faciendi, si quis stabile sibi faciat propositum, eadem per DEI adjutorium nunquam denuo committendi, vel iterandi. Dionylius Carthusianus ait : *Tollat Crucem suam, id est, seipsum quotidie per operam patientia mortificet.* Conitat Crux materialis duobus lignis, uno directo, altero transverso; quorum hoc, statum significat illorum, qui multis subiecti miseris & artris. Et hæc Crux à majori hominum parte portatur, & sensibiliter admodum percipitur: lignum vero directum prosperitatis statum significat. Verum inquires, ergo ne etiam in illo statu Crux aliqua reperi poterit? cuinam penae subjiciuntur, qui vivunt juxta animi sententiam in summis delitiis, & gaudiis, miseriariarum omnium expertes? Nimirum illi subjiciuntur Cruci, quæ consistit in Christiana innocentia perpetuo continua. Quam Crucem sanctus Bernardus existimat quodvis aliud excedere quantumvis poenitentium Martyrium. Trita enim est illa sententia: *Quod Martyrium gravius est, quam inter epulas esurire, inter rives multas & pretiosas algere, paupertate premi inter divitias?* Quondam in signis hæc laus S. Carolo Borromeo hisce verbis attributa fuit: *Crucifixus mundo minime blandienti.*

Serm. in
festo om-
nium San-
ctorum.

5. *Tollat Crucem suam.* Id quod nontanter dicit. Multi enim Crucem in se accipiunt alienam sicut Simon Cyrenæus, qui humeros suos non sibi, sed Christi Crucis suscepit. Quot sunt hoc errore seducti, ut se per Crucem alienam, id est, per aliena merita abstinentiarum, orationum, Confessionum, aliorumque similibus operum salvandos esse existiment, bonis Dei servis sele recommen-

Mansi Sanctorum, Tom. II.

dando, animæ vero sibi culturam, divinorumque præceptorum viam penitus negligendo? Quot sunt, qui confidunt in devotionibus externis, v.g. in sanctorum advocateorum suorum intercessionibus, vel in vocalibus sacri habitus Carmelitani, vel Rosarii, vel ad sanctum Paduanum directis orationibus, parva considerantes hasce illis ad æternæ gloriae consecrationem parum profuturas esse, quamdiu divinae leges oblerantes non fuerint? Crucem propriam portare oportet. *Crucem suam tollat;* Per opera & merita propria, non vero aliorum salvemur, necesse est. Opera enim illorum sequuntur illos. Persuadere fortassis quis sibi poterit Heraclium Imperatorem omnium fuisse fortunatissimum, & Redemptori maximè acceptum, eo quod lignum illud, in quo is Crucifixus fuerat, quodque è Colroë Persarum Regis potestate recuperarat in humeris suis portari: at vero ex alia parte sciendum est illi, quisquis ille est, id dico Imperatori parum admodum profluisse, siquidem ejusdem Imperatoris negligenter Mahometis fœsa in Christianismo firmum sibi pedem fixit, finisque illius admodum probrosus exitit. Verum quidem est, quod Crucem Christi sibi ferendam impoluerit, non vero suam; cum tamen Christus dixerit: *Tollat Crucem suam.* Verum enim vero haec tenus quidem multorum, præcipue vero magnatum errorum deteximus, nimirum quo sibi persuasum habent, per aliena merita salvare posse, cum tam men ipsi spinarum, clavorum, tellis, & Crucis inimici solatrumque Rosarum avidi existant: attamen ex quo simul etiam Cyrenæi mentionem fecimus, scire percuparem, cur incarnata illa sapientia non dispofuerit, ut sibi Crucem ponderosissimam portanti non Simon sed alius, v.g. sanctus Joseph ab Arimatæa, Nicodemus, vel similes alii compatiens suppetias in Cruce ferenda ferrent, quin potius gentilem quendam advenam, prolibus onus, agricultoram, & patrem familias sibi subvenire voluerit. Et quidem quoad mihi videatur causa illius hæc fuit, ut scilicet exinde intelligeretur, quod Christus omnes & singulos Crucis sibi partem habere velit, vult enim, ut omnes & singuli meritorum passionis sue participes evadant, vult inquam, ut singuli in suo statu salventur, dummodo humeros suos Crucis submittant, quam DEUS unicui-

que in suo gradu immisit. Porro Cyrenæus iste pariter cum filii suis ad fidem converitus est.

*In cap. 10.
Massib.* 6. *Tollat Crucem suam.* Hugo Cardinalis au: Notanter suam, juxta veritatem mensuram. Si quidem fidelis Deus qui non patietur nos tentari supra id, quod possumus. Ac proinde S. Anselmus ad idem propositum scribit: illud facit provenire, quod potest humana fragilitas sustinere, cum viribus tentamenta modifcat.

7. *Crucem suam.* Multi in aliorum Cruces oculum suum dirigunt, ideoque tentantur, & contra DEUM murmurant & lamentantur, quasi Crux illorum gravis nimis-

rum sit, & intolerabilis, siquidem alios majori supplicio & castigatione dignos esse arbitrantur. Nequaquam inquit DEUS, ita fieri convenit, neque enim vestrum est id examinare, quin potius quid per peccata veltra mereamini ponderare debetis, & impositæ vobis Crucis acquiescere. S. Petrus Christum interrogavit, quam & qualiter Crucem S. Joannes portatus est: Domine hic autem quid? Verum Salvator ei respondisse videtur, ut suam Crucem respiceret, nec oculum seu mentem suam in alienam Crucem deflexeret. Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?

Christus per illa verba: Qui vult venire post me, abneget se. &c. Crucem faciliter portandi modum nos docet.

DISCURSUS OCTAVVS.

Qui vult venire post me, abneget se met ipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. Lucæ cap. 9. v. 23.

*Mons de
ador. Cru
cis.*

Verum Crucem portandi modum Redemptor noster paupridem, sed valde mysticis verbis nos edocet. Et quidem in primis Chrysostomus, verba illa: Qui vult, bene considerans ait: Vide ut nullam necessitatem verbis suis adjungit: Non enim dicit: velitis, nolitis, hoc nobis preferendum est, sed quomodo? Si quis vult me sequi: non vim affero, non cogo, sed sua quemque voluntatis dominum facio, utrum Crucem suam mei amore velit ferre.

2. *Post me.* Levius utique pondus impositæ nobis Crucis videbitur, si oculum nostrum in eum desigimus, de quo scriptum est: Qui peccatum non fecit; qui tamen sanctam Crucem omnibus peccatis nostris maximè oneravit, quia *peccata nostra ipse pertulit super lignum*, unde & gravissima ac ponde-

vantis nobis in Cruce positæ conciliabit, si quanta cum laxitia & alacritate Crucem suam portarit, consideremus: *Infice & facce Exod. 25. cundum exemplar, quod sibi in monte mon- 40. stratum est.* Unde & Apostolus nos exhortatur, dicens: *Afficientes in consummatorem Hebr. 2. 23. Iesum, qui proposito sibi audio sustinuit Crucem, confusione contempta Post me.* Si quis Christum præcurreret, is certè oculos suos in ipsum diligere minimè posset, ac proinde quia oculos nostros in se perpetuo vult habere defixos, dicit post me. Ad hæc dicere etiam possemus; Christum nobis hisce verbis insinuare voluisse, cavendum nobis esse, ne de nobis iofis nimium præsumamus, pedes nostros ante Christum figere, seu eum præcurrere volentes, prout nonnullis accidit, qui de seipso adeo præsumunt, ut suam in gratiam & auxilia divina fiduciam nequaquam ponunt. Et forte hoc est unum ex mysteriis, ob qua Christus Zachæus ut ex arbore Sycomori- *Lucæ 19.* rum, quam ejus videndi cœla ascenderat, ci-

DISCURSUS VIII.

65

to descenderet, præcepit: Præcurrerens ascendit in arborem sycomorum; quia enim arbor illa Crucem repræsentabat, quam Christus ipse nondum ascenderet, ideo Zachæus Christum aliquo modo præcurrere velle videbatur. Unde Chrysostomus: Si bene ascenderet, quare ei dicitur, descendat? superius dixit: Præcurrerens, ascendit arborem, præcurrerit servus Dominum; & ante Zachæus ascendit arborem, quam Crucem dominator ascenderet; hinc est, quod dicitur ei festinus descendat. Deum vero ad propositum nostrum loquitur, dicens: Nisi quis tulerit Crucem suam, & secutus me fuerit, non dixit, præcesserit. Cyrenæus quidem Christum in Cruce portanda adjuvit; ad illam tamen portandam Christus ipsum non aliter admittere voluit, quam ut non ante, sed post Iesum incederet; Imposuerunt illi Crucem portare post Iesum. Sunt, qui in dubium revocarunt, an Christus simul cum Cyrenæo Crucem portaret, an vero Cyrenæus illam tulerit solus. Cajetanus dubium hoc dirimit: dum ait: Compulerunt ad hanc ignominiam sarcinam, quam tamen non solus portabat: sed post Iesum, ne Simon videretur crucifigendus. Multi adeo sunt temerari & præsumptuosi, ut multa ex leplis seu propria virtute se facere posse existiment, qui tamen deinceps turpiter cadunt. Quando Petrus Christum ad Calvarie montem, ut crucifigeretur, contendere velle audivit, multoties se una cum ipso mori velle arroganter protestando promisit, non obstante futuri lapsus sui prædictione a Christo ei insinuata, ac proinde qui pari passu cum Christo incedere voluit, ut turpiter caderet, promeruit.

Serm. 2. de Post me, inquit S. Bonaventura: Quid est Crucem tollere, & post Dominum ire, nisi post dictam jam humilitatem gratiam paenitentiale accipere, & sic semper post Dominum ambulare nam & ipse in nostrum exemplum prius se humiliavit, pedes discipulorum lavit.

In cap. 16. 3. Abneget semetipsum. Origenes ait: Abneget ergo seipsum, qui priorem vitam suam manum bonâ conversione relinquere: ut puta aliquando luxuriosus denegat se in iustum, cum superbit servare iustitiam, & sic in omni malitia denegat, quod fuerat. Eadem interpretationem S. Bonaventura hicce verbis adjecit, dicens: Quid est, je abnegare, nisi omnem superbitam cordis abiçere, & perfectam humilitatem

induere? Hieronymus ait: Abnegare seipsum 1^o cap. 16, est, veterem hominem cum operibus suis depone. Matth. Sanctus Ambrosius quoque dicit: Abneget semetipsum, sibi homo, & totus mutetur. Panæ. Chrysostomus autem verbum illud Abnegare c. 10 specialiter considerans dicit: Advertamus diligenter, quidnam abnegare leplum adoratur. significet. Quoniam negat se nosse alium, sive is Crucis filius sit, sive frater, vel alius quicunque amicus, si tametsi omne malum eidem accidere, eumque pessimè ab alio tractari videat, nullum tamen ei auxilium porrigit, quia eum abnegavit, non eum defendit, nec ex eis infirmitudo turbatur, eo quod omnem ab eo affectum subtraherit: Sic ergo vult nos Deus Corpus nostrum negligere (inquit Chrysostomus) ut si qui nos ipsius causa vel verberent, vel supplicio afficiant, vel quid aliud faciant, negligamus. Hoc est enim abnegare, hoc est nihil rei secum habeat, sed seipsum periculis obiciat. Crucem pondus suum habere, nemo inficiari potest, quodsi autem quis ponderi huic aliud pondus maius adjicere velit, id est, si ei affigere velit amorem proprium, seu propriam voluntatem, utique illam promptè portare tandem eidem impossibile erit. S. Augustinus enim amorem nostrum pondus dicere non dubitavit: Amor meus, pondus meum. Quid si autem in hoc Crucis pondere portando facultatem aliquam & levitatem experiri volumus, opus erit, ut ab alio pondere nos exonememus, id est, voluntatem propriam ab eadem retrahamus, abnegando illam, ipsamque Deo subiiciendo. Prius Dominus noster dixerat: Nisi quis renuntia veritatem, omnibus qua possidet, non potest meus esse discipulus. At vero cum de Cruce a nobis portanda differere incipit, etiam nosmetipsum abnegare suadet. Unde sanctus Gregorius ait: Ibi dicitur ut abnegemus nostra: Hom. 32, hic dicitur, ut abnegemus nos, & fortasse labiosum non est homini relinquare sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Hugo Cardinalis Lysemetipsum prudenter ponderat, & dicit, quod quanto renuntiatio aliqua Doctrinæ & acceptior fuerit, tanto quoque sit majoris perfectionis, & aptitudinis ad Crucem salubriter portandam. Est relinquere & abnegare seipsum, & sua suos, delerere seipsum, propria voluntate carere, ab omni eo quod quis habet, haud fecus alienari, ac si suum non esset; denique carnem, sanguinem, & parentes

tes proprios derelinquere, proprium est eorum religiosorum, qui in summa exemplaritate vitam degunt.

4. Tollat Crucem suam. Chrysostomus ait: *Non semel & bis: sed continuo per totam vitam hanc tecum mortem circumferas, & continuo ad necem paratis simus sis.* Ubi notandum quod nos quoque Crucem amplecti & ferre debere dicat. Querunt enim sacri interpretes quid Christo opus fuerit hominem aliquem in Cruce portanda auxiliatorem habere? Albertus Magnus respondebat: *Hoc ipsum Spiritus sanctus ordinat: it: non enim sufficit, quod Christus solus portet nobis Crucem: sed oportet, quod etiam nobis imponatur.* Neque enim sufficit, quod Christus pro nobis sit passus, nosque pretioso sanguine suo redemerit, nisi nos quoque ex parte nostra cooperemur, utendo nimurum Sacramentis, in quibus passionis sua fructus continentur. *Tollat Crucem suam.* Nobis enim Crux nostra exemplo Christi etiam portanda est, eum in amara Passione sua imitando, eamque Crucem quam Deus in statu & votatione nostra nobis immittet, pro ejus amore liberenter tolerando.

s Et sequatur me. Chrysostomus ait: *Ne credas ipsius passionis per se naturam sufficere, causam eius subjecit: quam: ut que dicta sunt universalia faciens atque patiens ipsum sequaris, ut scilicet propter ipsum omnia sustinas, id est, recte Dominum sequi, si propter ipsum cuncta sufferas, & alias virtutes non negligas.* In sacro Evangelio voluntaria illa juvenis Evangelici oblationis describitur sequar te (inquit ad Christum) quocunque ieris. Ubi Chrysologus: *Decipi, non accedit, qui promittit Dominum incaute sequi: sed ad omnia posse quis promittit? dix: sed cauti, sequar te quocunque jussieris, humanius eris quocunque volueris.* Sequar te, quocunque ieris. Sic dicit, qui inter se & Dominum, quid intersit, ignorat. Petrus per mare sequitur, sed submergitur ad Passionem sequitur sed negat Examenem aures, quidnam Christus ei responderit: *Vulpes foveas habent, & volvares calinidos, filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.* Verum, inquit, quanam est inter juvenis illius spontaneam oblationem, & hoc Christi responsum proprie? S. Augustinus ait: *Intelligimus istum hominem, si sequeretur Christum sua quasitum fuisse, non quia Iesu Christi.* Quot fuit, qui Crucem quidem portant, non tamen pro Christo? quoniam potius Crucem ferunt, ut ad hanc vel illam Praefataram pertingant, vivunt in summa exemplaritate & observantia, ut apud homines boni sibi nomen & existimationem concilient, non verò ut Christum imitentur, multo minus ut vel proprie, vel alienæ saluti cooperentur. Quot fuit, qui in hac vel illa aula gravem ignominiam, dispensorum, aliarumque omnium laborum, molestiarum, fastidiorumque Crucem libenter quidem & patienter ferunt, & tamen hoc totum eo tantum sine faciunt, ut ad ambitionis suæ metam feliciter perveniant. Unde S. Bernardus ait: *O ambitio ambietum Crux.* Quot fuit, qui Christum ad statum usque religiosum contestantur, sed eo tantum sine in conditionem altius sublimiusque promoveant, cum alias, ut pote origine sua humiles & viles, domi sue pauperes fuerint & abjecti? Respondit, inquit S. Augustinus: *Vulpes foveas habent, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet: sed ubi non habet in fide tuâ: vulpes enim foveas habent in corde tuo, quia dolorosus.* Quot inveniuntur Hypocrita? Veniunt ad vos in vestimentis oruum, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Volatilia cœli habent nidos in corde tuo, quia elatus es, inquit S. Augustinus. Unde concludit: *Dolosus & elatus non me sequeris.* Sequatur me, Hugo Cardinalis verbis illis hanc glossulam adjecit: *Non mea, ut ambitionis.* Chrysostomus quoque pulchre observavit, quod postquam Christus dixisset: *Tollat Crucem, ful junxerat, sequatur me.* Posset enim aliquis Crucem ferre, & grandia pati, Christum tamen non sequi, prout multis qui in hac vita affliguntur, accidit, at verò afflictiones ob fines & respectus humanos suffurerunt. Idemmet Hugo ait: *Quidam recedunt, Hom. 56: quidam arrecedunt, quidam cum eo vadunt, in Matth. 24: quidam posse cum: recedunt, qui via opposita curruunt ad inferos, id est, per delitias & honores: antecedunt, qui propria voluntati & sensui propriè innitantur, cum eo vadunt, qui de sua salute & aliorum junt solliciti: Sequuntur Iesum veri obedientes.* Adhæc dicere possumus, quod Li sequatur me perseverantiam nobis significet, quam in Cruce portanda ad finem usque habere debemus: Salvator enim tametsi ad deferendum patibulum suum, indeque descendendum Hebraorum vocibus invitatus ac stimulatus fuerit, in ea tamen ad finem usque cruciari elegit, donec dicendo *Consummatum est, omisit Spiritum, vel dicens aliorum manibus*

Matth. 7.

Hom. 56.
in Matth.Matth. 8.
v. 20.

Serm. 19.

Serm. 7. de
verbis
Dom.

e Cim.

Serm. 47. ē Cruce depoeneretur. S. Augustinus hac de re
valde salutare nobis monitum post se reliquit :
Cum quis cōperit Christum sequi , multos ha-
bebit contradictores, multos habebit prohibito-
res, multos habebit dissidentes , & hoc de ipsis
qui cōcomitibus Christi; cum Christo ambula-
bant, qui caco clamare prohibebant: sive ergo
minas, sive blandimenta, sive quaslibet prohibi-
tiones, si sequi vobis in Crucem verste, telera, porta,
vobi succumbere.

Considerantur nonnulla mysteria, ob quae Christus Redemptor
noster Crucem inter omnia alia supplicia elegerit.

DISCURSUS NONVS.

*Proposito sibi gaudio sustinuit Crucem confusione con-
tempta. Heb. cap. 12. V. 2.*

1. **C**um Pater æternus unigeni-
to Filio suo in hunc mun-
dum pro humani generis
redemptione ordienda ve-
nienti, non solius animæ ,
sed & corporis gloriam pro-
potuisset, adeo ut non ad
patiendum, sed ad gaudendum & favendum
venire potuisset, ipse gaudio posthabito Cru-
cem est amplexatus, eidemque se adstrinxit. Id
quod Biblia Regia afferere voluere, quæ legunt
pro gaudio quod habebat, sustinuit Crucem.
Unde dubium istud merito nascitur, cur scilicet
increata hæc Dei Patris sapientia inter omnia
alia suppliciorum instrumenta Crucem vel maxi-
mè elegerit? Cujus difficultatis mysteria hoc di-
scursu elucidare decrevi.

2. Una ex occurrentibus difficultatibus ob-
quas haud immerito credi potuisset, minimè
decuisse, ut Christus in Cruce moreretur, hæc
est; quia nimis omnia antiquæ legis sa-
crificia mortem Christi præfigurabant, hæc
autem partim ferro, partim igne perficieban-
tur, adeoque ut sua figuris hisce veritas cor-
respondere, minimè expedire videbatur, ut
ei ad moriendum Crucis proponeretur pati-
bulum. Veruntamen, ut sanctus Thomas respon-
dit, omnino conveniebat, ut qui pro univer-
sali humani generis salute moriturus, nec
non pro primi homini peccato tatisfacturus
advenerat, aliam quam Crucis mortem ne-
quaquam sustineret, cuius quidem opinionis

aliquot adducit rationes. *Lib. 81. q. 2.* Primo propter exem-
plum virtutis, quia ut S. Augustinus declarat:
Sapientia Dei hominem ad exemplum, quo re-
gide viveremus, suscepit: pertinet autem ad vi-
tam redam, ea qua non sunt metuenda, non
metuere. Sunt etenim nonnulli, qui licet mor-
tem in leme ipsa non exhorreſcant, genus ta-
men mortis summopere formidant, ne igitur re-
gide vivens homo ullum deinceps mortis ge-
nus quantumvis illud atrox sit, exhorreſ-
ret, Salvator noster homo factus Crucem ele-
git, upote quod inter omnia mortis instru-
menta maximè est probosum & formidabile.
Adhac prævidebat Christus, multos fe-
quacum suorum ad prodigandam pro eo vi-
tam tuam promptos futuros esse: è quibus ta-
men multi à prodiganda insuper per infamem & vituperosam mortem famam & existi-
matione haud immerito deterriti fuissent,
ideo eodem exemplo suo animale volens
Crucis patibulum elegit, utpote quod i oenam
atrocissimas pariter & infamias homini na-
rum est adsciscere; nam hoc instar gladii
Crucifixi manus & pedes, ut ita dicam, inter-
secat, corpus ejusdem extendit instar æquulei,
velut uncini corpus membratum dilati-
nat, velut ignis idem adurit, siquidem Cri-
cifixus lento velut igne consumiatur, ardorem
sustinent & situm inextinguibilem. B. Lau-
rentius Justinianus de triumphali Christi
agone, de Christo in Cruce pendente ita scri-
bit: In Stephano lapidabatur, in Laurentio assa-
batnr.

batur siue in singulis singula Martyrum, categorumque iustorum sustinebat tormenta.

3. Cruce. Intuper ligum istud Christo conveniebat, ut post culpæ prothoparentum nostrorum, quæ propitianda erat, proportionatum. Hac etenim culpa in decreto ex ligno pomo vertito consistebat: ideo conveniens fuit, inquit S. Thomas, quod Christus ad iustificandam pro illo peccato seipsum patretur ligno affigi, quasi restituens, quod Adam sustulerat, secundum illud Psalmi: Quæ non rapui, tunc exsolubeam; utiturque sanctus Doctor illo S. Augustinus testimonio, dicentis: Contempsit Adam praeceptum, accipiens ex arbore pomum, sed quidquid Adam perdidit, Christus in Cruce invenit. Quodsi enim Adam fructum è ligno isto sustulit, Salvator cundem perfectè reposuit; siquidem à Crucis arbore pendere vius est fructus ille, de quo scribitur: Benedictus fructus ventris tui. Idemmet alibi S. Augustinus exponit, dicens:

In appendice diversis serm. 41
Sacramentum manus in ligno Crucis extensum, & reverenda confitio, qua condemnabat Adam & Eve manus ad interdicendum ligni cibum ingemiscenda seculi transgressione, porrectas Porro præcipua motiva, quo primi Parentes nostri ad divinæ prohibitionis transgressionem duici sunt, non fuerunt alia praterquam ambitione, & voluptas. Ambitio quidem, quia se sublimandos & ad celum evehendos esse sperarunt, Eritis sicut Di. Voluptas autem: quia vidit lignum pulchrum oculis, aspectuque delectabile (mulier videlicet) & tulit & comedit, deditque viro suo, qui comedit, ut inquit S. Augustinus. Ne contristaret delicias suas, id est, Eiam. Merito igitur & ingenti cum myste- rio secundus hic Adami Crucem elegit, ut per hujus vituperosissimi supplicii ignominiam & infamiam prævaricatorum superbite & ambitioni, perque ejusdem supplicii asperitos cruciatus & tormenta, habitæ ab ipsis in esu fructus veriti voluptati & delectationi satisfaceret, easque expiaret. Hisce tamen adjungi potest motivum aliud, cuius in praetatione fit expressa mentio: Salutem humani generis in ligno Crucis constituisse, ut qui in ligno vincebas in ligno quoque vinceretur. Inimicus etenim infernalis mediante ligno hominem prostraverat, ideoque ruinæ nostræ reparator alio quodam ligno mediante eundem hominem liberare, hostemque vincere & debellare dispoluit. Unde sanctus Petrus Damiani ait: Lignum ligno opposuit, dum per Crucis

cis amaritudinem expuit venenatam pomilius Serm. de veriti voluptatem; adeo ut venenum quod invento serpens in extremam perniciem nostram evomerat. Crucis ligno mediante, in ejus denuo fauces rejectum fuerit. S. Anselmus in libro: Cur Deus homo, ita scribit: Et ut Diabolus, qui Cap. 3. per gussum ligni, quem suavit, hominem vicerat; ita & per Passionem ligni, quam intulit, ab homine vinceretur. Aliud quoque hujus myste- rium superius à nobis insinuatum sanctus N. zian- zeus tetigit, dicens: Ad vita lignum unde ex- cideramus, per ignominia lignum revocatis- Orat. de se ipso ad mus. S. Ambrosius ait: Mors per arborem, vita Arr. per Crucem, Denique S. Joan. Damascenus di- cit: pretiosam Crucem prefiguravit vita lignum Lib. 4. c. quod in Paradyso plantarum est à Deo; nam postea quam per lignum mors, oportebat per li- gnum donari vitam.

4. Crucem. Utitur etiam idem sanctus Thom- mas auctoritate Chrysostomi dicentis. Chrysostomus voluisse pati non subrepto, sed sub dio in aere aperto: Ut etiam ipsius aeris Natura mun- detur; postquam terra per effulum ejus languinem purificata fuisset; & illa S. Joannis verba: Exaltari oportet filium hominis, in medium adducens, ait: Exaltari audiens, suspensionem intelligas in altum, ut sanctificaret aerem, qui sanctificaverat terram, ambulando in ea. Considebat pariter idemmet Angelicus Doctor, quod in sublimi moriens, ascensus nobis parat in cælum. S. Cyprianus in Redemptore Moy- sen manibus & brachiis extensis in monte il- de Pass. lo ad Amalec debellandum orantem memo- ria repetens, ita scribit: Elevatum in sublimi, & quasi cælo proximum, superioribus inferen- tem consummati agonis vexillum, & inferiori- bus exرسیscalam in Patris occursum. Obser- vandum præterea est, quo patibulo Crucis priusquam appropinquasset, paulo ante dixerit: Nunc princeps mundi hujus regniorum Ioh. 12. foras; & ego exaltatus fuero à terra, omnia tri- traham ad meipsum. Tanquam bellum dux gene- rofissimus inimicos suos in eorundem vallis debellare voluit: Contra Spiritualia nequitia in Hom. 8. in cælestibus, inquit apostolus: Visibiliter Dei filius in carne crucifixus est, inquit Origenes, invisibiliter vero Diabolus in ea Cruci cum po- testatibus & principatibus affixus est. S. Atha- nasius scribit: Dominus venit, ut Diabolum pra- De Incar- cipitaret, & viam ad cælum nobis inveniret, nat. Verbi. Etenim viam versus cælum à Spiritibus re- bellibus aera occupantibus valde impeditam aperte

Serm. 19.
de Pass.

aperire nobis voluit, unde S. Leo ait : *Sancto-
rum pœna membrorum (de Christo in Cru-
cem acto loquitur) inimicarum fuit interfe-
ctio possestatum.* His adde, quod ex quo filius
DEI universis populis valde conspicuus esse
debuerit, adeo ut sua in eum oculorum lumina
figere possent, conveniens erat, ut elevaretur, &
exaltaretur. *Ego si exaltatus fuero à terra, om-
nia traham ad meipsum.* Crux enim à terra eve-
hit illum, qui in ea crucifigitur.

5. *Sustinet Crucem.* Sciendum quo-
que est varia veteris Testamenti figuræ, quæ
mortem ominabantur Messia, huic mortis gene-
ri correspondendo prælufisse. Arca enim in
qua salvatum est genus humanum è ligno fa-
bricata fuit. Virga Moysis, qua percussum est
mare rubrum, & populus à Pharonis tyrranide
liberatus fuit, pariter lignea fusse noscitur.
Moyses quoque lignum quoddam in aqua
Mara coniecit, easque dulces reddidit, quæ an-
tea amarissimæ fuerant.

6. *Crucem.* Christus in Cruce brachia
semper extensa tenens, velut dicere voluit,
se semper erga nos deinceps misericordem futu-
rum, ideoque apertis semper brachiis, nos
præstolari, ut dulciter nos complectatur, &
excipiatur. Non est abbreviata manus Domini, ut
salvare nequeat. Ubi Oleaster ait: *Quia enim
major potest esse misericordia, quam manum
semper extensam habere ad levandum & dan-
dum?*

7. *Crucem.* Ut Christianus sub Cru-
cis vexillo conscriptus miles, arma quibuscum
cum inimico confligendum & pugnandum
est, ad manum summa cum facilitate semper
haberet; si Redemptor noster ferro mortuus,
vel lapidibus & laxis percussus, aut igne con-
sumptus fuisset, hæc arma nobilissimum habere

adeò facile non fuisset: sed Crucis signum
summa cum facilitate ab unoquoque fieri
potest. Ita S. Augustinus discrit: *Noluit La-
pidari, aut etiam gladio percussit: quod videlicet
nos semper nobiscum lapides, aut ferrum ferre
non possumus, quibus defendamur: elegit vero
Crucem, quæ levi motu manus exprimitur, quæ
& contra inimici versutias armamur.* Hæc ar-
ma semper in promptu habemus. Unde Ter-
tullianus scribit: *Ad omnem progressum, atque
promotum, ad omnem aditum & exitum, ad
vestitum & calceatum, ad lavacra, ad mensas,
& lumina, ad cubilia, ad sedilia quacunque nos
conversatio exercet, frontem Crucis signaculo
terimus.*

8. *Crucem.* Redemptor noster de celo
descenderat, ut omnia mundi peccata in se
aceiperet, proque iis sati faceret, & præci-
pue quidem ad portandam maledictionem il-
lam à mundi exordio terra naturæ nostræ
humanæ post peccatum impressam (peccata
nostra ipse pertulit super lignum) quonam
igitur aptiori instrumento quam Crucis ligno
uti poterat, de quo scriptum est: *Maledictus à
Deo est, qui pendet in ligno.* S. Athanasius in-
quit: *Nam si ideo venerat, ut nostra piacula ex-
ecrationesque portaret, quomodo alia ratione
execratio vel piaculum fuisset, nisi execrabilis
mortem in se receperisset? Est autem hoc ip-*

*sum Crux quemadmodum scriptum
est: Execrabilis quicunque
pendet in ligno.*

Serm. 59.
in append
de diverso

Decorona
milit. c. 5.

Dent. 21.

23.
De incar-
verbi



Crux armatura quædam est ad inimicos nostros vincendos & debellandos.

DISCURSUS DECIMVS.

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

EX quo Crux Christi vexillum quoddam sit victoriosum , mulius victoriis & trophais præclarum , nil mirum si nos quoque in virtute illius omnium inimicorum nostrorum victores efficiamur . Triumphale reseratur lignum , in quo callidum asperdem superavit . Enimvero astutissimus hic hostis DEI & noster , adorationem & latreutum veri DEI cultum sibi usurpaverat ; unicus enim Iudeæ exiguo angulo excepto , totum universum coram idolis suis genua sua flectebat . Quid igitur hic DEUS ficeret ? In Calvarie montem lignum hoc victoriosissimum erexit , atque infernales potestates pariter debellando , totius humani generis universale debitum , quo divina iustitia obstringebatur . extiit : Estque hoc iclipsum quod innuerat voluit Apostolus : Delens quod adversus nos erat Chyrophryphum , affigens illud Crucis & exsoliants principatus & potestates , traduxit confidenter palam triumphans illos in semitipso . Enimvero in Antiphonis , que ad Benedictus & ad Magnificat in secundis vesperis canuntur , hæc inter alia verba legimus : Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior : in qua Christus triumphavit . Crucem sanctum subiit , qui infernum confregit . Dic , Iodes , si no[n]t , quoniam mysterio faciūt est , quod quando Jacob idola illa sepelivit : Terror DEI invasis omnes per circuitum ciuitates . Num forte Jacob tantis erat viribus præditus , tantaque potentia præcellens , ut omnes illos invadere potuerit populos ? Etenim observandum est , quod infiducia ea tuber therebinthum ; hæc autem Therebinthus ex mente sancti Ambrosii & Hugonis sacrolandam denotabat Crucem , id quod conforme est textui illi Ecclesiastici , ubi dicitur : Ego quasi therebinthus extendi ramos meos . Abscondisti idolus . Hugo Cardinalis ait : Hostes Iacob , id est , damones in Crucis memoria effugiantur . Quando Christus in Crucem exal-

tatus fuit ; idola sepulta sunt , & prostrata est internalis tyrannidis potentia. Imò illi ipsi Reges & Monarchæ , qui ab initio huic ecclesi vexillo adversabantur , eandem Crucem deinceps suerū diademata sua extulerunt , seque passi sunt sub gloriose hoc Crucis vexillo conscribi. Sanctus Augustinus ait : De Cruce sua vicit Reges , & subjugavit eis ipsam Crucem in fronte fixit . quod amplius quid est , quam quod in ipsa usque diademata subiecta & inferta fuerint. Cuvivs notum esse existimo sum & possumus illam Moysis , qui populo DEI adversus Amalekitas dimicante , in monte constitutus per brachiorum suorum continuam extensionem de hostibus gloriosam reportavit victoriam. Circa quod Nazianzenus ait : Moyses manus in monte extendens , ut crux adunbrata , & ante indicata victoriam ferat. David quandam coram D E O intime latutus est in verbis illis : In brachio virtutis tua dispersisti inimicos tuos. At verò quidnam in eo excellentiae conficitur , quod D E S exercituum inimicos suos omnipotentia sua brachio dissiparit & ad nihilum redegerit ? Tui sunt cœli & tua est terra , orbem terra & plenitudinem ejus tu fundasti. Scitisne forsan , quidoam ex mente Hugonis Cardinalis dicere voluerit ? In brachio virtutis tua , id est in brachio extento in cruce , dispersisti quasi viatos & confusos inimicos tuos , scilicet areas potestates ; siquidem per brachiorum Christi in cruce extensionem , dissipata & comminuta sunt falsa prophætæ Deitatis simulachra , mundus quoque universus legi Evangelicæ subjectus , infernus autem debellatus est. Profecto valde considerabile est propheticum illud oraculum , quo dicitur :

Habac. 3. 4 Cornua in manibus ejus. Ibi abscondita est fortitudo. Illis namque verbis prædicitur , Christum omnem suam fortitudinem in clavis habiturum esse , ac proinde ulterius prosequitur , dicens : Ante faciem ejus ibit mors ; egredietur Diabolus ante pedes ejus ; nam tam Mors quam Dæmones per lignum istud viae & detriumphati fuere. Usitatum est palam inter Christianos , quod hoc salutare crucis signum in omni Ecclesia erigatur , cajus cautam sanctus Maximus egregiam reddit , dicens , quod sicut malo vel arbore in navigio aliquo deficiente , navigium istud ventorum redditur ludibrium , & unicus scopus maritimorum tempestatum , & in continuo

*Hom. de
Cru.*

Mansi Sanctorum Tom. II.

est submersionis periculo : at verò malo navis salvo manente , navis ista ab omni contrario vento defenditur & protegitur : eodem modo Ecclesia : quæ propriè navis illa est , de qua dicitur : Erat navis in medio mari , quam etiam ob causam Ecclesia ut plurimum in formâ navis fabricatur , ut ab omnibus inimicorum insultibus , cumquisque alii tempestatibus sele tueri ac defensere possit , lignum hoc sacrolandæ Crucis in medio sui erigi facit. Sicut autem Ecclesia sine Cruce stare non potest , ita sine arbore navis infirma est ; statim enim Diabolus inquietat , & illam ventus allidit : at ubi signum crucis erigitur , statim & Diaboli iniquitas repellitur , & ventorum procella sopitus. Sanctus Ephrem de cruce ita scribit : Insuperabilis Christianorum armatura Laetantes Firmatus hoc ei tribuit encolum : Inexpugnabilis murus. A Theodoreto vocatur val lum sacro sandrum & inexpugnabile. Enimvero perfectum est omnibus Palmam victoria symbolum esse ; atque ideo sancta illa anima merito dixit : Ascendam in palmam , & apprehensa am fructus ejus. Sanctus Bonaventura dicit. Palma qua arbor victoria est , erit significat , per quam de Diabolo omnis homo triumphat. Idque adeo verum est , ut opus non sit corporaliter in cruce ascendere , multo minus eam humeris suis impone re : quin potius sufficiat teria quadam de eadem cruce habita meditatio , ut per eandem singularem concipiamus generositatem & alacritatem. Audite pulchrum illud sancti Petri monitum , dicentis : Christo igitur passo in carne , & vos eadem cogitatione ornamenti. Non dicit : Eadem cruce , sed cogitatione. Hugo Cardinalis ait : Sola memoria & cogitatio passionis & crucis Christi maxima est fortitudo , & arma contra Dæmonis potentiam. S. Bernardus in suis meditationibus ita loquitur : Si Dæmon paravit insidias fuge ad signum crucis Christi , & liberaberis. Sicut enim it quos serpentes momorderant , oculos suos in serpentem aeneum veram hujus patibuli crucis figuram elevando , à Serpentini morsu veneno liberi manebarunt ; ita & modo quemcunque momorderit astuta Sathanas intueatur Christum in ligno pendentem & salabitur. Num forte aliquando ad benedictiones illas reflexistis , quas David Divinae suæ Majestati gratitudinis ergo recitatavit , eo quod digitos

K

suos

Apol. I.

rs. 28. II.

Marci 6.

47.

Lib. 4. c.

127. in

Hist. Eccl.

Serm. 3. de

S. Andrea

1. Pet. 4. 1.

DE INVENTIONE SANCTÆ CRUCIS.

suos ad præliandum erudiſſet? Benedictus Do-
minus Deus meus, qui docet manus meas ad
Ps. 143. 2. prælium, & digitos meos ad bellum. In quo verſu
prima quidem verba omni difficultate carent, si-
quidem conſtat manu ad terrum ſtringendum
& præliandum aptissimum eſſe instrumentum;
ſed non fatis capio quamobrem ſpeciem quo-
que ac diſtinctam digitorum mentionem faciat?
haud dubie ad illud alludere prælium voluit,
quod nobis cum infernalibus intercedit inimi-
cis, vel etiam cum nostris paſſionibus & appeti-
tibus inordinatis, inſinuando nos certam de-
utroque hoſte per ſola digitorum arma, id eſt,
per ſignum crucis diſtigis expreſſum obtenturos
victoriam. *Fac mecum ſignum in bonum, ut
videant, qui oderunt me, & confundantur:*
Lib. 3. c. 3. quoniam tu Domine adjuviſti me. Theodore-
tus de Juliano apoftata reſert, quod dum vice
quadam Nigromanticus quidam in ſpelunca quâ-
dam ad ſuam requiſitionem Dæmones peremp-
toriē adefe feciſſet, ipſe perterritus Crucis ſi-
gnū ante ſe formaverit, ad cuius eſformationem
diaboli omnes ſubito diſparuerunt: Aſtutus verò
ſagaxque Magus ei innuit, Dæmones ob eſfor-
matum crucis ſignum minimè fugam cepiſſe,
qui potius ob actionem illam impiam (ita vo-
cabat factam crucis eſformationem) adeo ipſis
exofam indignati abſcelerint.

2. Et tamen singulariter notanda eſt doctri-
na quâdam, maximum in ſe momentum comple-
tens, à S. Auguſtino nobis tradita, qua dicitur:
Signum crucis à nobis expellit exterminatorem,
ſi tamen cor nostrum habeat Deum inhabita-
torem. Enimvero quâratione is qui ſub Dæ-
monis inſigniis militat, ſperare potheſt, quod
quādīu ſub Christi inſigniis ſe non recipit,
Christi vexillo uti, ejusque beneficio perfrui
poſſit? de famoſiſſimo quodam bellī duce nar-
ratur, quod enīs ejus qui prodigioſa haſtenus
virtutis ſua ſpecimina ediderat, in imminentia

prælio ab eo per inimicum ejus poſtulatus fuerit,
qui de valore enīs hujus experientiam capere
volens, nec tamen eundem famam respondentem
inveniens: illud ab enīs datore reſponſum ac-
cepereſit, ſcilicet bonitatem enīs in brachio illum
ſtringente & vibrante poſtiffimum conſiſtere.
Eodem proρſu modo in caſu noſtro nobis li-
cer diſcurſere: *per ſignum crucis de inimicis
noſtri libera nos Deus noſter;* quando autem
liberationem per virtutem ſigni crucis p̄cipue
ſperare poſſumus? Si nimur in inimici pactis
conſtricti non fuerimus, ſi ſub ejus vexillo noſ
ſacramento militari non obſtrinxerimus, ſed fi-
deles fuerimus ſectatores ejus vexilli, de quo
ſcribitur: *Vexilla Regis prodeunt, fulget crucis
myſterium.* Sanctus Auguſtinus ait: *Vbi ſignum
crucis ſic cum fide & devotione p̄cesserit,* ibi
inimicus non nocebit. In brachio extento in cruce
(ut diximus) diſperſit inimicos ſuos. Bra-
chia ſua movere quidem non potheſt, ſed ea
in cruciati & dolore atrocifimo conſtitutus
extensa tempeſtenebat, & tamen inimicum
ſuum diſperſit. Eodem modo ſi noſ quoque
hoc ſacrosancto ligno mediante victoriam
de inimicis noſtri reportare volumus, opus
nobis erit, noſtros cruciſigere ſenſus, noſtræ
que paſſiones mortificare. *Carnem noſtram
cruciſigere oportet cum vitiis & concupiſcen-
tia;* de Helena sancta Crucis auguſta inventri-
ce Berengosius Abbas dicit: *Qua de vitiis ad Lib. 1. c. 5.
virtutes jam tunc bene operando tranſiuit, de Cruce
non immerito theſaurum illum Divini.*

tatis inquisiſit, inquisitum inve-
nit, inventum cuſtodi-
vit,

De gloria & honore, in quo sancta Crux passim habetur.

DISCURSUS VNDECIMVS.

Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi.

In fame illius Crucis patibulum, quod olim adeo ignominiosum, destinatumque enormissimis peccatoribus supplicium erat, ecce nunc factum est gloriae signum, summique maiestatis gloriosum vexillum, adeo ut Apostolus ad Hebreos scribens, Filiū DEI ex Cruce velut à Corona gloriam & honorem receperit, factusque sit celebris & venerabilis roti universi. *Vidimus Iesum per Passionem mortis gloriae & honore coronatum.* Quem textum sanctus Ambrosius Glossā suā dilucidans ait: *Hic ostendit, quia gloria & honor Crux est Christi.* Etenim quid est, quod ipsum passim ab omnibus Deum agnoscit fecit? sola Crux. Neque enim id ex eo obtinuit, quod tres creavit Angelicorum spirituum Hierarchias in novem Choros ordinatè distinctas, neque quod tanta cum venustate ac opulentia cælum creavit Empyrum; neque tandem ex eo quod amplias cælorum spheras extenderit, vel quod vastissimæ huic mundi machine solo verbo esse suum impertitus fuerit: *Dixit, & facta sunt;* Jam enim quinque mille & amplius annis major pars generis humani non solum hunc Deum non agnovit, verum etiam genua sua coram idolis impiè curvare non erubuit, at vero vix Christus Crucem ascenderat, cum ecce *vidimus Iesum gloriam & honore coronatum,* siquidem abinde omnes populi sub hoc Crucis vexillo militare cœperunt; id quod ab ipsomet Redemptore nostro dudum prædictum fuerat, dicente: *Ego sis exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Cælorum Regnum à primo die quo coeli fabricati sunt, nunquam apertum fuit, nec beatitudine illius ulli animæ communicata fuit, nisi à die quo in Crucem elevatus fuit, Isaias

quidem scribit, se die quadam oculos suos in DEUM defixisse, veruntamen solus fuit: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum;* siquidem in sinu sive throno paterno sedebat, & ideo paucis notus erat, propterquam spiritibus Angelicis, major enim humani generis pars falsa simulachra Dei loco colebat; & ille alias tam vasti Imperii Rex & Monarcha se Deum nescire aperitè confitebatur: *Nescio Dominum.* Verum enim verò dicite obsecro, quandonam hic Deus noster ab omnibus universim populis agnosci & adorari caput? quo tempore præcipue Isaías omisso verbo singulari, vidi, in plurali dicere cœpit. *Vidimus Dominum?* *Isa.53.2d* quando in Crucem elevatus fuit: *Vidimus eum & non erat aspectus.* *Vidimus nunc per passionem mortis gloriae & honore coronatum.* In magnifico illo Patris solio eum adoratum fuisse ignoramus, nisi ab Angelis duntaxat, non vero ab hominibus; hi enim ne quidem desiderarunt eum, nisi postquam in hoc ligno conspicuus videri cœperit: tunc enim Isaías dicit: *Vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum;* tunc & non ante venerabundæ illæ acclamations audiri cœperunt; *Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.* *Christus orbem terrarum* (inquit Chrysostomus) per Crucem ad *Hom.4.in se allexit.* Quot, obsecro, hic Deus noster, *Ep.1.ad tam in veteri quam in novo testamento ope-* *Cor.* *tus est prodigia, neque tamen hoc ab universa terra obtinuit, ut tanquam Deus agnoscatur, & honore latreutico adorationis afficeretur? In Nativitate sua tres Soles radiate fecit, Scintillans item & prodigiosa in cælo apparet stella, tres ab Oriente Reges ad eum adorandum evocavit, mutavit aquam in vinum, panes multiplicavit, cœcos illuminavit,*

vit, mortuis vitam restituit, & tamen unicus duntaxat, Petrus ei dixit: *Tu es Christus Filius Dei vivi:* alii vero alium ei non detulerunt honorem, quam eum ad summum, qui magno Prophete debetur. *propheta magnus surrexit in nobis.* At vero quando in Crucem ascendit, omnia ad se convertit, ita ut ab omnibus deinceps per totum mundum tanquam verus Deus fuerit adoratus. Unde S. Leo ad eum conversus ait: *Traxisti Domine ad te omnia;* & cum extendisset tota die manus tuas ad populum non credentem, & contradicentem tibi, confida majestatis tua & sensum totus mundus accepit. Descendat de Cruce (sic eum maligni Hebrei ad Crucem deferendarum invitabant, & instigabant) & credimus ei. Imo hæc una fuit è præcipuis causis, cur de Cruce descendere noluerit, quia nimis fidem veram virtute Crucis in mundo plantandam & stabiliendam esse sciebat. S. Epiphanius tunc nos veram supremæ Majestatis Christi agnitionem habituros esse dicit, quando cum potestate magna & maiestate venturus est Iudex universorum, tunc enim lignum istud ab omnibus populis adorabitur. *Atque hoc signum adventus illius erit, cum videlicet lignum gentes omnes adorabunt.*

Serm. 8. de Pass.

Matth. 27. 42.

De vita Pro.

Ioan. 17.

Maldon.

Crucem hoste, consecutus est, tenebras fuisse. Etenim tametsi paucos è synagoga ad divinitatis suæ agnitionem virtute miraculorum suorum perduxerit: veruntamen per sanctam Crucem suam sub tributum fidei redigit universam gentilitatem, id est, universum mundum. *Omnia traxit ad seipsum.* S. Cyrillus Hierosolymitanus super illa verba S. Joannis: *Venit hora, ut clarificetur filius hominis,* ita scribit: *Vides, quomodo gloriam propriam sciebat esse Crucem.* Chrylotomus quoque ait: *Non sic in gloria esse putabatur, quam cum pro me affigeretur Crucis.* Quibus verbis quidem de immenso amore tractat, quocum Filius Dei ex nostrum amore dignatus est pati, simul tamen etiam quantum lignum hoc honorarit, nobis innotescere facit. *Audi ipsum dicentem: Clarifica metu Pater.* Quid dicit? *Ad Crucem duceris cum latronibus maledictam sifferre mortem;* *confundens, cadens colaphus,* & hac gloriam appellas? Et paulò post concludit, quod Gloriam vocans etiam id patrio throno magis adiicit gloria. Idem Chrylotomus alibi etiam considerat, quod increata illa sapientia Crucem æterni Patris sui gloriam appellari, siquidem patibulo mediante gloriam & honorem recipere postulat, ut hæc tandem in Patris sui gloriam denuo redundet: *Ignominiam Crucis non suisolius crucifixi, sed & patris gloriam appellat.* Ettandem inter montem Thaborin quo transfiguratus est, & inter montem Calvarie comparationem instituens, dicit: *Ibi accipis gloriam à patre, hic accipit pater gloriam à te.* Quando Salvator noster in ccelos triumphabundus rediit, omnes ei Angelicæ potestates acclamarunt, dicentes: *Attollite portas principes vestras, & elevamini portas aternales.* & introibit Rex gloria. Circa quem vertum fore perciperem, quid opus fuerit portas illas aternales ab ipsis cardinibus eximere? *Pulchritudinem levioris porta, & in sublime erigit; siquidem juxta dispensationem carnis, & mysterium & victoriam Crucis, major regreditur ad celos, quam ad terras venerat.* *Enimvero quoniam Tom. II.* Angelorum mentionem facere capimus, apte hoc loco mihi occurrit illa doctissimi Salmeronis observatio, videlicet quod Angeli primi fuerint, qui Christi patibulum honorebant, *Scio enim, quod Iesum, qui crucifixus*

Cathe. 132

Hom. 5. de Petri lob.

Hom. 79.
in Ioan.

Ep. 27.

Tom. II.

Tr. 9.

est, queritis; quibus verbis in ipsa quoque resurrectionis gloria Crucis mentionem facere non dubitarunt. Angeli primi non eru-
bescunt Crucis nomen, aut prædicacionem: &
meritò sane: quia, ut Euthymius ait, hic qui-
dem, qui ante ipsum crucifixi sunt, crux igno-
minia erat, cum argumentum esset maleficū eo-
rum; hic vero potius gloria, cum fuerit beneficij
demonstratio in homines collata, propter quod
ad Crucem condemnatus est.

3. Gloriari in Cruce. Observandus quo-
que est modus, quo Apostolus Redemptorem
denominavit, quando de ejus Crucifixione
disserruit, siquidem tunc ipsum noranter Do-
minum gloria appellavit: Si cognovissent,
nunquam Dominum gloria crucifixissent. Op-
portune Dominum gloria vocavit, inquit

Cor. 2,8. Chrysostomus, etenim quoniam Crux ignomi-
nia esse videtur maxima, gloria eam esse ostendit.
Crucem mundi Reges & Monarchæ in
tanta habent veneratione, ut eandem medio
diadematis sui veluti inæstimabilis valoris
& pretii gemmam inserere non erubescant.

Serm. 63;
de diversis
In Exam. Unde S. Augustinus: Quæ gemma pretiosior
in diademate, quam Crux Christi regnantium
in fronte? Chrysostomus in Orat, quod Christus
sit Deus, acribit: Hoc mortis genus quovis
diademate glorioius est: nam Reges positis dia-
dematis, crucem suscipiunt; in purpura crux, in
diadematis crux, in armis crux, in toto orbe
crux, & super solem fulget crux. Hæc ulti-
ma verba velim nonnulli examinemus. Canit
quoque sancta mater Ecclesia: Ocrux splen-
didior cunctis astris. Ac proinde sciendum
est, quod, ut Anastasius Sinaita observat, prius
quam rota solaris, omnesque alii planetæ &
stelle firmamenti formarentur. DEUS arbo-
res producere voluerit, cuius ratio est, ut
idem auctor inquit, quia cum ex ligno arbo-
ris crux sua fabricanda fuerit, voluit DEUS
arboribus præ sole, luna, stellis, cunctisque
aliis Planetis, primum creationis concede-
re. Quod etiam mysterio factum est, (in-
quit idem) quod Deus primo parenti nostro
Paradisi arbores assidue cultivare præcep-
erit. Quando audis, quod jubetur colere lignum
fructiferum, nihil aliud intelliges, quam lignum
crucis faciens fructum. Evidenter certum est,
quod dicit sancta mater Ecclesia, nimisrum
Deum post prothoparentum nostrorum pec-
catum & prevaticacionem, in Paradiso in
arboreum crucis suos defixisse oculos. Ipse li-

gnum tunc notavit, damna ligni ut solveret;
adeoque Deus ante tot secula, ab ipso mun-
di exordio oculos suos in hocce lignum di-
rexisse. Cæterum quod hæc eadem crux tan-
ta fuerit luce amicta, ut ipsam quoque solis
claritatem præcellere videatur, facilissime
ostenditur: Hoc signum Crucis erit in cælo, cum
Dominus adjudicandum venerit. De eodem
que tempore Evangelista dicit, quod tunc
Sol obscurabit, luna non dabit lumen suum;
stella cadent de cælo, & virtutes cælorum
movebuntur. Moxque causam subiungit, di-
cens: Tunc parebit signum filij hominis in cælo.
Ex quo sequitur, crux adeo luminosam
futuram esse, ut stellæ, sol, & luna, ad ipsam
comparatae suam videantur lucem penitus
amittisse. Unde S. Augustinus ait: Considerasti,
quanta sit virtus crucis? Sol obscurabit, luna
non dabit lumen suum: Crux vero fulgebit,
& obscurabit luminaria cæli, dilapsis sideribus so-
la radiabit: ut discas, quoniam crux lunaluci-
dior & sole præclarior sit. Imo DEUS in
ipsis quoque umbris & figuris, quantumvis re-
motis, quæ ipsam debebant crucem præcede-
re, crucis gloriam demonstrare voluit. Bot-
rus ille uox è terra præmissionis delatus,
quædam Christi in cruce pendens figura fuit,
ut diximus (Botrus Cypri) quia ad instar uox
cujusdam in patibuli crucis torculari expref-
sus fuit (torcular calcavi). Sciendum etiam
est, quod ad hunc Bottum deferendum, ex
innumerabili hoc populo viri excellentissimi
delecti fuerint: Mitte viros ex Principibus. **Num. 13, 3.**
Similiter quando populus Israëliticus con-
tra Amalec dimicabat: Moyses autem di-
stensis in formam crucis brachis in monte
consistebat, quisnam tunc Moysi ad ejus
subsidium designatus fuit? Nobilissimi pro-
fecto & præclarissimi viri Aaron & Hur.
Unde Timotheus Antiochenus ait: Aaronem Orat, de
de Israëlitico Magistratu, Hur de regio, Scie. Transfig-
bant enim crucem sacerdotio & regno conser-
& Cruc-
vari. Adhæc cujusnam opera ulus eit Deus,
quando filium suum de cruce depositum esse
voluit? Nequaquam abjectorum natalium
viros ad hocce munus adhibuit; sed potius
Josephum ab Arimatæa decurionem no-
bilissimum & Nicodemum synagoga Prin-
cipem. Denique quando lignum hoc tot
annis absconditum delitescebat, voluit ut
non ab alio, quam ab Imperatore quodam,
qui universæ terra Monarcha erat, & ab

Augusta matre ejus Helena Imperatrice inventigaretur, ac demum ad tantam gloriam sublimaretur, ut sumptuosissima ad illius custodiam templa erigerentur. Tandem quando à Cosroa Persarum Rege captum fuit, Deus providentia sua singulari dispensavit, ut ab eodem, quantumvis jurato Christi & fidei suæ inimico in summâ estimatione & respectu haberetur, nec non ut à nullo, quam ab alio quodam Imperatore recuperaretur, nimis ab Heraclio, & ab eodem tanta cum gloria exaltaretur.

D E A S C E N S I O N E C H R I S T I DISCURSUS QVINDECIM.

DISCURSUS I. Tractatur de Christi ascendentis insigni triumpho.

DISCURSUS II. De gaudiis, quibus in Christi Ascensione Mundus, Angeli, Apostoli, & omnes alii perfusi fuere.

DISCURSUS III. De nonnullis differentiis inter Ascensionem & Assumptionem. Variæ interpretationes illorum verborum : Assumptus est, elevatus est. Christus propria virtute ascendit, nos autem id facere non valemus, nisi virtute ipsius.

DISCURSUS IV. Declaratur, qualiter intelligendum sit, quod Christus in Ascensione sua ad dexteram Patris fuerit collocatus.

DISCURSUS V. De data à Christo benedictionis, nec non elevationis manuum suarum mysteriis.

DISCURSUS VI. Considerantur aliqua motiva ob quæ in conspectu Apostolorum, & omnium aliorum Christus ascendere voluerit.

DISCURSUS VII. Diversæ considerantur causæ, cur Christus in nube quadam ascenderit.

DISCURSUS VIII. De Apostolorum in monte Oliveti comparitione, deque verbis quæ Angeli Apostolis dixerunt : VIRI GALILÆI.

DISCURSUS IX. Agitur de quibusdam Ascensionis prodigiis, ob quæ à sancta matre Ecclesia admirabilis appellatur.

DISCURSUS X. Christi humiliatio exaltationis suæ caula extitit.

DISCURSUS XI. Christus in cœlum ascendit, ut viam nobis pararet, nosque eo invitatos ibidem præstolaretur.

DISCURSUS XII. Varia bona considerantur, quæ ab Ascensione Domini in nos sunt derivata.

DISCURSUS XIII. Varii sunt gradus, per quos in cœlum ascenditur, nimis variis actus virtutum, & detestationes vitiorum.

DISCUR-

DISCURSUS XIV. Circa illa verba Evangelii : SIGNA AUTEM EOS QUI CREDIDERINT, HÆC SEQUENTUR, variae adducuntur interpretationes. Item corda nostra in cœlum sublevanda esse ostenditur.

DISCURSUS XV. Ascensio Christi in Aquila præfigatur, cuius variae ad hoc mysterium adaptatae proprietates considerantur.

Tractatur de Christi ascendentis insigni triumpho.

DISCVRSVS PRIMVS.

Triumphator hodie super omnes cœlos ascendisti.

Cristo hodie ad Cœlum exponitum ascendentis hi-
cœle verbis applaudit &
congratulatur sancta ma-
ter Ecclesia, eumque nobili
triumphatoris titulo
honoret; Quod dementi-
comium in Divino officio sèpius ei attri-
butur, non solum in verbis præfatis ex An-
tiphona ad Magnificat in secundis vesperis
desumptis, verum etiam in Hymno: *Vixit
triumpho nobili ad dexteram patris residens.*
Hoc eodem Epitheto multi sancti Doctores
Christi Ascensionem condecorarunt. Unde
S. Thomas de Villa-Nova ait: *O potissimum
Imperator, quanto hodie honore triumphas! quā
gloria, quā pompa post partam de mundo &
Diabolo victoriam post labiorum sum cruentumq[ue]
Crucis certamen, ingenti comitatus captivo-
rum numero, cœlestem illam unde exieras, ci-
vitatem ingredieris.* Angeli quoque, qui in
monte Oliveti sese post Christi Ascensio-
nen conspicuos exhibuerunt, teste S. Lucæ in Epis-
tola hodie ex actibus Apostolicis lecta, candi-
da ueste induiti prodierunt. *Ecce duo viri asti-
terunt in uestibus albis.* Id quod S. Ieronome at-
testante mysterio nequam caret: *Ad indicandum
triumphum Ascensionis.* Et rationem sub-
dens, dicit: *Olim Roma triumphantis currum
Imperatoris equi albi trahebant, & vitimas
candidas immolabant.*

Conc. 1. de Ascens. *Imperator, quanto hodie honore triumphas! quā
gloria, quā pompa post partam de mundo &
Diabolo victoriam post labiorum sum cruentumq[ue]
Crucis certamen, ingenti comitatus captivo-
rum numero, cœlestem illam unde exieras, ci-
vitatem ingredieris.* Angeli quoque, qui in
monte Oliveti sese post Christi Ascensio-
nen conspicuos exhibuerunt, teste S. Lucæ in Epis-
tola hodie ex actibus Apostolicis lecta, candi-
da ueste induiti prodierunt. *Ecce duo viri asti-
terunt in uestibus albis.* Id quod S. Ieronome at-
testante mysterio nequam caret: *Ad indicandum
triumphum Ascensionis.* Et rationem sub-
dens, dicit: *Olim Roma triumphantis currum
Imperatoris equi albi trahebant, & vitimas
candidas immolabant.*

2. Triumphator. Chrysostomus prophe-
ticum illud Davidis oraculum: *Ascendit in*

jubilo, ponderans, ita illud ad præsens proponitum nostrum interpretatur: *Quod ergo hic dicit in jubilo, hoc est, ascendit in victoria, cum mortem vicisset, peccatum dejecisset, Demones fugavissent.* Et de hoc triophæo Apostolum loqui voluisse, dicit, quando ad Colossenses ita scribit: *Expolians principatus & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.* Etenim David non solum prædixit: *Ascendit Deus in jubilo;* verum insuper subjungit: *Et in voce tuba.* *Hoc est, in præclarâ victoria,* inquit idemmet Chrysostomus. *Et enim à primâ natalium nostrorum origine antiquus serpens inimicus noster implacabilis in Paradiso terrestri ad hoc conatus est, ut sicut Paradisus cœlestis ipsi omnibus que sequacibus suis Apostolis Angelis occlusus est, ita nobis quoque eundem firmiter obseraret.* Verum enī vero sanctus Athanasius tyrannum hunc tartareum hodie hitce verbis interrogat: *Vbi nunc sunt tuae Diaboli molitio-nes antiquæ fraudulæ capitosus ille serpens, Ascensio qui Evans ex Paradiso exiit?* Qui sic dicat: *Quocunque die comeaderitis, eritis sicut Di[us] & præagiſti etiam invicti vates bona mihi, quibus enim ad fraudes usus es promissionibus, has re ipsa lucratus sum.* Nam ut hodie in Praefatione Ecclesia cecinit: *Est elevatus in cœlum, ut nos Divinitatis sue tribuoret esse participes.* Verum non solum omnia inimici hujus machinamenta & insidias elusit, verum etiam ejus tyrannidem paister debellavit. Unde sanctus Bernardinus spirituum rebellium aërem

aërem occupantium (spiritualia nequitie in celestibus) quos Christus in cælum ascendens pertransivit , perturbationem & horrorem meditans ita scribit : Quanto autem cum timore & tremore, terrore atque dolore, ululatio & mentis stridore, ille teter & horribilis, vel horridus Danonum exercitus de illa aeris parte per quam Christus ascendit tam proprio terrore , quam Angelorum compulsione ausfugit. Id quod verba à sancto Athanasio in hodiernam solemnitatem conscripta , pulchritè confirmant: Nunc me magnanimitas quadam contra Diabolicam tyrannidem in uadit, cum videam hodie gentes *mea principem in talis regnante*, nunc cecidit hostis robur, defecerunt Diabolus machinations. Quicquid enim per quinques milium & plurius annorum decursum, ex omni possibili conatu, per omnis generis astus & dolos machinatus fuerat, ne homo ruinas illas coelestes restauraret, id totum hodie invertitur , omnisque ejus incantatio dissipatur. Celebris est illa Isaiae prophetia , in qua coelestes illos incolas Christum illud beatitudinis regnum hodie gloriouse ingrediente cum stupore & extasi videntes ita loquentes introducit : Quis est iste, qui venit de Edom tinctus vestibus de Bosra? Mirantur victoriosum adventum, inquit S. Thomas. Hugo Cardinalis autem, verba illa sciinterpretatur : Quis est iste tam magnus . tam potens , tam admirabilis , qui venit de Edom, id est, deterreno & sanguineo saculo, huc propriâ virtute ascendit ? Per illas etenim sanguine tintatas & madidas vestes sacrosang-
ea ejus humanitas sanguine suo tincta intelligitur: Membris corporeis (inquit sanctus Thomas) tinctis sanguine Passionis. De Bosra, id est, de inferno (ut idem Sanctus interpretatur,) prius munito custodia Dæmonum. Sanguis Dæmonum super vestimenta sua aspersus (inquit Hugo) non quod Dæmones sanguinem habeant, sed talibus verbis ostenditur contra eos pugnasse atque vicisse. Viderunt eum Angeli totum sanguinolentum, ad instar alicuius, qui vindemiat tempore sub torculari egreditur: Quare et goru brum est vestimentum tuum; & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? quibus ipse respondet: Calcavi eos in furore meo, & conculcavi eos in ira mea ; omnes namque inimicos suos debellavit, tam Hebreos eum ad mortem usque persequentes , quam Dæmones. Unde Glossa interlinearis ait: Auferrens

Serm. de
Ascensio-
not. 2.
cap. 3.

Demonibus mundi principatum, & Iudei lo-
cum & gentem, & sacerdotium & templum, &
omnem dignitatem per Romanos. Hugo Car-
dinalis eadem verba glossans sic in persona
Christi loquitur : Licet calcatus sim & occisus
ab eis, tamen ipsos hostes meos moriendo supera-
vi Aspersus est sanguis eorum super vestimenta
mea, inquit Christus ad Isaiam, ubi Glossa
dicit: Sanguis Christi Iudeorum dicitur ;
quia fuderunt, & inde vindictam sustine-
runt. Est à simili victoris dictum & victi cu-
jus sapè sanguis super vestimenta victorie
aspergitur. Ponderandus quoque est habitus,
quem exercitus Angelici admirantur, nec non
potestas quam se habere ostendit: iste formosus
in stola sua gradions in multitudine fortitudi-
nis sua. Ego qui loquor justitiam, & pro-
pugnator sum ad salvandum. Quæ omnia
attributa triumphanti aptissime convenient.
Et quidem Christus in primis dicitur speciosus,
quia de hoc triuophatore scribitur: Speciosus
formæ pro filio hominum; Estque adeo specio-
sus, ut in eum desiderent Angeli prospicere.
Fortitudinis sua specimen in eo latis probavit,
quod omnes inimicos suos devicerit, sitque
Judex constitutus omnium supremus. Qui lo-
quor justitiam. Sanctus Thomas legit: Habeo
auctoritatem judicium gentibus preferendi,
propugnator sum ad salvandum, & namque fi-
ne ad celos alcenderat, ut ibidem contra omni-
es inimicos nostros, defensor noster esset, &
propugnaculum

I. ai. 63. 1.

3. Triumphantor Quia per devictos exercitus infernales, omnem populum legi sua subjecit ; atque ideo priusquam ad eam pro-
mulgandam Apostolos per universum mun-
dum dispersit, expressè eis dixit: Data est mihi
omnis potestas in celo & in terra, prout le-
ctum est in Evangelio. Id quod David in
eodem Psalmo prædictit, in quo hunc nobis tri-
umphum descripsit: Quoniam Dominus excel-
sus, terribilis, Rex magnus super omnem ter-
ram; subjecit populos nobis, & gentes sub pedi-
bus nostris. Secus enim ne quidem in hodiernum uero diem gentilibus annuntiatum esset
Evangelium , cuius tamen promulgatio A-
postolis hodie præcepta fuit. Qualique jam De Assum-
pta victoria canitur Epinicion inquit Sal-
meron. S. Gregorius Nyssenus illo Danielistē-
xu utitur: Considerabam, & ecce stellæ sta-
erant. & antiquus dierum sedebat. Et post non
nulla. Et ecce cum nubibus cœli sicut filius
hominie.

psal 46.

DISCURSUS I.

99

homini ascendens ad usque antiquum dierum peruenit, & adiudicatus est honor, & principatus, & regnum, & omnes populi, tribus, & lingua servuent ei: potestas ejus potestas aeterna. Porro Salmeron aliam hic considerat victoriam cunctis aliis longe superiori em, dum ait: Est etiam major Victoria censenda gentibus moribus depravatis, & nil nisi peccare scientibus, religionem Christianam probabilem facere; quod de sermis Diis suis, & legibus carnis & sanguinis Christum dura imperante sequentur; quam si ducto exercitu cunctos trucidasset:

4. **Triumphator.** Scriptum est enim, Psal.

67. Ascendisti in altum cœpisti captivitatem.

Eph. 4.8. Expressius autem S. Paulus ait: Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem Nos quippe frater (verba sunt S. Brunonis) suimus illa

Serm. 1. de Ascens. captivitas quia per peccatum fueramus à Diabolo captivati; sed hanc captivitatem, scilicet nos, Christus, cum ascendit in celum, captivam duxit, id est, in suam potestatem secum recepit: ad similitudinem aliquis Princeps triumphantis, & suos liberant, ita modum Davidis dicens: Cœpisti captivitatem, interpretatus > qui prius sub dura detinebamur captivitate Diaboli, ab eo in melius capti & liberati sumus.

5. **Triumphator.** In eodem Psalmo priusquam nobis Christum ascendentem representaret, currum nobis videndum exhibet triumphalem. *Currus Dei decem millibus multiplex, milia latantum.* Circa que verba S.

Serm. cit. 6.2. Bernardus ait: Societas que cum Domino ascen debat, qua dicitur, *Currus Dei, quia obsequio & honorificencia quadammodo portabant eum, iste currus est multiplex decem millibus, id est, constat ex innumerabilibus; numerus enim ascendentium cum Christo, tam sanctorum,*

Serm. 2. de Ascens. quam Angelorum innumerabilis erat. S. Bonaventura eundem nobis currum triumphalem & ipse declarat, dicens: *Currus Dei ascendentis dici potest exercitus Angelorum, currus utique non necessitatis, sed dignitatis.* Numerissimo enim comitatu ipsa usus ascendit, eo que cum Angelorum (inquit Salmeron,) tum animarum sanctorum, quæ jugo captivitatis ac servitutis Damoni erera, & brachio Domini roburata triumphum ejus decorabant. Veruntamen his non obstantibus S. Bernardus aliam viam ingreditur, ad hunc Christi à terra ad Cœlum Empyreum contendentis triumphum non concuisse Apostolorum ob-

Mansi Sanctuarij, Tom. II.

sequium, sed Angelorum duntaxat; multarumque animarum beatarum; nec tamen ob id quicquam de majestate triumphali hujus deperditur aut immunitur: *Quam felix, quam digna ista processio, ad quam ne ipso quidem adhuc Apostoli digni fuerunt admitti, cum & animarum sanctorum, & caelestium virtutum triumphali pompa deductus ad Patrem, sedet à dextris virtutis Dei.*

6. **Triumphator.** In triumphis solent

communiter per voces laetitiae ingeminatas, & extorem gaudii jubilum fieri congratulationes & applausus. Unde ipsa quoque Al-

censio tuper quavis alia festa hisce festis

applausibus associata fuit: *Omnis gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis.* Ivo Carnotensis hic de re nata scribit: Ser. 19.

Hodie victoria Christi completa est, hodie triumphalia vexilla ejus eriguntur, de spoliatione sua dolet cum principe suo tartarus; de restaurazione domini suigaudet cœlestis exercitus.

S. Cyprianus cœlestis curie latuam verbis Ser. de sequentibus exponit: *Celebrat tantum triumpfi Ascen-*

magnificentiam letabundus cœlestis exercitus, & qui descendenti coram pastoribus Bethlehe-

mitis decanta verunt in sublimi praconia, modo intensioribus jubili revertenti ad pa-

trem, solemniora obsequia impendebant. Apo-

stoli post Ascensionem, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Cum gaudio revertun-

In Lue, tur, inquit S. Bonaventura propter victoriam

Domini. Et S. Augustinus: Canit totus mun-

dis, & festis agit gaudiis triumphos Domini

sui plaudunt agmina, tuba sonant, latisse

missentia blanda modulamina cheris fundun-

ter.

7. **Triumphator.** Plutarchus refert, 2. Symposio

triumphatoribus olim unam moⁿnum urbis par-

tem funditus demoliendi potestatem con-

cessum fuisse, idque ad denotandum se mo-

ribus nequaquam pro uiris defensione in-

digere, ut pote qui sufficientem habeat pre-

liantum numerum, qui de occurrentibus

immitius victores facti triumphabant. Mi-

chæas Propheta de Christo triumphante

predixit: *Ascendet pandens iter ante eos, di-*

vident & transibunt portam, & ingredientur

per eam, transibit Rex. Hic utique Angelica-

rum acclamationum tensus fuit, dum se

mutuo hisce vocibus exhortabantur: At-

tolite portas principes vestras, & elevamini

porta aetaiales, & introibis Rex gloria. Agitur

L

hoc

Hom. 1. de hoc loco, inquit Eusebius Emilianus, præclaras insignis pompa Victoria, non tam admirantes Angeli, quam stupentes, & ad magnitudinem non vitias attoniti; peregrinam inferri substantiam in stationum suarum excelsa conspicunt: & ideo honorabilem ad cœlos hominem triumphali agmine comitantes, quasi cum exclamacione admirationis interrogant: Quis est iste Rex gloria? Certus quidam interpres hunc palimpsestum textum expounens dicit, Davidem illis verbis Angelos allocutum suos: provocando ut se attollant, id est, in aliis sese disponant, ut triumphatores medium excipiant, honoris que deducant. Nazianzenus ait: Portis ut attollantur, ac sublimiores siant, imperant, quo Christum à passione sublimiore capiant.

Orat. 42. 8. Triumphant. Solebat olim triumphatores copiosam monetarum quantitatem ad latitiam contestandam in populum spargere, & soleme quoddam opiparumque convivium instituere. Ideoque Christus Dominus noster ascendens in altum, dedit dona hominibus, nam mediante missione Spiritus

sancitibati illius ærarii opulentissimos terræ thelauros cætus submisit. Et tametsi à nobis dilcederet, attamen opipati convivii loco carnem & sanguinem suum in sanctissimo Sacramento nobis reliquit: O sacrum convivium, &c. Id quod expreſſe declaravit, dum ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus.

9. Et quidem tametsi haec ita se habeant, Sanctus Maximus tamen inter triumphos terræ, & hunc cœlestem Christi triumphum hanc differentiam intercedere notavit: Ecce Hom. 2. de Dominum euntem ad cœlos non præcedit, sed penthe, comitatur gloria captivitas; non ante vehiculum ducitur, sed ipsa evexit Salvatorem; cum tamen triumphatores hujus terræ ad maiorem pompam & ostentationem inimicos captivos, & catenis innexa debellata mancipia ante currum suum triumphalem agere soleant. In hoc autem triumpho animæ beatæ vera filiorum Dei libertate fruentes, triumphantem Salvatorem subsequuntur per sollicitum obsequium.

De gaudiis, quibus in Christi Ascensione mundus, Angeli, Apostoli, & omnes alii perfusi fuere.

DISCURSUS SECUNDVS.

Ascendit Deus in jubilo, Psallite. Psal. 46. v. 6.

*1. P*salista nos hodie non semel sed sepius ad jubilandum & gaudendum invitat; neque enim contentus est, quod in principio Psalmi dixerit: Omnes gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis, nisi paulo post frequentius dicat: Psallite Regi nostro, psallite: quoniam Rex omnium terra Deus, psallite sapienter. Enimvero quantum cum lætitia hæc festivitas à nobis prosequenda sit, sanctus Bernardus optimè de-

monstrat, dum scribit: Consummatio & ad. Serm. 2. de impletio est reliquarum solemnitatum, & felix Ascensionis clausula totius itinerarij filij Dei; quam sanctus Augustinus vocat: Ascensionis Dominica in. Serm. 178. clytum & regale mysterium. Etenim universitate temp. fideles heri mane in introitu Missæ vigilie invitati fuerunt, ut jubilantes voces eosque extollerent, ut ab universo mundo passim audiri possint: Vocem jucunditatis annuntiate & audiatur alleluja, annuntiate usque ad extremum terræ: Liberavit Dominus populum suum, alleluja; Jubilate Deo omnis terra;

terra: psalmum dicite nomini ejus; date gloriam laudi ejus. Sanctus Thomas de Villa Nova de hodiernae festivitatis gaudio scribens dicit: *A principio seculi usque nunc, similius non est audiatur letitia.* Sanctus Cyprianus de hec eodem mysterio tractans ait: *Quanta in ejus susceptione in celis jucunditas fuerit, nemo sufficit enarrare: rei hujus magnificentia omnem superat intellectum.* Denique omnes sacri interpres in eo unanimiter concordant, quod scilicet lingua humana ad minimam letitiam hujus diei partem exprimendam minime sufficiat. Unde Albertus Magnus ait:

*Tom. II.
tr. 35.*

In Medit. de Ascen.

Lib. Vita c. 28.

*Tom. 3.
serm. XI. de Asc.*

Ascendens per congratulationem totius militiae caelestis. Quis sapere valeat (Ita scribit doctissimus Salomon) hymnum in Ascensione illi decantatum, latitudinemque universorum incogitabilem: de qua Propheta: Ascendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tuba?

Evidem ad hanc latitudinem & gaudium patrum per adumbrandum sequens & quidem valde efficax tertiet argumentum: Si enim filius prodigus post patrimonium suum adeo turpiter dissipatum, nihilominus a patre cum tot gaudiorum demonstrationibus, cum tam suavi musica & symphonia suscepimus fuit; cum quanto putas gaudio & ineffabili exultatione ab aeterno Patre tuo receptus fuit in celo Filius DEI, prodigus quidem etiam, sed non alterius rei, quam infiniti amoris & sanguinis tui, quem pro nostra redemptione effudit? Caelum prorsus (inquit Gerson) novo hoc adventure splenauit, quemadmodum aer lucidus fit solis presentia absque nubibus. In vita B. Baptista de Genua legitur, eam dicere solitam fuisse: *Quamvis in celo nihil aliud esset, tamen videre humanitatem Christi ingentissima gloria esset.* Hodie autem gloriissima haec humanitas celum nova quadam gloria illustravit.

2. *Ascendit in jubilo.* S. Bernardinus ait: *Christus ascendit in jubilo Angelorum, in jubilo Apostolorum, in jubilo Redemptorum.* Hosque tres jubilos confessus distinguit, dicens: *Iubilaverunt Angeli propter tria, scilicet de hominum reparacione, de sua ruina restauracione, & de sui Regis exaltatione.* Unde mysterium ob quod hi Angeli in vestimentis albis comparuere: *In vestibus albis, ex iuridem Doctoris mente hoc fuit: Velut diem festum agentes in*

novo solemnio Ascensionis. Porro quanto pere ob nostram reparationem gavilli fuerint, ex eo facile quis arguere poterit, quod Didacus Stella scribit: *Gavilli sunt Angeli, quibus in Luc. gaudium est super uno peccatore paenitentiam agente, ove errante jam reperta & inventa.* Quanigitur verisimilium erit ipsos summegavilos fuisse, non ob ruinatum suarum restorationem; verum etiam, imo longe magis ob concessionem eis facultatem in generosissimam illam a verbo assumptam, adeoque in celis exaltatam humanitatem suos defigendimenti oculos. Unde sanctus Bernardinus: *Hodie Angelici spiritus novum Divinitatis gustum in Christo homine acceperunt, dum Deum gustant in excessu amoris natura create superpositum;* & per gratia unionem hominem Deum, in quem ipsi totaliter transformati per amoris incendium, & in illo gustant Deum, ut suppositum, quod summa dulcedini ferculum nunquam potuit in illa supernorum ciuium alias spirituum civitate gustari: donec per Iesum. *Christum est eorum gustibus dulciter insufflatum iubilaverunt de sua ruina reparatione;* Estque hoc secundum hodierni Angelici gaudii motivum. Unde Dionysius Carthusianus ait: *In hac jucundissima solemnitate ruina caelestis Hierusalem in mundi exordio facta, & qua per tot annorum millia duraverat, pro magna parte est reparata.* Si Christo affirmante: *Gaudium est Angelis super uno peccatore paenitentiam agente;* quale gaudium ortum est eis hodie, de tam innumerabilibus millibus animarum scandalarum cum Christo celos intrantibus, ac caelestis Hierusalem ruinas implentibus? Iubilaverunt de sui Regis exaltatione; quod est tertium gaudii beatorum exercituum motu. Hugo Cardinalis poliquam explicasset, quo mysterio Angeli moti fuerint, ut hodie in candida veste comparent, dicens id praecipue factum esse, quia prospera nuntiabant, & latitudinem Angelorum de societate humana natura significabant; tandem subjungit: *Alba etiam uestes congruunt exaltationi;* qui enim in nativitate apparuit humilius Deus, in ascensione ostenditur homo sublimis. Neque enim exaltatio ejus sublimior aut eminentior esse potuit: *siquidem sedet a excelso Dei,*

*Serm. ult.
de Asc.*

*In Ag.
Apost.*

3. Ascendit in jubilo Apostolorum. Quia ut idem vel S. Bernardinus scribit : In bilaverunt Apostoli de Spiritu sancti certa promissione , de gentium multa conversione , & de Christi glorificatione . S. Evangelista Lucas dicit , quod Apostoli post Christi in caelos Ascensionem subito regredi sunt in Hierusalem cum gaudio magno , & erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum . Divitiae thelaurorum , donorum & gratiarum celestium super ipsos aeternis eternis & gazi essundi non poterant , nisi Christus ascendisset ; unde ut ipsos ob imminentem suum ab illis rececsem , quem iphis praedixerat graviter contristatos & mestos consolaretur , dixit illi : Expedit vobis , ut ego vadam ; si enim non abiero , Paraclitus non veniet ad vos : si autem abiero , mittameum ad vos . Hugo Card' galis circa hunc locum dicit : Reversi sunt cum gaudio magno ob via ria motiva . Gaudebant enim Apostoli propter Dominis sui glorificationem , propter Diaboli humiliationem & propter Iudeorum confusio nem : propter generis humani factam redem ptionem , propter Angelica ruinam reparatio nem . Pro omnibus tamen aliis Apostolici Collegii laetiam laetus Cyprianus quam fu lissime his verbis ponderavit : Apostoli fecerunt filii prophetarum olim verum Eliam ascensurum sciebant , & horam illam præstolabantur gaudientes ; nec iam anxiabantur parturi entes , sed exulta latitia parati erant prosequi rocedentem . Idemque sanctus Doctor , verba illa affectuosisima , que Christus idem Apostolis suis anticipata dixit , priusquam ascendenteret , ipsos aeterni Patris sui denommendo filios opportune ad nostrum institutum mediatratur , dicens : Omnisbus itaque ad tam deletabile spectaculum aggregatus Ascendo , inquit , ad Patrem meum , & patrem vestrum , Deum meum , & Deum vestrum . Hilarescabant animi eorum paternitatis Divina illustrati honore , & fraternitatis Christi honorati consorcio , dum audirent & crederent se filios Dei & fratres Christi . Alio quodam tempore eundem suum in caelos ascendum prædicans , dixit eis : Si diligenter me gauderis utique , quia uado ad patrem . Ac prouide si iuxta dilectionis proportionem latitia eorum correspontit , verisimile est immensam illam suisse .

4. Ascendit in jubilo Redemptorum . Nam

ut sanctus Bernardinus ait : Exultaverunt redempti propter caeli aperturam : propter suam redemptions , & propter Angelorum associationem . Beatus Laurentius Justinianus dicit , Serm. de quod Angelorum & hominum erat omnium Asc. una laudans voluntas , concors charitatis affectus , eadem contemplationis visio , similes fructus Majestatis , atque interminabilis causa latitiae . Tandem vero in nostrum favorem concludit , dicens : Verum quoddam hominibus spirituale tripudium infundebatur amoris , dum supra cunctam caeli militiam propriam in Christo naturam intus bantur exercitum . In transibus denique Paradisum (inquit S. Bernardinus) omnibus simul in jubilo & voce tuba , tam Angelie , quam cunctis animabus beatis & Regi nostro Iesu pfallentes sapienter , dum intraret caeli palatrum , Rex noster leuis intonat alta voce ad patrem : Pater manifesta vi nomen tuum hominibus , quos dedisti mihi de mundo . Ad hanc post Christi in Caelos ascensionem reliquum erat , ut universus mundus ad verti Dei converteretur agitationem , ac proinde universo generi humano nova imminebat gaudendi occasio , utpote quod propediem ab infernalis tyrannidis compedibus exsolatum , veritatis luce illuminandum erat . Quam etiam verisimile est sanctas illas animas gavias fuisse , quando post tot secula ex Abraham fini liberatae , in Christi societate ad celum Empyreum perpetuum latiscande contendebant . Gavias sunt etiam justi , inquit Didacus Stella , sicut Abraham exulavit , ut videret diem Domini , quantum in ejus ascensione cum omnibus latitus esset Sanctis ? Oculos vestros in triumphalem illum Dominicæ Ascensionis currum obteco convertite , quem sanctus David nobis delineavit , dicens : Curru Dei decem milib. multiplex millia latantum . Cujus latitudo rationem protinus addit , dicens : Dominus cum eis in Sina in sancto . S. Bernardinus ait : Quare autem latentur millia latantum , sub jungit , dicens : Quia Dominus in eis id est , inter illos , ascendendo cum eis in caelum ; in Sina in sancto id est in speculacione beatae Sinae in speculatio interpretatur . Enimvero erant tunc primæ vices , quibus a tempore quo fabricatum est celum Empyreum , animabus nostris primi tūs apertum est celum , ejusque hodierna die in Societate

Societate Christi accepimus possessionem. Tandem & mundus Ascensioni Christi pariter applaudit, nam ut inquit Augustinus: *Quod Christus terram levavit ad cælum, canit etiam totus mundus.* Quibus in verbis bene considerandum est illud *ly (etiam)* quasi dicat, non solum cælum, sed & terra lætandi occasionem habuit, quando sol iste increatus supra cælum Empyreum ascendit: Rationem vero cur & nos, cælo applaudenti collætemur, protinus subiungit,

dicens: *Quia erexit de terra in opem, & de stercore, ut sedeat cum principibus, & solium gloriae teneat.* S. Cyprianus in idem consertit, dicens: *Hoc gloriam Christi unigeniti dilecti accumulat, quod beatitudinis sua non patitur esse solitariam magnitudinem: sed addidit fratres, non qui minuant quæsi diuisam in plures excellētiam; sed qui altitudinem divitiarum ejus exornent participes & confortes.*

De nonnullis differentiis inter Ascensionem & Assumptionem: Variæ interpretationes verborum illorum: **Assumptus est, Elevatus est.** Christus propriâ virtute ascendit, nos autem id facere non valemus, nisi virtute ipsius.

DISCURSUS TERTIUS.

Assumptus est in Cælum. Marci cap. ultimo.

Spiritus sanctus qui sacra:um Evangelistarum Ascensionem Christi in cælum explicantium pennas & calamos specialiter gubernavit & direxit, variis loquendi formis uti uero. In Evangelio namque sancti Mathei scribitur: *Assumptus est in cælum.* In actibus vero Apostolorum *Elevatus est.* In Evangelio S. Luca: *Ferebatur in cælum.* Ac tandem sanctus Joannes in suo Evangelio hujus ejusdem mystrii mentionem faciens, Salvatorem nostrum inducit dicentes: *Ascende ad Patrem meum.* In aliis quoque scripturæ locis tam veteris, quam novi testamenti, usitatum est verbum *Istud Ascendo.* Unde predictos tensus, ut potest mystrii redundantes paulo fuisse examinare operæ premium esse censeo.

2. *Assumptus est.* Ponderosa & gravis haec hujus mortis corropæ naturæ terra supra stellas evolare, atque super Angelorum Hier-

rarchias exaltata ad dexteram DEI Patris sedere nunquam potuisset, nisi à verbo fuisset assumpta. Unde eidem dici potest, quod *ascendit de desertoid est, ab hoc mundo: delitijs affluens innixa super dilectum suum.* S. Thomas de Villa Nova dictum illud Christi: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo,* accurate ponderans, postquam illud nonnullis interpretationibus illustrasset, subiungit: *Quamvis posset hoc aliter intelligi, quod videlicet nemo ascendet in cælum virtute propria, sed assumatur potius virtute aliena, sicut in Psalmo scriptum est: Domini est assumptio nostra, & sancti Israel Regis nostri.* Veruntamen in Christo ascendentem nequaquam agnoscenda est virtus quædam aliena, ut potè qui ascendit, & in cælos assumptus fuit virtute propriâ, id est, à divinitate sua. Salmeron idipsum clare docet, dum ait: *Humanitas innixa est dilectione verbo; alioquin pulvis humanitatis non resistisset vento, nisi verbum eam sustentans ele-*

Conc. 2. de Ascens.

Tom. II. Tr. 35.

vasset,

Paradiso.
c. 8.

vasset. Enimvero Abulensis rationem redde-
re iatagit, quamobrem sancta DEI Ecclesia
hanc solemnitatem Ascensionis, non vero Al-
lumptionis titulo insignit, dicendo: Ob hoc
Christi volatus in cælum non dicitur Assum-
ptio sed ascensio; quia Assumptionem appellare
consuevimus quando corpus in cælum tendit,
aut in quilibet locum alicujus celstudinis, il-
lum non suis viribus petens, sed alia potentia
latum: ascensionem vero tunc dicimus, cum in
cælum aut in quamlibet altitudinem, quodcum-
que fertur corpus, à nullo motum, sed suis viri-
bus agens. Et hoc modo certum est ascendisse
Christum, quia verbum nostram hanc natu-
ram tibi indissolubiliter unitam propriæ virtute
exexit ad cælum. Verum eequodnam est myste-
rium, quod s' in dñs Marcus scribat: Assumptus
est, & non potu: Ascendit præterquam quod
sanctus Gregorius Nyssenus de hoc festo tra-
dans, Capitulum, in quo de eo loquitur de As-
sumptione sive Ascensione intitulet. Porro du-
biu: istud Salmeron nobis præclarè exponit,
& in primis quidem hac tenus à nobis dicta
confirmat: Assumptus ergo est, quasi homo à
Deo fit assumpitus; nam ut pater eum à mortuis
Iuscitasse traditur, & tamen ipse seipsum susci-
tarit: ita assumptus intelligi potest à Deo Pa-
tre, quasi homo; vel à Divinitate Filii, qua Hy-
postasis erat humanitatis. Alia autem explica-
cio, omnem penitus explanans difficultatem,
est, quod ly Assumptus, idem denotet, quod exaltatum esse, qua phrasí dicere sole-
mus; hic vel ille assumpitus est ad Imperium
vel ad Pontificatum: Indicat etiam hoc ver-
bum assumendi dignitatem & gloriam; dicimus
enim assumptiones esse quidam ad Pontificatum,
alios ad regnum, & ita humanitas Christi ad
incomprehensam inassibilemque assumptionam
dignitatem.

3. Quod alios duos loquendi modos attingit: Ferebatur in cælum. Elevatus est, hi quo-
que varie à variis Doctoribus sanctis expo-
nuntur. Dum audis elevatum (inquit Euse-
bius Emensus) agnoscere militis calefactus obse-
guium; unde hodierna festività hominis nobis
& Dei sacramenta manifestat, in eo qui elevat,
divinam potentiam, in eo autem qui elevatur
humanam cognoscere substantiam. Cajetanus
aliam nobis adfert illius interpretationem,
dicens: Elevatus non ab alio quam à seipso;
Elevatus sursum, non scandendo gradiens, sed

totus simul elevatus est. Cui similis illa S. Thomæ expositiō, dicentis: Notandum quo-

In Cat. in
Marc.

que est, quod Elias in currū legitur ascendisse,
ut videlicet aperte illa demonstraretur, quia ho-
mo purus adjutorio indigebat alieno. Redemptor
autem noster non currū, non Angelis subleva-
tus legitur, quia qui fecerat omnia super omnia
sua virtute ferebatur. Ex quibus verbis opti-

mè deducitur, Christum non aliena sed pro-
priæ virtute in cælum fuisse elevatum. Vir-

tute propria, nullo egeno adjutorio sursum
vectus est, (inquit etiam S. Bernardinus) unde

Tom. 3.
Serm. de

cantamus: Exaltare Domine in virtute tua;

Asc. ar. 2.

differunt enim Ascensio, Assumptio & Elevatio;

3. 12.

nam Ascensio fit virtute propria ascendens, &
ideo pertinet ad solum Christum; assumptio ve-

ro virtute Christi assumpta: quia filius spe-

cialiter obsequitur matri; Et ideo pertinet ad
beatam Virginem: Elevatio autem fit mini-

sterio Angelorum. & hoc pertinet ad alios
sanctos. Verbū autem ubiatus in expres-

sione hujus mysterii est, verbum ascendit, uti
jam diximus, hoc enim indicat ascendere
propriæ virtute. Chrysostomus super illa
verba Psalmi: Ascendit DEVS, innuit: af-

In ps. 46.

cendit propria potestate: quocirca Lucas quo-

que sic dicebat. Et fixis oculis intuebantur, cum
ille iret in cælum, non dixit, cum ipse assume-

retur, nec cum portaretur. Abulensis quo-

que supra à nobis citatus de hac materia dif-

fuse tractat, & ad probandum id quod di-

ximus, ita scribit: Christo plena ascendendi paradoxo

in cælum facultas erat, nulla extrinsecus peti-
to subsidio, quoniam gloriosum corpus ejus jam

5. 6. 10.

beatitudinē accepérat donec inest autem hujus-

modi corporibus agilitas gloria, ut ubicunque
esse maluerint, eis præsto sint. Amplius autem,

quoniam verus Deus erat, quamobrem hoc ei
velle erat quod efficeret. Sanctus quoque Cy-

Cash. 14.

rillus Hierosolymitanus ita arguit: Si Ha-

bacuc translatus est, coma capitis portatus,

quanto magis Prophetarum & Angelorum Do-

minus de monte Olivarum per nubem ascen-

dens propria virtute ascendere in cælum poten-

tior erat obleratio itidem est Lyrae Angelos

einon auxilio, sed obsequio adstitisse. Fe-

rebatur in cælum per dotem agilitatis, proprio
motu: nubes tamen & Angeli apparuerunt ad

ejus obsequium. Nam ut S. Cyprianus simi-

liter testatur: Non indiguit vectoribus Ange-
li, qui offendicula tollentes è medio ferrent eum

Serm. de

Asc.

in

Hom. 2.
de Ascen-

In Act.
Apost.

in manibus sed subsequentes & præcedentes aplaudebant victori & concinenter in jubilatio-ne modulabantur canticum novum; & implebat cœlos consonantie illius harmonia, Tonus & Dominationibus parantibus Filio juxta Pa-trem confessum; Cherubim & Seraphim pedes pacificos ambientibus. Abulensis postquam verba illa: Elevatus est; nubes suscepit eum; examinasset, & pro ratione dubiandi illud adduxisset, quod icilicet is, qui hoc loquendi modo utitur auxilium externum latius mani festè ostendat, tandem concludit, tanti my-sticū magnificientiam creaturarum decuile obsequium, non auxiliū, sed pompa causa adhibi-tum. Item si Christus suis viribus fultus ascen-dere potuisset, rationabile tamen valde erat, n: aliquid Christum ascendentem ad ascenden-dum adjuvaret, aut eum illuc deferret; si enim dominorum magnatumque conditio per vul-gata est, ut quanquam plurima à se ip[s]is agen-tes efficere possent, nihil tamen efficere velint, sed à servis suis haec fieri jubeant. Unde conclu-dit, quod licet hoc admiserit obsequium, id tan[tem] eu factum sit non tam ex necessitate ob-sequiū, quam ob majorem honorificientiam sui triumphi. Sic enim videmus Dominabus illu-stribus familiare esse famulorum ministerium, non ob necessitatem fulcri & sustentaculi, sed propter pompam, Debitum famulatum à Crea-tura suscepit, non tamen alieno praesidio egens, sed per excellentiam suam faciendo sibi à mini-stris suis impendi famulatum.

4. Verum enim vero quis unquam pos-sibile esse credere potuisset, ut in celum ascen-demus per viam, semita Christi omnino contrariam? Id quod tamen est verissimum, siquidem tametsi ipse propria virtute cœlum

petiverit, nos tamen è diametro oppositum facere debemus. Unde Richardus à sancto Vi-tore ait: Illa quacunque est anima, qua de deser-to ascendere describitur, dilecto suo innixa per-hibetur. Quid est ei, dilecto suo inniti; nisi illius virtute, & non propriis viribus promoveri? quid inquam est, dilecto suo incumbere, quam de propria virtute pro hac parte nihil omnino pre-sumere? Non ego (dicebat Apostolus) sed gra-tia Dei mecum. Deus enim est, qui omnia 1. Cor. 15. in nobis facere pravalet. DEVS est, qui opera Phil. 2. 13. tur in nobis & velle & perficere pro bona vo-luntate. Super quēm eundem textum Doctor Angelicus ait: DEVS non solum infundit gratiam, quā nostra opera grata fiant & meritoria; sed etiam movet ad bene utendum gratia infusa. Sola igitur gratia est, quae ad gloriam nos facit ascendere, quae tameo non datur praterquam humilibus, qui de seip[s]is diffi-dentes, in divino subsidio omnem tuam fidu-ciam reponunt: Gratia per Iesum Christum, Ubi sanctus Augustinus dicit: Imple vallem: Serm. 2. de suscipe imbre, gratia pluvia est, non in montes verb. sed in valles, id est, humiles descendit. Chu-stus quidem è monte quadam contendit, in hoc tamen ipsum nequaquam nobis expedit imitari, utpote qui ex valle ascendere de-bemus. Ac proinde David dicebat: Ascensiones p. 83. 6. in corde suo dispositus. Ubinam vero? In val-les, id est, ascendendum nobis est in virtute humiliatis, & diffidentiis nostri ipsius, D EO nihilominus innitendo, omnemque no-nitram fiduciam in eum collo-cando.

Declaratur, qualiter intelligendum sit, quod Christus in Ascensione sua ad dexteram Patris fuerit collocatus.

DISCVRSVS QVARTVS.

Affumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei.
Märci cap. ult.

Bf. 17. II.

Regius Propheta David, propheticō afflatus spiritu ascensionem Filii DEI prævidens, ipsius super Cherubinos usque ascensurum esse dixit : Et ascendit super Cherubim. Ex alia vero parte Evangelium currens, dicit, quod *assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei*. At inquit, si æterni Patris sui dexteræ assidet, quā igitur ratione super Cherubim sedere dicitur? Respondet sanctus Bernardinus : *Ascendit super Cherubim, quia nulla scientia attingere potest ad ejus ascensionem*. Etenim Ascensionis suæ mysteria non solum cuivis humano & Angelico intellectui sunt imperceptibilia; verum etiam eminentia gloriæ ad quam sacratissima illa humanitas evenit, ne quidem sub imaginacione tempore est cadere. Unde mirum non est si nulla lingua, nec ulla penna aut calamus ad eam exprimendam aut delineandam sufficiat: si quidem sanctus Thomas de Villa-Nova ait: Non existimo hujus tanta festivitatis, neque ipsos qui interfuerint. Apostolos idoneos oratores. Similiter Gofredius Abbas omnia hujuscemodi festivitatis sacramenta & mysteria admirabilia prospersus esse scribit: *De quorum magnitudine nec homo, nec Angelus de cælo tantum dicere posset, quod ad comparisonem magnitudinis eorum, modicum non videretur, & esset. Ascendit super Cherubim*. In eadem interpretationem sanctus Bernardinus alibi contentit, dicens: *Quia super ordinem Cherubim humanitas Christi elevata est; nec ait: super Seraphim sed super Cherubim, qui est penultimus ordo in cælis, quia secundum Alexandrum de Alessandro Seraphim non est, nisi Hierarchia.*

Conc. 1. de
Ascens.Serm. de
Ascens.

id est, sacer Trinitatis ordo. Si enim diceret, super Seraphim, videretur dicere hominem ascendere usque ad divinam essentiam, & quod humanitas aequalis esset divinitati, quod tam removeret, dicent: *Ascendit super Cherubim: Veruntamen Christus homo & B. Virgo, & loco & merito sunt super omnes ordines Angelorum*.

2. Sedet à dextris Dei. *Sedere ad dexteram Patris* (inquit S. Thomas à Villa-Nova) *Conc. 2. de in hodierno Evangelio dicitur, non quia mens Ascens. teriali quodam Tōrōne rēsideat, sed propter cunctarum rerum pr̄sidentiam, & gubernationem, & dominium; propter gloria & dignitatem excellentiam super omnem creaturam; propter honorem & cultum, quo cum DEO ab omnibus simul adoratur & colitur*. Porro similem quandam explicationem Cajetanus hisce verbis adhibuit, dicens: *per: sedet à dextris DEI, non significatur positio corporis; quoniam Iesus in cælo stat, non sedet, stare enim est naturalis situs hominis perfectus; sedere autem imbecilitatis est; per sessionem significatur quiete possidere, quiete regnare*. Enimvero quandom nobiscum hic in terris vivit, viator simul & comprehensor esse elegit; siquidem in mari hujus mundi à tor adversitatum procellis infestatus protestatus est, dicens: *Regnum meum non est de hoc mundo: hodie autem ab hujus mundi procelloso & turbulentio littore, ad æterni Paradisi portum regnaturus, & ad DEI Patris dexteram collocandus transfertur*. *Sedens non corporaliter*, inquit Dionyius Carthaginanus, secundum quod Deus, sed sedet, id est, omnipotenter quiete regnat. Hodie & non ante Regnum Christi in Cælo habilitum fuit, siquidem nullus à tempore creati Empyrei pedem tuncmo in cap. ult. Marcii

inf. 8

Tom. II.
tr. 35.

inferre præsumpsit. Hodie igitur incolarum beati regni illius numerus adaugeri cœpit. Unde Salmeron ait: *In sessione Christi ad dexteram Dei patris aptissimè adumbratur suprema Christi honorificentia, maxima auctoritas ac potentia ad regnandum & stabiliendum regnum, ineffabilis post labores vita requies, primaque judicandi potestas.* Ac proinde advertendum est, quod mox ut in sublimissimo Patris throno confedit, Angeli immediate comparuerint, contestatur cum suo tempore velut judicem supremum in hunc mundum denudò venturum esse. Regnat etiam judicariam potestatem (inquit Lyranus) que communicata est ipsi Christo homini; quia sicut fuit judicatus in forma humana, ita veniet ad judicandum mundum.

3. Sedet à dextris Dei. Circa hæc verba S. Isidorus ait: *Dextera autem Patris, ad quam idem filius sedere creditur, non est corporeal quod nefas est de Deo sentire*) sed dextera Patris est beatitudo perpetua, qua sanctus in resurrectione promittitur, sicut & sinistra ejus rectè intelligitur miseria & pena perpetua, qua impiis dabitur. Porro animam Christi à primo Conceptionis ejus instant beatam fuisse, certum est, ac proinde merito dubitatur, qualenam ipse hodie gloria istius acreverit augmentum? Audite pulchrum Carthusianum hac de re discursum: *Glorificatio Christi secundum suam humanitatem resurgendo & ascendendo completa est; anima equidem Christi à sua creationis exordio fuit quantum ad superiores suas vires excellenter beata, Deum clare contemplando, ejusque bonitate immensa perfectè fruendo; sed Christus quantum ad sensitivam sua anima partem, & quantum ad corpus suum passibile & mortale fuit viator, & nondum glorificatus ex eul & diversis mysterijs ponte subjectus usque ad suam mortem.* Tandem prosequitur expositionem glorie, quam in resurrectione recepit, dum scilicet dotes gloriose in eius tunc corporis transfusa: at vero hodie in ascensione. Etiam habitatione & loco glorificatus est Christus, ut homo & super omnes Angelicos ordines exaltatus.

4. Sedet à dextris DEI. Lyranus hanc Christi sessionem distinguunt; si enim illa referatur ad Christum ratione sui divinitatis, sic filii Dei cum Patre & qualitatem significat; Est enim, ut S. Athagalius in symbolo suo scribit. *Equalis varii secundum divinitatem*

Mansi Sanduarij. Tom. II.

Si vero hæc lessio consideretur, ut ei tamquam homini competit, duobus iterum modis potest considerari; Primum in quantum humanitas verbo conjuncta erat; Et sic ista sessio, (inquit Lyranus) importat quandam associationem honoris, quia eadem veneratione veneratur humanitas, in quantum unita verbo, cum ipsa Deitate; ad eum modum quo regem actualiter contingens vestis regia eodem pariter cum ipsomet Rege honore afficitur: Alio modo faciolanta hæc humanitas considerari potest Ex se, & sic sedere ad dexteram Patris designat esse in potioribus ejus bonis, sicut dextera est pars nobilior & potior corporis. S. Bernardinus illum Psalmi locum: *A summo cælo egresso ejus, usque ad summum ejus, hunc in modum declarat: Hoc modo sumendo cælum, dicitur quod Dominus ascendit in cælum, id est, usque ad Dei equalitatem;* unde Marci 19 ait: *quod Iesus assumptus est in cælum.* & sedet à dextris Dei. Et Apostolus ait quod Christus sedet ad dexteram majestatis in excelsis. Per dexteram Dei Patris duo intelliguntur: primum est equalitas majestatis, ad quam Christus sedet secundum divinitatem; Secundo per dexteram intelliguntur potiora bona gloria, in quibus Christus sedet secundum humanitatem: quoniam collatum est ei, quicquid conferri potuit. Importat sedere ad dexteram Patria unitorem vel equalitatem, & quandam eminentiam beatitudinis cum Patre, quod nulli alijs à Christo convenire potest.

5. Sedet à dextris Dei. Sanctus Bernardus ait: *A dextris vero, quia die in sinistra adversitatis anteauerit.* Unde paulo ante postquam surrexisset, dixit: *Oportuit pati Christum,* & ita intrare in gloriam suam. Oblerat fine 26. aliquando, ex quo loco triumphator noster in celos ascenderit? Curnon ascendit ex monte Thabor super quo aperti sunt cœli, ipseque transfiguratus fuit? vel ex monte Syon, in quo ultimam cenam cum Apostolis celebraverat? monte nimis adeo mystico, atque in sacris literis adeo celebri atque famoso? Quodnam illud mysterium quod montem Syon praे omnibus alijs montibus pro adimplenda Ascensione sua elegit? Sanctus Cyriillus Hierolymitanus dicit: *De monte Olivæ varum in celos ascendit illic maximum certamen incepit;* hic autem post certamina corona-tus est. Quanta fuit illa agonia in horro anxietas & angustia, quando vivum sanguinem

M

eflu-

Cath. 14.

effudit, amarissimumque passionis fuae calix ei
præsentatus fuit? Potestis bibere calicem (ac
duobus illis fratribus) quem ego bibiturus sum?
quasi dicere voluisse, quisquis mecum regnare
& in cœlum ascendere desiderat, prius mecum
in monte olivarum pati & affligi debet: prius
oportet in laborum & adversitatum sinistra com-
morari priusquam ad dexteram collocetur. Dio-

Serm. ult. de Ascen-
nylius Carthaginianus celeberrimum illud recen-
set miraculum, quo in eo monte accidit, quando
in petra, quem pes ejus ultimatum in cœlum ascen-
dens calcavit, pedum suorum impressa manife-
runt vestigia, super quibus nullum unquam
erigi ædificium potuit: Denique recolendum

est, inquit, quia ut ait Simplicius Hierosolymitanus Episcopus in loco Ascensionis calcata
pulveris pedibus Christi hoc signum, quod ve-
stigia ibi impressa ternuntur & eandem adhuc
speciem pressis vestigis terra custodit. Scilicet
quodnam nobis fidelibus per hoc innuere vo-
luerit mysterium? Hoc nimirum, quod sanctus
Petrus nos monendo tetigit, dicens: Christus
passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum,
ut sequamini vestigia ejus. Id est, sanctissi-
morum exemplorum lucuum conlectemini ve-
stigia, maxime in sustinendis afflictionibus &
adversitatibus; quia si sustinimus & corre-
gnabimus.

- De datae à Christo benedictionis, nec non elevationis manuum
suarum mysteriis.

DISCURSVS QVINTVS.

Elevatis manibus benedixit eis. Actorum cap. 1.

De Ascen-
in Luc.

Christus Salvator noster
cœlos ascens, ad san-
ctorum illorum Patriar-
charum imitationem Apo-
stolis & discipulis suis,
nec non omnibus aliis ad
gloriosum illud spectaci-
lum conspiciendum congregatis, suam im-
pertitus est benedictionem. *Elevatis igitur*
manibus (inquit sanctus Cyprianus) *He-*
reditariam eis benedictionem relinquens. Di-
dacus Stella hic curiosus inquit: *An Chri-*
stus in impertienda hac benedictione signo
crucis fuerit usus? *An vero Christus benedi-*
cendo, & bona illis imprecando usus est signo
crucis, facet Evangelista. In veteri lege eleva-
bant manum cum benedicebant; & sic in Levi-
tici c.g. habetur, quod Aaron extendens ma-
num suum ad populum, benedixit ei. Tan-
dem vero suam opinionem exprimit, dicen-
do Christum in crucis figura benedictionem
hanc impertitum esse. *Crediderim ego, quod*
Christus elevavit manum, & facta super eos

signo Crucis, benedixit eis. Certum est
equidem hunc in forma crucis benedicendi mo-
dum antiquissimum esse, ab ipsis Apostolis in
Ecclesiis derivatum: *Quare verisimile est*
Apostolos didicisse à magistro suo Christo,
maxime tunc post triumphum victoria per
agonem crucis. Sanctus Bernardinus ait: *Ele-*
vatis manibus suis benedixit eis: in obla-
tionem, in recordationem, in exorationem; *Ascen-*
artem, ac demum quomodo tria haec benedi-
cctionis genera intelligenda sint, declarat, di-
cens in oblationem, hoc est, ut DEO Patri
offerret hostiam viventem. Usus etenim est
antiquissimus, quod in oblationibus victimarum
manus offerrentis super earundem capita
elevarentur, adeo ut sanctus dicere velle vi-
deatur, Christum manus suas elevasse, ut per
hanc actionem sacrosanctæ humanitatis sue
victimam, quam cœlis inferebat, aeterno
Patri tanto redderet gratiorem & acceptio-
rem. Sanctus Apostolus de antiquæ legis sacrifi-
ciis, ob unicè sibi complacens unigeniti sui
sacrificium, iætis & rejectis tradans, dicit:

Hebr. 10. *Hic unam pro peccatis offerens hostiam in semipiternum sedet in dextera DEI. Ad quam ut diximus, hodie gloriosus est collocatus. Benedixit eis secundo in recordationem; ut scilicet plage passionis sua in discessu suo taliter in eorum cordibus figerentur, quod nunquam de eorum deberent memoria deleri; cum talia signa videbant non deleri in caelesti patria. In hac eadem manuum iuarum elevatione eis pariter lateris & manum pedumque cicatrices, eas extendendo monstravit. Benedixit eis, & ferebatur in cælum. Cælum ingreditur, eodemque tempore passionis sua vulnera & plasgas nobis commonstrat, quasi dicere vellet, quod si cum illo ascendere, suamque benedictionem participare desideremus, opus sit, ut ejus Passionem cordibus nostris indelebiliter imprimamus. In exortationem: ut videlicet offenderes eis, quod illa vulnera aportabat in cælum, ut eorum offensione pro eis supplicaret ad Patrem ac per hoc offendere, quod quis sanguinem pluerat per vulnera illa insupplicio crucis: per ipsa eadem, sanguiper meritoria instrumenta abundantiam spiritus sancti effundet sublimatus in cælum. Principes & Magнатes quo die regni habenis gubernandu coronati admoventer, ad signum festivi gaudii & universalis latitiae opulentas ex auro & argento cūcas monetas in plebem spargere, nobilisque & primoribus patriæ honores & privilegia specialia concedere conlueverunt; sic etiam gloria Princeps (inquit S. Thomas de Villa Nova) postquam sanguine suo partum colorum regnum intravit, magnifica suis dona divisit: ut ex hoc majestatis & gloria sua divisiones ostenderet. Ascendiſti in altum, captivitatem, accepisti dona in hominibus acceptissimam, inquam in hominibus munera, quae ipse dedisti: sic enim hunc locum de spiritu sancto citat Apostolus, dicens: Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.*

2. Benedixit eis. Verum quidem est, quod per Ascensionem discipulis aliisque hominibus recesserint, sacratissimam humanitatem suam eis subtrahendo, quia ferebatur in cælum: Veruntamen ut sanctus Bernardinus nota: *Dum benedicaret, recessit ab eis, afferens quidem präsentiam corporalem: ex altera vero parte benedictionem plenitudini amoris & gratia derelinques.* Doctissimus Salme-

ron opinatur Salvatorem ascendeūtem benedictionem tuam unicuique separatim impertiisse, simulque existimat, quod eum quimajori erat prædictus perfectione, jamque magis eminentem sanctitatis gradum ascenderat, ea virtute donat, ut eum longè altius versus Empyreum ascendentem conspicere potuerint. *Cuilibet in fine visionis benedicebat: & quo quis sanctitatem precelebat, eo altius spectabat.* Porro S. Ambrosius pro nostra consolatione post te scriptum reliquit, quod Christus benedictionem illam etiam ad nos usque transmittat, quemadmodum enim is qui aliquem spicarum manipulum, veluti primitas ad benedicendum desert, non solum illis frugibus qua tali manipulo clauduntur benedictionem procurat, sed benedictio illa ad omnes quoque illas qua in campo adhuc degunt, transfunditur & derivatur ita quoque credibile est, illas gratias, divitiasque cœlestes, quas Christus super devotos ibidem præsentes discipulos effudit, simul etiam cum ipsis ad nos omnes pariter transmiserit: *Sicut de campis à segetibus si quis collectas spicas obtulerit Deo, omnem campo benedictionem reportare perspicitur: sic & Christus per illud corpus fecit benedictio nostram naturam.*

3. Benedixit eis. Sanctus Bernardinus ait: Benedixit quoque eis sic manibus elevatis, usos contra hostes muniret. & in bonis cœlestibus augeret: benedixit eis sic manibus elevatis, quia de super est benedictio electorum. Sciebat enim, quantum contristandi essent, videntes quod ad tantam usque distantiā, in cœlo in sempiternum regnaturus elongarent, ideoque illos per benedictionem suam lassitudine voluit. S. Bernardinus dicit: *Benedicens ergo eis ferebatur in cælum, forè concussis illius Ascensionis singularis misericordia visceribus, cum miseros suos, & pauperem suam scholam relinqueret, nisi quod veniebat parare eis locum.* Enimvero quantum ex sola dilectione sui memoria contristari fuerint, vel ex eo deduci potest, quod Christus ipmet in ultimo sermone cena dixit: *Vado ad eum, qui misit me. Quid inde? Sed quia hoc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum;* Ubi notandum quod non solum ex hoc prologo vel prædicatione discipulus sui contristati fuerint, verum etiam dolor ille adeo vehemens extiterit, ut corda eorum penitus pervalerit, & impleverit, quod multo

*Conc. 2. de
Ascens.*

*Tom. II.
Tr. 36.*

Ioan. 16.6. amplius est, veruntamen pro eorum consolatione subjungit: Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam. Unde post hanc benedictionem pectora eorum tanto jubilo imbuta fuere, ut Iacobus Lucas de iis post Ascensionem suam Hierosolymam hilariter redeunibus dicat: Elevatus manibus benedixit eis; & factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. Et statim subdit: Et ipsi adorantes regredi sunt in Ierusalem cum gaudio magno. Salmeron ita scribit:

Tom. II.
Tr. 36.

Etsi autem benedictionis hujus verba non habeamus expressa, virtus tamen hujus benedictionis non obscure cernitur in adoratione Iesu, & in reditus in Ierusalem cum gaudio magno: & in eo quod in templo sine ullo timore in laude & benedictione Dei erant perseverantes: quid enim facerent benedicti à Domino Iesu; nisi ut benedicerent, & laudibus celebrarent Deum Patrem & Filium, & Spiritum sanctum.

4. *Elevatus manibus benedixit Benedictio,* cum hac manuum elevatione conjuncta fuit. Per manus autem opera nostra intelliguntur; adeoque per illam manuum elevationem hoc fideliibus documentum insinuat, quod scilicet si benedictiones celestes participare velint, opus sit, ut opera eorum eleventur, id est, ad cælum dirigentur. Unde Cajetanus ait: *Elevatus manibus suis: ut exterior etiam signo ad cœlestia mentes discipolorum erigeret.* Hacque est intentio præcipua, quam Ecclesia in hodierna felicitate-

te habet, dum mentes nostras à terrenis affe-
tibus sequestrari postulat: Concede quasu-
mus omnipotens Deus, ut quis hodierna die unius
genitum tuum Redemptorem nostrum ad cœ-
los ascendisse credimus; ipsi quoque mente in
cœlestibus habitemus. Ac proinde Iacobus Leo
hodierna die exclamat: *Sursum vocatos anti-
mos terrena desideria non depriment; ad ater-
na per electos peritura non occupent; viam veri-
tatis ingressos fallaces illecebra non retar-
dent.*

Serm 2. de
Ascens.

5. *Benedixit eis.* Quod idem est, ac si dicere-
tur, deponit super illos cœlestium bonorum the-
sauros: *Benedicat tibi Dominus ex Syon, & vi-
deas bona Ierusalem omnibus diebus vita tua.*

Ps. 117.

Exaltare super cœlos Deus, inquit Psalmista alibi;

Ps. 56.6.

Postea vero protinus quis inde fructus in

totum mundum redundaturus sit, subdit dicens:

Et in omnem terram gloria tua; Quia post

apertum hodie cœlestem Paradisum, post ex-

hibitam illam magnificentiam, quacum ad su-

premam illam confunderat statuendum, om-

nnes fideles summo beati illius regni acqui-

rendi desiderio imbuit, & accendit. *Ascendit*

pandens iter ante eos. Et bene pandens

iter (inquit sanctus Thomas de Villa Nova)

quia nisi ipse precessisset, nullus utique seque-

retur; & nisi prior cœlos penetrasset, nemo

Michæ.

Conc. 3.

sænctorum usque in finem facili

illuc intraret.

In Luso.



Con-

Considerantur aliqua motiva, ob quæ in conspectu Apostolorum & omnium aliorum Christus ascendere voluerit.

DISCURVS SEXTVS.

Videntibus illis elevatus est. Actorum cap. I.

Sanctus Bernardinus Senensis scribit, quod tam Christi in terram descendens, quam ejusdem ascensus in celum, nullum libi propositum habuerit aliud sicut, quam ut nos viam edoceret, eum usque in beatum illum regnum consecrandi, ut eus sumus gloria particeps. Cum Dominus noster Iesus Christus de celorum sublimitate descendere, & inter homines habitatet, atque ad celorum regna redire; nihil aliud intendere demonstravit, nisi quod vitam & mores voluit nos docere, quibus illum sequeremur in celum, ubi tandem beatificaremur in eo. Non igitur sine mysterio singulari in conspectu omnium ad celum ascendere voluit, si quidem ascensio ejus ad universalem fidem doctrinam & protectum ordinata fuit. Principue vero idem sanctus tria mysteria recenset, ob qua in publico Apostolorum circumstantium conspectu ascendere elevatus est.

Serm. 1. de Asc. a git: Videntibus illis. Propter justificationem, ut ascensionis ejus tantum ab eius patenter visa firmiores essent testes. Christum enim propria virtute celos concendere, evidens fuit divina ejus omnipotentiæ signata. Ascensio Domini (inquit Eusebius Emilianus) catholica fidei confirmatio fuit. Cum sapientia illa increata in Evangelio sancti Joannis de ineffabili Eucharistia Sacramento differuissest, nec tamen ab Auditoribus, quæ ratione panis in sacratissimam ejus carnem transubstantiari posset, nec non qua ratione eodem tempore, quo in celum ascendit, no-

biscum in hoc Eucharistico pane manere & commorari possit, intelligeretur: Sciens Iesus Ioan. 6.63. apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis: Hoc vos scandalizare? Si ergo videritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius? quasi dicere velle: In hujus confirmationem mysterii, paulatim aliud quipiam longè prodigiosus viluri estis, id est, gloriosam meam in celos ascensionem. Unde sanctus Augustinus ait: Christus in sepulchro, mens sunt custodes, Christus in inferno, visitentur quietes; Christus in celo, credant omnes gentes, deoque Ascensio ista in cunctorum hominum conspectu facta fuit: Videntibus illis elevatus est. Ac proinde beatus Thomas ait: Non in obscuro & in occulto, sed clara luce, palam, videntibus illis, non uno quidem aut duobus, sed plusquam centum & viginti discipulis ad aethera elevatus est. Subditque idem sanctus id sine mysterio accidisse nequam esse credendum: Tametsi enim & conceptionem, & nativitatem, & transfigurationem suam, imo & suam resurrectionem occulte & in secreto fieri voluerit, at tamen Publicè destinavit ascendere, ut dum Ascensionis sua evidentiam faciat, nostra quoque olim futura & fidem faciat, & spem erigat: erat enim apud homines non minus ardus ad credendum Ascensionis, quam resurrectionis articulus.

2. Secundum, quod à sancto Bernardino tangitur mysterium, hoc est; nimurum, quod in conspectu ipsorum palam ascenderé voluerit, Propter inflammationem, ut scilicet celestis patriæ & glorie fidem, & spem, & desiderium

firmius exprimeret, & ut desiderium veniendi ad eum, excitaretur in illis. Etenim verisimile est, Apostolis Christum ascendere conspicentes Magistro & Salvatori suo unanimitate dixisse: Trahe nos posse: in odorem curremus unguentorum tuorum. O quis exprimere possit,

Jant. I. 3. Act. 2. c. 1. inquit S. Bernardinus, desideria, affectus, & lachrymas amorosas totius illius multitudinis circumdantes Iesum. Sanctus Ambrosius lan-

Serm. 2. de Pent. & illius congregationis gloriofo huic spectaculo praesentis devotionem atque suspiria, sequentibus exprimit verbis: Stabant beati Apostoli tuto suspensi corpore, & ascendentem ad celum Dominum, quia incessu pedum non poterant, oculi sequebantur; & licet ad deducendum Salvatorem visio humana deficeret, fidei amorem devotione non defecit: usque ad nubem enim Christum deducunt oculus: usque ad celos autem cum Christo fidei devotione comitantur. Dionysius Cethuhianus illa sancti Luce in Actibus Apostolicis reiba:

Cumque intuerentur in celum euntem illum; considerans, subiungit: Avidissimam, devotissimam, ac iucundissimam mente corporeoque prosequerentur intuitu. Abulensis scribit Salvatorem nostrum in unico momento a conspectu ipsorum in celum ferri, atque ad Patris dexteram collocari potuisse, id tamen circa se fieri noluisse, sed potius sensim & paulatim elevari elegisse; Ut sic conspiciebatur daretur. Et quidem tametsi nubes te inter ipsum oculos & Christum ascendentem interposuerit, quia nubes suscepit eum; ipsa tamen pupillas suis firmiter & constansimile verbus celum tenuere defixas. Unde Dionysius Carthulianus ait: Cum Dominus nubem ingressus, atque in alta progressus, oculus illorum fuisset ablatus, non cessaverant sursum aspicere post dilectum, ut meritis est amantium; ac quando sanctus Bernardinus ait: Propter hoc ascendit Christus, ut suble uaret cor hominis ad suam dilectionem. Veritatem etenim est, quod tametsi Apostoli & discipuli Christi ad immensam coeli gloriam vehementer aspirarent, ut pote qui Christum ipsos ad hanc profundam instigantem sepius audiverant, atramen per hoc quod Christi ascendentis triumphantum, Angelicarumque Hierarchiarum obsequium velut telles oculares spectarint, celumque Empyreum ad Christum excipiendum plane apertum viderint, Amplius

(ut Abulensis scribit) ita Christi conspecta. As- Paradiso censio vehementer assidentium Christo corda c. 16.

inflammavit; ut ipsi quoque illuc ascendere desiderarent, quo Redemptorem & Dominum suum ascendere intuebantur; cum ipse dixisset, ubi regis sum, illic & minister meus erit. Porro duo holce fines incarnata Patris sapientia sibi propositos habuit, (ut beatus Thomas inquit)

nimirum primot ad bonorum aeternorum contemplationem & lucrum consecrandum excitaret: Secundò ut aliquid saltem gloriae

sua indicium daret ad concitandum in nobis tanto maius illius desiderium aquae cupidinem. Ut ergo ad celestia premerenda spe-

randaque nostra erigeretur affectus, oculatum Dominus voluit habere regressum; & ut latenter, quoque majestatis foris monstrarentur indicia, scilicet scriptum est: Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum, viderunt ingressus tuos, Deus, ingressus Dei mei, Regis Dei mei, Regis mei qui est in sancto. Adhac facit orientem virtus conversa ascendit, prouti Salme-

Conc. I. de Ascens.

ron S. Joannis Damasceni authoritati innexus nota: atque è Davidico hoc colligitur oracula: Ascendit super celum caeli ad orientem Tom. II.

Quia ad gloriam Patris ex quo ortus est Christus & ad gloriam suam, qui oriens in scripturis dicitur, ascendit: quo nos instrueret, ut ad orientem, in quo era sita paradisus, aspiceremus; sed non jam ad terrestrem, sed ad celos. & ut terga vertamus ad bona hujus saeculi vicia, atque contempta, que per se, ut pote calida & fluxa, interirent, ac dilectores suos interimunt; sicut celestia bona stabilitas sunt, & uitam prestant eternam. Enimvero ex ea interrogacione quam Apostoli, hoc ipso eodem die, quo Christus jam jam in celos ascensus erat, inquirendo proposuerant, nimirum:

Quando est tunc regnum Israel? Corda ipsorum ad curas & cogitationes terrenas derixa sunt, tatis colliguntur: Quibus proinde Christus sequenti hoc repulit responsum: Non est vestrum, nosse tempora vel momenta, qua Pater posuit in sua auctoritate. Equibus verbis beatus

Thomas inquit, insignem nobis, qui in ecclesiis bonorum praedicationem, temporalibus hisce bonis nimis adhaeremus, stultitiam im-

properandi occasionem defumpit, dum ait: Quanta caritas & stultitia humanas ex hoc possit mentes? Necessaria, utiliaque saluti, in

quibus vita aeterna & gloria nostra consistit.

scire

In Act. Apost.

Parad. 5. €. 16.

Serm. 2. Ar. 3. c. 3.

scire negligimus, & inutilibus & arduis, quae ad nos non pertinent, que rationibus curiosè vacamus Quid Deus facere possit, quid non possit, discutimus; & quid nos oporteat facere, non attendimus.

3. Videntibus illis elevatus est. Tertium à S. Bernardo acū è recensitum mysterium est: Propter significationem, seilicet ut mystice innatur, quod qui non videt Christum ascendentem, & qui per spicac oculo contemplatio- nis ejus altitudini, & alta sursum actioni non cabaret, non est dō positus ad redundantiam sui Spiritus sucipiendam. Ad quod probandum historiam adducit S. Elisei, cui ab Elia Magistro suo Spiritus illius duplicationem enixē poscenti, responsum fuit, votum compotem futurum, dummodo suum in cælos abitum de-

Serm. 3. de fixa oculorum acie contueretur. Recorder Eli-
sei sancti (inquit pariter S. Bernardus) qui, cum
Elias dixisset, ut in discessu vel ascensiō suo po-
stularet, quod vellet, respondit: oro ut fiat du-
plex Spiritus tuus in me. At ille: Rem difficilem
postulasti; attamen si videris quando tollar à
te, erit tibi hoc, quod petisti. Demum vero p̄r-
dictus Iacobus rem hanc prosequitur, dicens:
Eliam Christi Ascendentis fusile figuram; Eli-
seum vero Apostolicum adumbras Collegium;
Hoc etenim fixos in verum Eliam suum, id est,
Christum oculorum obtutus desigens, dupli-
cī donatum est spiritu, non solum ob eorum, qui
adventu Spiritus sancti super eos effusi sunt, the-
saurorum cœlestium abundantiam, verum etiam
ob patratā per Apostolos majora p̄r iis, quae in
Christo patratā fuere miracula, conformiter illi
quod eis p̄dictum fuerat: Et majora horum
facent.

4. Videntibus illis elevatus est. Enim-
vero ita Divinā fuerat providentia p̄eordinata,
ut Apostoli aliique fideles post Ascen-
sionem Christi, in fidei testimonium varie
cruciarentur & affligerentur: Lapidati sunt,
fetti sunt, in occidente gladii mortui sunt; ideo-

que ut ad sustinendam crudelissimorum sup-
pliciorum saorum carnificinam solide sub-
sistenter p̄emium, quod illos hanc ob cau-
tam jute merito manebat, eos perfectius con-
templari & spectare voluit. Nam ut Tertul-
lianuſ ait: Nihil crux sentit in nervo, dum
animus est in cælo. Unde ad fuggerendum
sanctissimo Prothomartyri Stephani genero-
siorem fortiorēmque animum eidem aperti sunt
cæli: Ecce video cælos apertos, Eodem
quoque fine in plurim conspectu in monte
Thabor transfigurari voluit, ut qui pro illius
amore passi erant, gloriam quoque, quæ in
editæ sanctæ fidei sua testimoniū, in lacerata
& dilaniata corpora sua suo tempore diffundi-
denda erat, manifestè conspicere possent: Un-

de S. Leo ait: Hanc fidem Ascensione Domini-
ni autem & Spiritus sancti munera robora-
tam, non vincula, non carceres, non exilia, non
fames, non ignis, non laniatus ferrarum, nec ex-
quisita persequentiū crudelitatibus supplicia
terruerunt tantum de Ascensione Domini pro-
ficerunt; ut quicquid illis prius intulerat me-
tum, veriteretur in gaudium. Ad eum sc̄e mo-
dum inquit Beatus Thomas, quo sole corpora-
lis super Zenith nostrum verno tempore ascen-
dente, terra quæ prius arida & steriles erat, flo-
rum denuo germine jucundissime vestitur, &
frondescit arboribus: Ita Christo in æthera
conscendente, arida Ecclesia facies multiplici
gratiarum & charismatum varietate reslo-
ruit. O quales tunc martyrum & virginum flo-
res! quam candidos & purpureos flosculos Ec-
clesia pullulavit! O quanta Spiritus viriditate
vernavit! quanto gratia virore decorata est!
Vides ceteratim gentes innumeras ad fidem
confidere, & populos cœlestis gratia siti-
bundos avidissimè baptizati aquam
exposceret.

Serm. 2. de
Ascens.

Conc. 2. de
Ascens.

Variæ considerantur rationes, cur Christus nubem ascenderit.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Act. Ap. cap. I.

Ps. 17. 40.

Ps. 103. 3.

Ps. 79. 2.

Ps. 17. 11.

Serm. 2. de pent.

Quando DEI Filius de cœlo in hanc lachrymarum vallem descendit, tunc regio Prophetæ teste, amplissime celorum sphærae deorsum se tubuliserunt: Inclinavit cœlos, et descendit. Quis futurum fuisse non credidisset, quod dum Christus Redemptor noster hodie tanquam vitor in cœlum triumphabundus ascendit, ecoli ipsimet in scabellum quoddam vel thronum mutandi fuisse, cum in cœleste capitolium ingressus intineret, vel contorquendi fuissent ad instar aëris triumphalis, ut hac ratione debitum suum contestarentur oblique? Et tamen verissimum est, quod nubes suscepit eum; id quod multis antea laculis regius Prophetæ prædixerat, dum ait: Ponis nubem ascensum tuum; Ecce autem Christo alcensu non le præsentarunt Cherubini, suumque sacrissimum illi humanitati dorsum vel tergum inclinarunt, aut submisserunt? Quia sedet super Cherubim; id enim quam maximè decuillet, siquidem id quoque idem Prophetæ prædixerat alibi, dicens: Ascendit super Cherubim, et volavit, volavit super pennas ventorum. Porro circa nubis hujus mysteria præsens nollet vertetur discursus.

2. Et nubes suscepit eum. Sanctus Ambrosius in ea fuit opinione, quod nubes sibi Pa trem æternum nobis adumbravit, velut si filium suum per amanter excipientem. Videamus quæ ista nubes sit, quam splendida, quam præclara, quam lucem mundi Christum suscipere me recurrit; neque enim poterat obscura esse et tenebrosa, quia scriptum est: Et tenebra cum non comprehenderunt: tenebra enim lucem gestare

non poterant. Tandem S Doctor concludit: Ista est nubes, qua ascendentem suscepit Christum, qua & testimonium Christo etiam in monte perhibuit: de qua ait Evangelista: vox de nube auditæ est, hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Non igitur nubes suscepit Christum, sed Deus Pater recepit filium, & occursu quodam pietatis ascendentem illum gremio molliore complexitur.

3 Nubes suscepit eum. Absalon Abbas per nubem hanc in sensumystico humanitatis nostre intelligit naturam, quam verbum assumperat. Idque facile per verba illa, roboripotest, quibus in Adventu frequenter utitur Ecclesia, prolata à Patribus antiquis prinsquam verbum hac nostra esset mortaliare indutum: Et nubes pluant justum. Porro cuncta verba, que hac de re Abbas præfatus scripsit, adeo præclara sunt, ut hoc in loco seriatim transcribi mereantur: Aqua ante passionem, & nubes in passione potuit appellari: ante passionem aqua: quia adhuc mortalitas & passibilis liquefcere & solvi potuit, esurire, sitiare, pavore, & mæstus esse, tradi in condemnationem moritur in ascensione vero ideo Christi humanitas nubi comparata est, quoniam sicut aqua ab uno terra vaporaliter attrahita, postmodum condensata in nubem ventis sublevantis in aere suspenditur sic Christi humanitas per Spiritum sanctum, quiescit vapor paterna maiestatis, ab uno terra, id est à force nostra corruptionis separata est: postmodum vero resurgendo mortis occasio suprato per immortalitatem & impassibilitatem, quodammodo est roberata, & effeta densior, ventis spiritualibus sublevantibus, id est, agilitate & subtilitate natura super cœlum, immo super cœlos ascendit. Etenim Ezechiel omni-

Serm. 1 de
Ascen.

præ-

Exoc. 32. 7. prædixerat: *Solem nube tegam*; quia sol iustitiae Christus intra hanc faciatissimè humanitatis luę nubem contectus & abconditus fuit; eademque nubes hodie solito altius non solum super terram sed & super omnes celos exaltata fuit.

Luc. 21. 27. *Et nubes suscepit eum. Filius Dei ad dexteram Patris ascendit*, ut tanquam iudex supremus ad universale iudicium reverteretur. ac pro-

Serm. 2. de Ascensi. *indè Angeli dixerunt: Hic Iesus qui assumptus est à vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.*

In Act. Apost. *Etenim sicut in nube in cælum ascendit, ita quoque ad finale iudicium descendens est in nube: Videbant filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.* Unde S. Bonaventura ait:

Parad. 5. c. 16. *Sic utique venit cum tuba judicando excitante, (ascendit pariter in voce tuba) cum nube iudicium approbante, cum benedictione electos legitimante.*

Rabanus pariter in glossa citatus ait:

Creatura utique obsequitur Creatori, astra indicant nascentes, patientes compatiuntur, ascendentem nubes suscipit, ad iudicium comitabitur.

5 Nubes suscepit eum. Abulensis nobis modum describit, quem ascendendo observavit, & dicit Christum in monte Oliveti prope Jerusalēm cum beatissima Virgine Matre sua aliisque omnibus discipulis longum disterrisse sermonem, in quo eos ob instantem discessum suum consolabatur, eo quod cœlestes paratus eis mansiones, & Spiritum sanctum misserit abiret: tandem vero in prefati discursus sine descendit de aerea regione quadam nubecula usque ad pedes Salvatoris facta, est in modum throni, aut gestatoria sedis, ut sic Christus in ea sessurus videatur. Tollebatur autem illa nubes paulatim in excelsum; Christus quoque in ea ascendebat, ac si in eas ederet, major tamen pars corporis Salvatoris nostri nube velata non erat, ut sic discipulis vulnus ille videndus concederetur. Neque vobis huic adeo gloriose triumphio minus videatur honorificum nubis hujus obsequium, sciendum etenim est nubem in multis Scripturæ locis majestatis & magnificientie manifestativam esse.

Matth. 26. 46. *Venientem in nube cum potestate magna & maiestate;* & paulò antè diximus: *Et in nubibus cœli venientem.* Imo præter sanctum Lucam sanctus quoque Matthæus triumphum hunc cum pari pompa accidisse describit. Psalmista dicit: *Virtus ejus in nubibus.* Et alibi: *Quis in Mansu Sanduarii Tom. II.*

nubibus aquabatur Domino? Non quod indigebat (inquit Didacus Stella) subsidio nubis; sed in Luce voluit ejus uti servitio; virtus enim ejus in nubibus Chrysolomus quoque de hac nube in Actibus Apostolorum scribit: *Non ignis, neque currus igneus, quemadmodum fulgurum est in Elysia; sed nubes suscepit eum, quod erat cœli symbolum, quemadmodum ait Propheta: Qui posuit nubem ascensum suum;* ubi etiam aliud quendam illata texum adducit: *Deus sedet super nubem levem.* Adhac idem Chrysolomus optimè considerat, quod cum Spiritus lancius per os Davidis dixisset: *Nubes & caligo sub pedibus ejus;* ut ostenderetur hunc eundem, de quo loquitur supremæ majestatis Deum esse, hodie dicat: *Et nubes suscepit eum: His verbis declarans illum esse Regem cœlorum;* quemadmodum currus regalis declarat ipsum Regem, sic & ad illum missum est regale vehiculum. Salmeron etiam notat nubem quandam comparsile in Transfiguratione: *Non solum ut splendorum Solis & ardoris temperet, sed ut ostenderetur Deus, vel Deo Patri par, qui habitabat in nube, sive in nebula, ut olim sol: tus erat apparere in tabernaculo;* de quo dicitur: *Nubes & caligo in circuitu ejus.* Porro nubes hac tanto admirabilior fuit, quanto magis in cœlo sereno apparuit ex improviso. Unde S. Bernardinus ait: *Vt miraculum repentina nubis in sereno cœlo miraculo Ascensionis adjunctum, ejus prodigiousam apparentiam duplicaret.* S. Augustinus de hac eadem nube tractans ita scribit: *Candida subito apparuit nubis evectio parata in cœlo;* apparet nubes, intravit in eam, qui educit nubes ab extremo terra, ut oblectaret oculos eorum nubis amoenitas, & terroraret eos ascendentes de cœlo suavitatis.

6. Nubes suscepit eum. Similiter & S. Athanasius suam circa hanc nubem opinionem edit: *Nubet pedibus succurrens usum vehiculi ad cursum præbuit;* cum hac tamen restrictione, quam addit Dionysius Carthusianus: *Nubes obsequium non auxilium præbuit.* S. Bernardinus eam hoc fine comparuisse scribit: *Vt creatura superior & desuper adveniens suo Creatori deservire,* & ad ejus obsequium in Actis famulatoriæ advenire, aperiè demonstraretur; Apost. undè in hac urbe erant multitudines Angelorum Christi obsequientium, & nubem regens.

N

suum.

Hom. 1. de Ascens.
ar. 2. c. 3.

Serm. 180.
de Temp.

num. Dignysius Carthusianus super Evangelium S. Matthæi ita scribit: *Hec autem nubes & Angeli apparentes, atque cum Christo ascendentibus non adfuerunt propter Christi indigenitatem, sed reverentiam, ad demonstrandum quod Ecclesia & inferiora corporalia ac spiritalia ad Christi obsequium essent parata.*

In Act.
Apost.

7. Et nubes suscepit eum. Hugo Cardinalis in hanc rem declarandam historiam quandam introducit lib.3. Reg. cap. 18. descriptam; ubi nubecula quedam prodigie legitur, copiosissime cuiusdam secutare pluviae prænuptia: *Nubecula ascendit de mari, post quam descendit pluvia gratia in missione Spiritus sancti.* Quæ historia diu ante à S. Bonaventura fuerat ad nostrum propositum apertissimè applicata: *Hujus Ascensio fuit præfigurata in ascensione nubecula parva, de qua dicitur: Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat.* Hæc nubes ventum illum omninabatur, qui paulò post audiendus erat: *Tanquam adveniens spiritus vehementis; necnon lauarem illam donorum & gratiarum pluviam in cœlestem usque Hierosolymam redundautem:* *Si enim non abiero (dicit Salvator noster) Paraclitus non veniet ad vos.* Ac si diceretur: *Si nubes non ascenderit, pluvia non descendet.* (S. Bonaventura glossando addit) scilicet gratia Spiritus sancti. *Ecce nubecula parva quasi vestigium ascendebat de mari, id est, humilis caro Christi de mundo.*

8. Et nubes suscepit eum. Num es hæc nos descendit à Solis ardoribus; hanc Deus populo suo quadraginta annis præparavit: *Expandit nubem in protectionem eorum.* Christus pariter eo fine ad cœlos ascendit, ut ad dexteram Patris sedens munere patris, protectoris & advocati nostri fungeretur: *Advocatum habentu apud Patrem Iesum Christum.* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus; uti promis in Evangelio; tametsi enim à nobis discederet, nobilicem tamen in sanctissimo altaris Sacramento remansit. Unde

Term. 3. de
Ascens.

1. Iohann. 2. 1.

ingeniosa est illa Salmeronis observatio, dicentis: *Illud quoque collige, Dominum die Iovis tr. 36. nubecula tecum in polum migrasse;* quemadmodum etiam in die Iovis sancto delituit Christus duplicitate: *tum sponte sub nube accidentium in Eucharistia;* *tum à Iudais comprehensus illâ nocte, humiliatus, conculcatusque.* Unde in protœcum spiritualem nostrum hoc elicit documentum: *Profecto cum quis in hac vita per humilitatem novit abscondi, ac bene latere, postea ejus gloria in cœlo declarabitur.*

9. Verum, inquires, quodnam in eo latet mysterium, quod Elia in cœlum rapiendo currut nullus fuerit igneus, resplendens, & luminosus; Christo autem solum nubecula quædam occurserit? Non est major servus domino suo. Advertendum estigitur, te nequaque veritati conformiter loqui, si Eliam in curru ad cœlum ascendisse afferas; siquidem is etiamnum hic in terris inter nos vivit, de Christo econtra fidem dictante scimus, quod assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei: cum tamen Eliam cum Antichristo dimicandum sit, priusquam eō ingrediatur. Unde manifestus error est, credere quod quis in curru in cœlum evehi possit. Christus posuit nubem ascensum suum, quæ ex exhalationibus strigidisque vaporibus compounitur, atque à ventis agitantur; ut exinde intelligamus, quod oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Quantò magis id ipsum nobis conveniet, si ipsum in cœlos usque sequi velimus? Denique dici potest Christum sibi pro ascensu suo nubem elegisse, servo autem suo currum indulgere voluisse, ut per hoc nobis innueret, se in Passione sua multis doloribus & tormentis confessum, pro quo nobis mortuum fuisse, ut cum tanta majori facilitate gloriam nobis comparare, & ut ita dicamus,

curru quasi vestiæ æternam partiam ingredi va-

leamus.

De Ange.

De Angelorum in monte Oliveti comparitione; de quæ verbis:
VIRI GALILAEI, &c. quæ Angeli Apostolis dixerunt.

DISCURSUS OCTAVUS.

*Ecce duo viri astiterunt juxta illos, qui ē dixerunt:
Viri Galilai quid statis aspicientes in cœlum?*

Act. Apost. cap. I.

Christus Redemptor noster æterni Patris dexteram vix occuparāt, cūm ecce duo spiritus angelici in humana specie in monte Oliveti de-
cenderunt: *Ecce duo viri;* idque an ut Apostolos con-
solarentur, an verò a cōdēm reprehenderent,
nēcio. Crediderim hos Angelos (inquit Cajeta-
nus) adstitisse non in terra, sed in aere, ut à tan-
ta turba possent simul audiri: non intelligo am-
bos locutos, sed alterum utriusque nomine.
S. Bernardinus duo à Venerab. Beda expressa
motiva adducit, quibus ipse tertium adjungit,
rationes, ob quas hi aligerintūnti cœli iūs expe-
diti fuerint, adducendo: *Primo*, ut tristitiam,
quam de Christi ascendentis absentiatione con-
ceperant, suereditus commemoratione latifica-
ret. Ac proindè Abulensis dicit, illo candidis
vestibus induitos comparuisse quoniam color il-
le docebat latitudinem ascendentis Redemptoris
nostrī. Bandemque Apostolorum cordibus im-
primere studierunt; undē reversi sunt cum
gaudio magno in Ierusalem. Secundūm com-
paritionis Angelorum motivum fuit, ut Christum
verè in cœlum ire demonstrarent, & non quasi
in cœlum, sicut Eliam. Quam eandem confide-
rationem Cajetanus super illa verba: *Hic Iesus*
qui assump̄tus est à vobis in cœlum, habuit, dum
ait: Ecce testimonium Angelicum contestans
supplendo quod discipuli non viderunt, scilicet
Iesum pertransisse cœlum. Tertiō, potest addi-
(inquit S. Bernardinus) ut Apostolos ab ulterio-
ri aspectu, & àstanto illic revocarent, & ad
loca sua redire facerent; ipsi etenim in monte
suspensi hæabant, vel potius non re-
flectentes ad id, quod ipsis exequendum erat,
adeoque hæabant perplexi & ambigui, an Chri-
stus reverfurus, an vero in cœlis perpetuō man-
surus illuc a' e' dislet. Hugo Cardinalis super
illa verba: *Quid statis?* ita scribit: *Prius dictum in Act.*
erat: Sedete in civitate, quo adusque induami- Apost.
ni virute ex alto; sed hic stant in cœlum aspi-
cientes, quasi subitē reversurum sperarent; Luc. 24.29
quasi dicant: non videbitis eum modo, quia non
est vir in domo sua, abit via longinqua, ideo
non redibit citio, sacculum pecunia secum tulit,
corpus & animam, in quo sunt omnes thesauri
sapientia & scientia Dei reconditi.

2. Verum enim verò quoddam hic subnascitur
dubium, cur scilicet beati hi spiritus tantopere
fuerint Apostolos demirati, eoque reprehende-
rint, ed quod oculis in cœlum defixis suspensi
hærerent: *Quid statis aspicientes in cœlum?*
Quid enim pro illo temporis momento præci-
pue convenientius aut rationabilius fieri ab illis
poterat, quam quod non solū cordibus, verò
etiam oculis in cœlestem illam patriam defixis
suspensi hærerent? Potuerunt simul Apostoli
respondere: (inquit S. Bernardinus) *Quid habe-*
mus respicere in cœlum? nonne ipsum continet
thesaurum nostrum Iesum Christum, quicor
nostrum rapuit, nos hic sine corde relinquens?
Non possumus ergo de cetero nisi cum Iesa in
cœlestibus commorari; & nobis licet cœlum in-
tueri, non terram: vestra autem charitatis mi-
ramur fervorem, quomodo aamittentes Regem
vestrum ascendere, ad nos placuit advenire.

In Act.
Apost.

Tom. 3.
serm. 1 de
Ascens.
ar. 3. c. 3.

Parad. s.
c. 10.

In Act.
Apost.

*sed nuntiate dilecto nostro, quia amore ejus
cangemus.*

3. Enimvero si Apostolis patrocinari velimus, apertissime eo uti possumus, quod in vita S. Martini Episcopi Turonensis, viri adeo praelari, ut Apostolis compar habeatur, legitimus; hic enim cum lupinus jacens, commodiorem corporis sui situm in strato suo, captare moneretur, respondit: *Sinice cælum potius quam terram aspicere, ut suo jam itinere, iterum ad Dominum spiritus dirigatur.* Etenim quemlibet ex hisce Ascensionem Christi spectantibus discipulis idem respondere potuisse videbatur, quod sanctus Martinus responderat; quia ex quo amantissimus & prædilectus pater ipsorum Christus Dominus ab ipsis in cælum abiectus fuerat, jumentum erat ut mentes pariter & oculos suos versus illum & cælos eveharent, idque tanto magis, quia idemmet Dominus noster alias ipsis dixerat: *Qui mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum illuc & minister meus erit.* Ac proinde cum illum corporis gressibus prosequi minimè poterint, quid mirum si ipsum usque & usque suis prosequantur in cælum defixis oculis? Verutamen videndum nobis erit, Angelos rationabilis motivo ductos illis coudoluisse.

4. *Quid statim aspicientes in cælum?* Quamnam oblecro habebant ex Christi in cælos Ascensione admirandi occasionem? Dionyhus Carthusianus inquit: *Ac si dicant Cur tantum mirazimini, quod Dominus universorum, creator cælorum, Unigenitus Dei, Salvator mundi cælos ascendit?* Potius admiretur mens vestra, quid ad terram descendere incarnari, cum hominibus conversari, crucifigi & mori dignatus est. Porro variis ex capitibus considerabilius est verbum istud: *Statim; memorandum enim, quod ut in currenti Evangelio legitimus, paulò ante discipulos ad prædicandum per totum mundum dispersi & distribui præcepit:* *Euntes in mundum universum, predicate Evangelium omni creatura; qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit.* Porro Christus pro hominum salute ecclesis descendebat; hodie pro eorundem salute ad cælum ei aperiendum in cælum denuo ascenderat; quia vero dixerat: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei;* & hoc sacramentum ab aliis ministrari debebat, ideo Angeli Apostolo-

rum in hujus præcepti adimplatione tardiori nem & lentam moram consipientes, eos reprehenderunt dicendo: *Quid hic statim?* Nulla est interponenda mora aut tardatio, ubi laudandum animarum tractatur negotium. Unde S. Athanasius ait: *Quid statim suspiciuntes in cælum? Orat de quid statim?* mundo miraculum hoc prædicare, *Ascens.* & perfectionem adventus ejus. Salmeron additamente quoque Angelorum fusile Apostolos ob tempus inutiliter sic stando desperditum & collatum repræhendere. *Quid statim sine fructu aspiciendo regnum,* quod non nisi a violentia rapitur? Enimvero Salvator noster dixerat: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum; sed qui fecerit voluntatem Patri mei qui in cælo est.* Etenim oculos in paradisum definitos tenere, pigritaque manus inter se convolare non sufficit; operari intuper, & cum effreni appetituum nostrorum turba dimicare, eoque vincere oportet. *Via cælorum pater* (inquit S. Thomas de Villa-Nova) *Conc. i. de janua paradisi aperta est, quid ergo statim?* *tanta vos gloria manet, & statim?* tantum vobis premium repositum est, & heretis? talis vobis corona promisitur. *& desidiosè pugnatis?* Adhuc validè ipsorum negligentiam, inquit S. Archiepiscopus, ecclipsius asperitus aggravat: *Quod gravius est, aspicientes in cælum; aspiciunt, inquam, & contumacia, videntis & negligitis?* si non atque videretus, levior esset culpa: at modo quia videntis & aspiciens peccatum vestrum manet. Hanc, inquam, ex Apostolorum reprehensione moralitatem sanctus hic Archiprætus velut peculiare quoddam tepidiorum, & in via Dei inertium Christianorum calcar utilissime elicet. Jacob Patriarcha ex habita illa ecclisi aperitione confessum expavit: *Quam terribilis est locus iste!* non est hic aliud nisi dominus Dei, & portæ cæli. Diceret hic aliquis, videbatur lantum hunc Patriarcham ex adeo gloriosa visione potius aeternus jubili & exaltationis, quam timoris concipere debuisse. Verum factus ad id est responsio: Jacob enim certens & accuratè confidens quod ipsimet etiam Angeli, mox ut spatum fuit cælum, ascenderent atque descendenter, ipse vero econtra dormiret de hac sua somnolentia & pigritia vehementissime intra semetipsum dolere ceperit; quotiescumque enim de gloria comparanda agitur, observandum

*Serm. in
Epist. A-
scens.*

Gex. 28. 17.

est ad id, quod Ecclesia dicit: Non sit vobis vanum manere surgere ante lucem; quia promisit Dominus coronam vigilantibus.

5. *Viri Galilai.* Hoc nomine celesti curie aulici sanctos appellant apostolos, idque, ut ait S. Bernardinus: Quasi dicant: Vos de transmigratione Christi in cælum, velut Galilai, hoc est, transmigrantes. Et transmigraturi, mirari non deberetis. Sed quid opus erat illos hoc nomine compellare, cur non potius illos vocat apostolos, aut alio eos titulo insignit? O Galilai, o viatores, o peregrini (inquit S. Thomas.) Galilai, dem est, quod transmigrantes. An nescitis quia Galilae estis? an ignoratus quia ex presenti saeculo quam citissimum transmigrabitis? quid ergo statis? quid bareatis? hujus namque vita nostra brevitas, & exercitata futura merito velut efficacia lateribus nostris exhibita calcaria nos excitare deberent. Quid dicam vobis, o desideres, o pigri, o inertes! o labor modicu*s*, & sempiterna latitia! pugna levis, & corona perpetua! o peregrini quid statis? ex hoc vita vestre momento omnis aeternitas vestra dependet; & statis?

Q. Evang.
2.9.39. 6. Quid statis aspicientes in cælum? Sanctus etiam Augustinus suum circa haec verba sensum sequentibus exprimit: Quid aliud dixerunt, nisi nullo modo posse oculos hominum usque in illud penetrare secretum, quo ibat Dominus?

A. Apoſt. 6.1. quod si forte apostoli immensam beatissimam patris pulchritudinem, de qua ex ipomet Christi ore paulo ante intra quadraginta illos resurrectionem ejus immediate consequentes dies tamquam mirabilia audiverant: Per dies quadraginta apparenſeris, & loquens de regno Dei, videre cupiebant; Angeli eos id expectando oleum & operam perdere commonebant, cum verissimum semper sit, quod oculus non vidit, nec auris audiavit, nec in caro hominis ascendit, quae preparavit Deus iis, qui diligunt illum.

7. *Aspicientes in cælum.* Multi quidem cœlum contemplantur, sed eo solū fine, ut planetarum aspectum & influxum considerent, vel ut bona inde ominentur auguria, aut futurorum rerum eventus edificant. Apostoli quoque a Christo paulo ante quam ascenderet, instanter interrogarunt: Domine, si in tempore hoc resitus regnum Israel; at vero sapientissimus Magister

valde providet & circumspicit respondit, dicens: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quia Pater posuit in sua potestate. S. Thomas autem: Moris cœli dinumeras. Et motus cordis ignoras & influentias astrorum discutis. Et passiorum tuarum influentias non discernis? quando tibi est facilior & utilior scientia tui, quam cœli? quanto facilius in te deprehendere poteris ortus & occasus virtutum, quam in cœlo ortus & occasus signorum? tandem quæ ideo Sanctus moralitem quandam adducit praesenti proposito nostro longè utilissimam dicens: Quantæ sapientias ageres, si ex aspectu morum tuorum, futura tua beatitudinis & damnationis indicia percipias quam ex aspectu astrorum de futura tibi prosperitate vel adversitate vanam & mendacia iudicia proferas? considerare in super possumus, quod adhuc liberum in cœlos admittit habere mereamur, e modo nostra sint regulanda & dirigenda opera, ut divinae sint legi penitus conformia; quod quidem ut felicitate assequamur, necessarium non est, ut astrologæ judicariæ studeamus, quin potius serice meditationis oculos in illud, quod Deus circa nos statutus est iudicium, est dirigendum; de quo Angelii dixerunt: Sic venies, quemadmodum visitabis eum ascendentem.

8. Alia quedam, quam ex hac angelorum reprehensione elicere possumus, moralitas in prima Concione, quam idem S. Thomas in hac solemnitate habuit, hisce verbis describitur: Ecce dux uester & Dominus coram vobis pendens iter ascendit; vos post illum properate; quid statis? quamta illum omnis sexus, etatis & conditionis militum caterva insequuntur? quam alacres posse eum in odorem unguentorum suorum tenera etiam virgines & delicati pueri percurvantur? & vos statis? vos sedetis? Considera quanto sit fortunator & melior conditio nostra hisce temporibus, in quibus non per enses, feras, ignem, vel alia similia supplicia ad cœlum evocantur: Non equuleis & tormentis, sed vita mortis, animique continentia possideri non ignoratis; vos o Galilai, o Christiani quid statis?

De quibusdam Ascensionis prodigiis, ob quæ eadem à sancta matre Ecclesia admirabilis appellatur.

DISCURSUS NONUS.

Quid admiramini aspicientes in cælum? Act. cap. I.

Sancta mater Ecclesia verbis pre-citatis, ex Actibus Apostolicis potissimum defumptis, in Missa introitu utitur; ibi namque dicitur: *Quid statis aspicientes in cælum?* oblevandum est autem quod inter omnia alia vitæ Christi mysteria, quæ cuncta admiranda fuerunt, solum Ascensionis mysterium hunc sibi specialiter vendicari titulum, ut admirabile appelletur: *Per sanctam Resurrectionem tuam: per adventum Spiritus sancti paracleti: per Nativitatem tuam: per mortem & sepulturam suam;* de hodierno solùm myllorio dicitur: *Per admirabile Ascensionem tuam;* ac proindè hoc Discursu mysterii hujus mirabilia accuratius nōnihil pondere emus.

Pſ. 8. v. 15. 2. *Admirabilem Ascensionem.* Psalista quondam cecinit, dicens: *Domine Dominus noster, quād admirabile est nomen tuum in universo terra!* Tandem verò hujuscemadmiracionis causam expositurus subjungit: *Quoniam elevata est magnificientia tua super cælos.* Ubi Rupertus Abbas Tuitiensis ait: *Hac est admiratio illa, qua longè antè attonitus in spiritu Psalmista dicebat: Domine Dominus noster, quād admirabile, &c.* Imò ipsimet Angeli in altissimum stuporem absorberantur, prout illa scribitur: *Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Sora?* Unde B. Laurentius Justinianus ait: *Ascendit hodie non nullis ex beatis Spiritibus mirantibus, atque dicentibus: Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Sora?* formosus in stola, gradiens in multitudine virtutis sua? Mirabantur non modicū, quoniam modo humana natura delicto primorum parentum depravata, vulnerata, ac de cælorum exulans regione, illuc tanto cum honore condescenderet. Admiratus est pariter Propheta

**Tom. 2.
tr. 3 c. 2. in
Apoc.**

Isa. 63. 1.

regius eorundem angelorum spirituum stuporem, qui eum in cælos introduceentes, selem mutuo summa cum admiratione interroabant, dicentes: *Quis est iste Rex gloria?* Attollite portas **Ps. 13. 8.** principes vestras, & elevamini portæ aternales, & introibit Rex gloria. *Quis est iste Rex gloria?* Non tam admirantes Angeli, quād stupentes (inquit Eusebius Emilianus) **Hom. 1. de Ascens.** ad magnitudinem novitatis attoniti peregrinam inferri substantiam in stationum suarum excelsa suspiciunt: & idèo honorabilem ad cælos hominem triumphali agmine comitantes, quasi cum exclamatione admirationis interrogant: *Quis est iste Rex gloria?*

3. *Admirabilem Ascensionem.* Pro nobis quidem & ad nostrum commodum creatum erat cælum empyreum: Possidebat paratum vobis regnum à constitutione mundi. Veruntamen quinque millem & amplius anni effluxerant, à quibus nullam unquam animam eteatam intra se futcepserat, erantque soli spiritus angelici, beati regni illius incolæ; ac proindè haud dubie magna in cælis excitata est admiratio, quando natura & caro nostra cælum primitus ingressa fuit. **S. Cyprianus** ait: *Carnem cælo intulit.* Salvator noster fragile hoc naturæ nostræ lutum cælo intulit, illudque non solum & quali cum spiritibus angelicis gloriam sublimavit; verum etiam in aliquam cum Deo & qualitatem evexit: *Sedet à dextris Dei.* **Ipsa cernentibus** est elevatus in cælum, ut nos diuinitatis sua tribueret esse particeps. Verum enimvero quod longè excellentiū est, parem cum sanctissima Triade sessionem habere. **Goffridus Abbas** ait: *Hodiernā die homo in Deo cælos ascendit, & Deus in homine.* **Ascens.** Quis non obstupescat videndo quod homo hac terra vestitus in cælum evoleret, haud secus ac si purus spiritus esset. *Quid difficilius* (inquit sanctus

**Serm. de
Ascens.**

**Serm. de
mo in Deo cælos ascensit,**

& Deus in homine.

Ascens.

Lib. 24.
Mor. c. 8.

Aus Gregorius) quām homini in terra edito, terrena & fragilia membra gestanti, cōlorum alta & confundere, supernorum spirituum arca- na penetrare? In mundi hujus creatione terra collocata fuit velut ingentis machina illius cen- trum, adeoque h̄c locum inter omnia alia ele- menta insimum obtinet; verū quis stupor, quā admītātio est illa, quod hodie terra illa, cui ab ipsomet Deo dictum est; *Pulvis est;* quāque per os Jeremias Propheta lèpīus *Terra, Terra, Ter- ra* nominata fuit, nibilominus non solum super omnia alia elementa, verū etiam super omnes cōcelos in eminentissimam usque cōeli empyrei partē subvehatur? Evidēt primū videri poterat interrogatio quādam valde temeraria, qua queritur, in quānam partē terra cōcelo altior existat; & tamen revera interrogatio mystica fuit, prout ex dato ad eandem reiponito clarius colligitur. Responsum etenim fuit, in cōcelo em- pyreio id videri, ubi sacratissima illa Christi hu- manitas, quā de hac communī massa defūcta fuit, super omnes cōcelos evecta cernitur: *Hodie stupendā novitatem* (inquit Eusebius Emilienus) *super cōcelstes thronos terrenum corpus imponi- tur.* *Sinus carnis humanae,* qui Deum portaverat in terra in supernas sedes Deo subvehente portatur; *divinis humana miscentur, cōlesti- bus terrena sociantur.*

Hom 1. de
Ascens.

Hom 2. de
Ascens.

Serm de
Ascens.

dem, ut jam diximus, *Sedet à dextris Dei.* Undē idem Pater prosequitur dicendo: *Homo in Dei Filio colloatus in cōculo, in sedē majestatis di- vi- nae.* O mirabile exaltationem! (exclamat sanctus Thomas de Villa-Nova) o eximiam ge- Conc. 2. de
Aascens.

neris nostri gloriam? ut homo Angelis praesi- deat, mundum regat, omnibus imperet, & cuncta di- sponat; frater, inquam, noster & caro nostra in cōculo & in terra dominatur & regnat.

5. *Admirabile Ascensionem.* Dux Chri- sto ascendentē naturā infunt, natura scilicet hu- mana & natura divina. *Æqualis Patri* (inquit S. Athanasius in Symbolo) *secundum divinitatē,* minor Patre secundum humanitatem, Ut si autem ex hisce diuabus naturis Ascenso adscribenda venit, quā adeo admirabilis est atque stupenda? tanquam Deus ab æterni Patris sui fini nunquam descendit: *Vnigenitus qui est in* finu Patris; tanquam homo autem cum hisce mortalitatis exuviis ponderosis induitus sit, quo- modo in cōcelum evolare, arque patrem cum Deo

Ascensionem occupare potuit? S. Thomas de Vil- la-Nova in prima Concionē ita scribit: *Sicut corpus in cineres redactum viviscari rursus, & ad auras vitales redire mundo impossibile vide- batur; ita etiam carnem & ossa super astra lo- carti, & ratione & philosophia, & totius naturae ordini adversum & diffidum penitus appar- rebat.* Nullum simile dubium in aliis vita Christi mysteriū sete prodit; nam si fatigatur, si je- jūnet, si ploret, haec omnia à natura nostra derivari manifeste constat; si peccata dimittat, si mortuos ad vitam revocet, id ipsum naturae tr. buendum est divina: at verò quid de admirabili ejus in cōcelos Ascensione dicemus? num forte ad cō- celum quā Deus ascendit? sed obstat videtur quod de semetipso ait: *Cōcelum & terram ego imploeo.* *Dominus in cōculo sedes ejus.* An verò quā homo ad cōcelos ascensile dicetur? majorē id difficultatem in se continet; nam quo- modo lutum istud, illa corporis nostri terra in cōcelum super Seraphinos elevari potuit? *De* nostro fuit, quod Filius Dei pependit (inquit Cīt in
sanctus Augustinus) in Cruce, sed de suo a glossa in c.s. scendit. Att. Apoſto

6. *Admirabile Ascensionem.* In unico mo- mento à monte Oliveti ad dexteram Patris a- Tom. 11, scendit, al neron Astrologorum calculum ad- tr. 36, cucit,

ducit, qui tantam abhinc ad octavam usque sphæram intercedere dicunt distantiam, ut si esset qui per oculo annorum millia sursum semper procederet, ad firmamentum interea temporis pertinere nequaquam posset, ab hac autem sphæra ad cœlum usque empyreum alia major reperitur distantia. Sumpto enim calculo, fac computum supponendo quod concavum firmamento à terra octoginta millionibus milliarum millionibus distet, & tandem spatiū computetur à concavo illius ad ejusdem convexum; quodque super firmamento positum sit cœlum crystallinum; huic autem superimminet cœlum empyreum, quod vastitatis est infinita: & tamen totum hoc infinitum spatiū à terra ad cœlum empyreum usque facrissima Christi humanitas in unico momento & i^un oculi pertransit, prouti paulò antē constata sunt Angeli dicentes: *Hic Iesus qui assumptus est à vobis.*

*Cornel à
Lapidin
A& Ap.
col.*

*Tom. 7^a
serm. 1^b
ar 1.c.3.de
Ascens.*

7. *Admirabilem Ascensionem. Magnam* me-
retur reflexionem, quod S. Bernardinus de de-
votissima illa processione scribit, quam Christus
è cœnaculo Sionis ad montem Oliveti praen-
tibus circiter centum viginti hominibus insti-
tuit, in qua primi Ecclesiastice hierarchie car-
dines aderant, nimirum sanctissima Mater ejus
cum aliis sanctis Mariis; Apostoli quoque &
discipuli omnes; & via Bethaniæ insistens in mon-
tem usque Oliveti eos perduxit. Super omnia
autem admiratione prosequitur comitatum il-
lum & obsequium, quod Salvatori deferebatur,
sicut oculis humanis invisibile, tot videlicet ani-
marum, quae è lymbi nexibus exemerat, tot Pro-
phetarum, Patriarcharum, omniumque aliorum,
qui per legis naturæ & Molaicæ universalem de-
cursum salvati fuerunt, & præter hoc illum con-
fabantur angelorum spirituum hierarchie,
que ut gloriose redherent illius triumphū,

è paradiso ei occurserunt: *Adest itaque dilectus Iesus medius inter eas duas turmas, utroque in seipso invicem mirando amore conne-
ctens; in baculo namque suo sanctissima Crucis pertransiens Jordaniem nostræ mortalitatis, nunc cum his sanctissimis turmis: una in se transformata per gratiam, quam ad tempus relinquebat in terris; altera in seipso glorifica-
ta vel beatificata per gloriam, quam ad sua Ascensionis societatem adducebat, ad cœlos re-
versus erat.* Notandum est autem, Apostolos, discipulos, omnesque alios admirandi hujus triumphi spectatores post hanc processionem ab-
solutus, & Ascensione peradit, solito ferventiores ad persolvendas debitas divinae luæ Majestati laudes protinus fuisse congregatos. *Recessit ab eis, & ferebatur in cœlum, inquit S. Lucas;* ac Lue. ult.
statim subiungit: *Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem, & erant semper in templo lau-
dantes & benedicentes Deum.* Enimvero ut sancta mater Ecclesia fidelium suorum animos ad ingens & præclarum hoc mysterium cele-
brandum tantò melius disponat, ideo in triduo Ascensionem Domini præcedente tres instituit processiones solemnes, in quibus Salvatori no-
stro preces porrigit affectuissimas. Venerab. In Luce
Beda id, quod Apostoli fecerunt, considerans,
nos quoque ad eorum exemplum consecrandum
hisce verbis excitare satagit: *Sic etiam quoti-
dianâ & nos illius etiam meremur benedictione
sublimari, si quotidie triumphalis illius in cœ-
lum Ascensionis memores, laudantes & benedi-
centes Deum in Ierusalem, id est, in superna pa-
ciis sperata jamjamque ac desiderata visione
quiescimus, similes hominibus expectanti-
bus Dominum suum, quando rever-
satur à nuptiis.*

Christi humiliatio , exaltationis suæ causa extitit.

DISCURSUS DECIMVS.

Nemo ascendit in cœlum , nisi qui descendit de cœlo filius hominis . Ioan . cap . 3 . v . 17 .

¶ **I**N celeberrimo illo Catechismo , quo incarnata Dei Sapientia Nicodemum synagogæ principem eruditivit , haec eidem proposuit protestationem ; *Nemo ascendit in cœlum , nisi qui descendit de cœlo filius hominis .* Quæ propositio prima facie à posteriori , veritati minime confona esse videtur ; quia ut Doctor Angelicus ait ; *Nonne Paulus , & Petrus , & alii Sancti ascenderunt ? Nunquid Christus , qui infallibilis & æterna veritas est , ipse metuens promisit :* *Ioan . 12 . 26 . Vbi ego sum , illuc & minister meus erit & Si abie- joan . 14 . 3 . ro , preparabo vobis locum ?* Respondet tamen S. Thomas verissimum esse , quod *nemo ascendit in cœlum , nisi Christus* ; subiungit autem simul & membras sua . Qui autem sunt haec Christi membra ? Iusti , Fideles . S. Augustinus à B. Bonaventura citatus ait : *Propterea ille descendit , ut in illo & cum illo unum essent , qui per illum ascensuri essent .* Hugo autem Cardinalis ita exponit , quæ Redemptor noster dicere voluerat , causam , ob quam ad æterni Patris dexteram sublimatus fuit , hanc unicam esse , quia nimur ex eisdem fini descenderat , ut fragili hac nostrâ humanitatis ueste congereretur . *Nemo ascendit in cœlum , id est , exaltatus fuit , in tan- Ps . 21 . 17 . tum ut esset naturaliter in dextera Dei sedenitus in cœlo : Nisi qui de cœlo descendit , id est de fini Patri abscendit , in carne assumpta visibiliter apparet .* Quomodo enim magis se abjecere posset , quam luto hoc nostro sele vestiendo ? *Formam servi accipiens , adeo ut ille infinita maiestatis & magnificentiae Deus dicere potuerit : Ego autem sum vermis . In hoc datur nobis forma ascendendi in cœlum* (inquit Hugo Cardinalis) *videlicet descendendo . Adhæc obser- Pf . 21 . 17 . vandum est , quod Christus immeiatè post factam gloriæ Ascensionis suæ mentionem , suæ Mansæ Sanctorum Tom . II .*

quoque passionis ignominiam & humilitatem subiunxit , qua mediante ad throni sublimitatem & celitudinem subvehendus erit : *Sicut Moyses exaltavit serpente in deserto , ita exaltari oportet filium hominis* ; id quod de sūi in Cruce facta elevatione intelligitur , à qua omnis eius derivatur exaltatio . *Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum . Insuper trium quoque est alterum illud pariter & Pauli testimonium , quodicit Apostolus : Humiliavit semetipsum , factus obediens usque ad mortem , mortem autem Crucis : propter quod & Deus exaltavit illum , & dedit illi nomen , quod est super omni nomen , ut in nomine Iesu omne genu fleatur , cœlestium , terrestrium , & infernorum , & omnis lingua confiteatur , quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris , que terminus ad quem Ascensionis fuit ; siquidem *assumptus est in cœlum , & sedet à dextris Dei . Observandum est autem , quod non sine mysterio ex monte Oli-* *veti cum tanta gloria ascendere elegerit , siquidem principium dedit probro & mortis suæ agoniae ; ibidemque à carnificibus & hæc toribus velut infamis quidam malefactor captus & vincitus est . S. Cyprianus postquam perspicacissimum intellectum suum in illam adeo gloriosam Ascensionem suam desixisset , dixit : Hac merces obedientie Christi , hac crucis & mortis stipendia . Ex eoque mysterio factum est , quod Angeli Christum victorē in triumpho hodierno cruentum & sanguine conspersum viderint , ajentes : Quis est iste qui venit de Edom , tintinnis uestibus de Bosra ? Valde quoque considerabilis est & mystica hora illa , qua in cœlum ascendere volunt , nimur post sumptum prandium , adeoque post meridiem ; nam Recumbentibus illis apparuit , & paulo post concesserunt ad montem ;* *Isa . 63 . 2 .**

mysti-

mystica, inquam, hora illa fuit, quia paucas ante septimanas eademmet horā in monte Calvariae ē patibulo Crucis pendulus in duorum latronum medio expiravit, ideoque eodemmet tempore tanta cum gloria & maiestate, necnon tot animarum fantarum, spirituumque Angelorum obsequio comitatu stipatus ascendere elegit. Similiter in hoc eodem proposito celebris admodum est texus ille S. Pauli ad Ephesios, in quo dicitur: *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit, primum in inferiores partes terra? qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes celos.* Nam S. Thomas in hujus loci explicatione distinguit: vel enim per inferiores partes terra, terra ab omnibus inhabitata intelligitur, & hoc Filius Dei descendit non motu locali, sed assumptione inferioris & terrena natura; vel per illas terrae partes sinus Abraham intelligitur, in quem anima Christi descendit, ut imbi vinclitos & compeditos liberaret; & utroque modo admodum se profundè demisit. *Quid autem ascendit* (inquit Hugo Cardinalis) *quid est, id est, qua causa est, nisi ista, scilicet, quia descendit?* ecce ordo; si vis ascendere, descendere. Quotidiana nos experientia docet, quod aqua, ut potè elementum deorsum vergens, etiam adverstante natura sursum resileat; licet ad eademmet proportionem, quia descendit, adeo ut tantum sursum sursum saliat, quantum deorsum descendit, & nihil amplius: atque ideo eadem modo vere nos dicere possumus, filium Dei hic in terris humiliis descendere, aut humiliari non posuisse; siquidem sursum versus altius aut sublimius ascendere nequivit, quam sedendo ad dexteram Dei Patris. Et hac forte caula fuit, cur Spiritus sanctus per os Davidi de opprobriis in morte sua perpeccissim loquent, haec ori Christi verba inferuerit: *Sicut aqua effusus sum, aruit tanquam testa virtus mea; circumdederunt me canes multi; concilium malignantium obsedit me; foderrunt manus meas & pedes meos;* in iis namque perspicue videtur, eum de passione ejus differentes; haec autem aqua facta est fons aqua salientia in vitam aeternam; id est, quantum opprobrium sustinuit, tantumdem gloria redundavit: *Propter quod & Deus exaltavit illum. Excelsior cœlis factus.* Cur autem in die Ascensionis super omnes celos ascendit? nimur quia in eademmet hora descendit ad inferos. Quantum descendit,

Epheſ. 4. 9.

Pf:21, 17.

Hebr. 7.

tantundem ascendit. Unde Theophylactus ait: Descendit ad infimas partes, postquam non est aliud quid Nihil supererat infimus, ad quodunque humiliari poterat, atque ideo conveniens erat, ut elevandus sursum, Ascenderet super omnia (inquit idem purpuratus author) ultra qua non sunt alia; neque enim altius ascendere poterat. Nec ante ascendit (inquit Tertullianus) in sublimiora celorum, quam descendit in inferiora terrarum. S. Athanasius Christum ad dexteram Patris collocatum esse dicit, ut supremas coeli terreneque judex agnosceretur. Ideo que Angeli dixerunt: *Sic veniet quemadmodum vidisti eum ascendenter in celum.* Dicit itaque Sanctus: Qui paulo ante sub Pilato iudicabatur, hodie in celo iudex solium occupat: cuius Indiacis spinis caput coronatum, is divina dignitatis diademate cingitur. Salmeron ex illis verbis supradictis in alio quodam discursu ponderatis: *Sedet a dextris Dei, hoc in Christum ex humilitate sua redundantis gloria: argumentum elicit: Quatenus homo, Dominus omnium significatur; servi enim sunt, Domini sedentes: dum enim uixit, tanquam minister stetit Dominus; et in celo sedet tanquam Dominus in dextera Patris.* S. Joannes Damascenus circa hoc mysterium breve quoddam instituit capitulum, è quo ad præsens propositum nostrum pauca quidem, attamen valde significantia verba deserviunt: *Te, qui usque ad extremum terræ descendisti, hominibus salutem attulisti, ac per tuum ascensum eundem in altum extulisti, celebamus.* Enitaverò non solus ipse ascendit, verè & nos super celos extulit, regni sui nos participes efficiendo. Etenim S. Bonaventura serm 3. de præ omnibus aliis exaltationem Christi ejus humilationi attribuit: *Merito super omnes est exaltatus, qui fuit super omnes vilificatus.* Pro cuius majori evidencia S. Thomas pulchro ordine inter se comparat Filii Dei dignitatem, & Ascens. Passionis eius ignominiam, dum ait: *Quanta maiestas! sed semetipsum exinanivit formam servis sui accipiens: quanta humilitas! sed usque ad quid? usque ad formam servi, usque ad alapas, usque ad irrisiones, usque ad flagella, usque ad mortem Crucis, & descendit maximum! & profundissimam humilationem!* audi nunc similem & correspondentem à justo Deo exaltationem: *Propter quod & Deus exaltavit il-* Lib. de Ascensione, c. 53
Orat. de Ascens.
Tom. 12.
Tr. 35.
De Ascens.
Ascens.
Conc. 2. de Ascens.
lum,

lum, & dedit, &c. Ecce quomodo descendit; ecce quomodo ascendit: eisdem enim gradibus, quibus descendebat, rursus ascendit. Considera autem tres gradus, quibus descendit, modo sequenti: Tribus gradibus Filius Dei descendebat, scilicet usque ad formam servi; usque ad passionem; usque ad mortem: & per eosdem ascendit. Quia inter nos servus factus est, exaltatus est, tamquam supremus quidam Monarcha super omnes creatureas, juxta illud: *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Quia inquam a Pilato tulit sententiam, ideo judicari potest ei in retributionem collata fuisse noscitur. Quia in Cruce pro universalis omnium salute mortuus est, ideo omnia immortallitatem meruit & aeternitatem. Inde exaltatus (concludit B. Thomas) unde prius fuerat humiliatus. Sanctus Bernardinus in sermone quodam de praefenti festivitate, deo: è meditatur, quòd quia Filius Dei ex parte naturæ divine nihil habebat, unde posset humiliari, ideo naturam assumperat humana: demum verò viam & methodum ad corrum pervenienti semetipsum præscriperit: *Vade & tu fac similiter;* neque enim ascendere potes, nisi descendenter, quia aeterna lege fixum est: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur;* & quise humiliat, exaltabitur. O per veritas & abuso filiorum Adam! quia cùm ascendere difficultissimum sit: ipsi & leviter ascendunt, & difficilius descendunt, parati ad honores & celstitudines.

Cong. 2. de graduum Ecclesiasticorum ipsis etiam Angelis humeris formidandos. Quid enim (inquit idem S. Thomas) per humiliatem Christus sublimatus est in gloriam suam, & tu per superbiam exaltaberis in alienam? Et paulo post: Non per dignitatis, sed per virtutis & humiliatis gradus est ascensus in celum. Eadem reprehensione hodie ambitionis aggreditur Eusebius Emilianus, dum ait: *Cum humiliatio magistro non ascendit superbia.* Et Hugo Cardinalis in eodem sensu loquitur dicens: *Sic oportebat Christum descendere, ut nos ascenderemus doceremur;* cupidi, siquidem sumus ascensi-

nis, exaltari cupimus omnes; nobiles enim creatura sumus; sed va nobis, si voluerimus sequi eum, qui ait: *Sedebo in monte testamenti.* Hunc sequuntur, quibus dominandi libido dominatur: iste est mons quem ascendit *Angelus,* & diabolus factus est. Observandum est igitur, quòd in Ascensione Christi ejus humilitas vel maximè eluxerit; siquidem in innumerabilis populi conspectu, tempore Paschali, in facie universæ Hierosolymæ, in duorum latronum medio visibiliter crucifigi voluit; & tamen dum in celum ascendit, non nisi pauculos, id est, centuria viginti homines, extra mœnia Jerepolymitana in loco solitario, nec paßim obvio alcendere voluit, adhibito tamen immenso animarum & spirituum beatorum comitatu, licet is humanis esset oculis invisibilis. Ex qua observatione Salmeron sequens elicit duxumentum: *Quo nos Tradit. 36. doceret, ut solo conscientia testimonio contentissimus, que magna est gloria, & solida, atque ut mundi gloriam negligamus.* Ad præfens quoque propositum de hac modestia & humilitate Christi Didacus Stella optimè scriptit: *In Luc. Gloriosissimam Ascensionem & tam mirabilem, & gaudium discipulorum, Matrisque ejus sanctissime, videntis Christum ascendere tantam majestatem, & Angelorum apparitionem significare volens (S. Lucas nimurum) inquit: Recessit ab eis, & ferebatur. Econtra verò quando de eius passione & morte agendum erat, Evangelista nequaquam adeo succincti fuere, quin potius ex particulari impulsu spiritus sancti omnia illius improperia accuratè descriperunt: Quo quidem condemnatur nostra superbìa & insolentia, qui cùm de honore nostro ac laude agimus, verbi omnia obtundimus, & aliquando plus vero narramus: virtus autem nostra atque defectus tacemus, nec ullum verbum de eis esse volumus.*

Hom. 1. de Ascens.

Christus in cœlum ascendit, ut viam nobis pararet, nosque illuc
invitatos ibidem præstolaretur.

DISCURSUS VNDECIMVS.

*Ascendit iter pandens ante eos. Mich. cap. 2.
vers. 13.*

Ser. 2. a. 3. l.
c. 2.

Conc. 2. de
Ascensi.

ferm. 1. de
Ascensi.

Sicut Bernardinus inter alios Ascensionis Domini nostri esse dicit, hanc Michæl prophetiam ponderans, hunc quoque enumerat, quod scilicet viam cœli nobis non solum aperuerit, sed & demonstrabit; unde vocatur *via cœlestis ostensio*. Leo in term. 1. de hodierna festivitate & ipse hunc in modum scribit: *Quia Christi ascensio, nostra proeclita est. & quo processit gloria capitio, eō spes vocatur & corporis; dignis dilectissimi exultemus gaudiis, & piâ gratiarum actione latemar;* hodie enim non solum paradiſi posseſſores firmati sumus, sed etiam calorum in Christo superna penetra vimus. Sicut igitur Dei Filius in nostrum commodum & utilitatem de celo descenderebat, inquit sanctus Thomas de Villa Nova, ita quoque in nostrum ingens emolumentum eō denuo ascende re voluit: *Grandia itaque nobis utilitas ex Domini Salvatoris ascensi accreuit; nam qui propter nos descendebat, propter nos quoque ascendere dignatus est; descendit propter iustificationem nostram, ascendit propter glorificationem nostram, descendit ut praefarer satorem, ascendit ut pararet mansionem.* Via cœli haec unus penitus ignota erat, quia post primam ejus creationem nullus unquam viam istam calaverat. *Plusquam quinque millia annorum transieram* (inquit in sacculo quo vixit, Albertus Magnus) quod nullus ascendebat in cœlum: unde quasi ignota erat via. & propter hoc oportuit, quod Dei Filius primus eam panderet, & notam faceret animibus electorum. Porro sanctus Augustinus interrogat: *Qui est qui descendit? responderet: Deus homo. Qui est qui ascen-*

dit? idem ipse Deus homo. Consequentia autem, quam exhibet præmissis elicit, est, quod homo à Deo delatus est in cœlum: *Quod pro te suscepit, levavit in cœlum, terrenumque corpus fecit Lib. 4. de cœleſte; regnat homo iam susceptus à Christo Symb. ad ad dexteram Patris sedens.* & ut sui ab illo regnum accipiant, invitatur, horretur, festinet ad eum omni anima, quæ a vido est gloria. Quis est qui nesciat, quā le Christus Deus noster avidus demonstrat ad nos possessione cœli invitendos & donandos? Adumbratus est in pastore illo, qui relictus in deserto nonaginta novem ovibus, tantis cum laboribus, fudoribus & fatigationibus corporis ovem perditam, id est, naturam, per avia & devia perquisivit, inventamque humeris suis imponens planè latius & festinus ad ovile perduxit: *Ingenti gaudio triumpans* (inquit sanctus Epiphanius) *ovem humana natura humeris impositam Patri obtulit.* Et sanctus Joannes Damascenus ait: *Vagam naturam humeris suis sublatam, o Christus, in cœlum ascendens Deo ac Patri obtulisti.*

2. Porro quemadmodum sibi Redemptor noster in hac suâ ad cœlos ascensione finem propositum habuerit, Ivo Carnotensis nos docet, dum ita scribit: *Hac hujus solemnitatis est ratio, ut De Ascensio Christum ad dexteram Patris jam regnare credamus.* Quo autem fructu & utilitate nostrâ id factum sit, deinceps declarat, dicens: *Et interim eum quasi gressinus virtutum alius, charitatis scilicet & ipsi subsequamur: ut cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum eo sine fine regnemus.* Enimvero certum est, quod nos ulque ad universalem corporum nostrorum resurrectionem cum Christo in glorificato corpore regnaturi

turi minimè simus; interim ipse hodie in corpore glorioso in cœlum ascendere voluit, ut nos quoque gloriae animæ, & suo etiam tempore gloriae corporis participes efficeret. *Ascendit Christus,*
Tom. 3. serm. 2. de (inquit S. Bernardinus) in cœlum scilicet, ut nos intrmitteret in corporalem possessionem regni cœlorum, ut tam corpore quam animâ glorificaremur in eo: nam Christi divinitas est gloria animarum; sic eius humanitas est gloria corporum beatorum scilicet quia ad objectum. Quando

Angeli dixerunt: Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum; ex mente S. Bernardini Per illud satis insinuant, quod sicut se ipsum in cœlum assumpit, seu à Patre assumptus erat; sic adeos & omnes electos in cœlum assumendos veniret, & una cum eis tanquam caput cum membris totus integer in cœlum abiaret. Solet quidem contra nostram in cœlos assumptionem ex illo loco Scriptura: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis talis fieri obiectio: Si nemo ad cœlos ascendere potest, nisi qui inde descendit; quid igitur frustra contendimus? quid frustra laboramus?

Cont. 2. de Ascens. (aut S. Thomas de Villa Nova) ut quid jejunii, orationibus & lachrymis quotidie nos ipsos anteriorum? ut Martyribus, ut Virginibus, ut Anachoretis, & ceteris mundi contemptoribus?

Hoc tamen dubium ipse cum S. Augustino hunc in modum refolvit: Solus Filius Dei & hominis ingressurus est cœlum, solus, in qua & totus; annon cū illo manus, pedes, brachia, & cetera ejus membra condescendent? Sumus nos, teste Apostolo, membra ejus viva, non omnes, sed qui ei simus & charitate adhesimus. Idemque Augustinus, postquam hunc textum adduxisset, subiungit, nequam nobis dissidendum aut dubitandum esse, qui in cœlestem illam mansionem nostrum quoque pedem illatur simus: Hoc dictum est propter unitatem, quo caput est nostrum, & nos corpus ejus; cum ascendit in cœlum, nos ab illo non separamur, qui de cœlo descendit; non nobis in uidet cœlum, sed quodammodo clamat, me estote si ascendere vultis in cœlum; in hoc ergo ipsi interim roboremur, in hoc votis omnibus & suemus, hoc meditemur in terra, quod computemur in cœlis.

3. Enimvero verbis ad sufficientiam exprime re nemo valet, qualis fuerit Dei nostri solicitude

ad regnum suum nobis communicandum. Etenim si illud pro nobis creasse expressè protestatur, dum ait: Possidete paratum vobis regnum; nos quoque illud in oratione quotidiana indies postulare docut: Advenias regnum tuum; in super voluit ut aeternum Patrem suum, nostrum quoque patrem confidenter appellaremus, dico: Pater noster quies in cœli; ut hac ratione haud obscurè intelligeremus, sursum esse habreditatem nostram in supernis, eoque nobis adspirandum esse; quia si filii, & haredes. At video David dicebat: Vnam petit à Domino, hanc Ps. 26. 4. requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita mea. Postquam Christus coram Apostolis de Ieo ex hoc mundo recessu locutus fuisset, eoque propterea incestos & conturbatos videret, eo protinus consolatus est dicendo: Non turbetur cor vestrum; in domo Patris mei mansones multæ sunt: si quo minus dixisse vobis, quia vado parare vobis locum; & si abiiero, & preparavero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum; & ubi sum ego, & vos sitis, & quod ego vado, scitis & viam scitis. Idemque Salvator noster hauc pro nobis supplicata terreno Patri porrexit: Pater quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi. S. Thomas de Villa-Nova considerans quod Christus expressè se ideo ascendere dixit, ut nobis locum in cœlo pararet, exclamat: Non vult regnare solus; omnibus nobis regna paravit; expectat nos frater noster, dilectissimi, Ascens. *Cont. 2. de properemus, festinemus exire de carcere, & colessemus cum illo divitias possidere.* Quodli certo nobis constaret, quandam è fratribus nostris Regem factum nos summo cum desiderio expectate, ut unam cum ipso regnaremus: nunquid alatus ad ipsum pedibus contendemus pervenire? Et nos tantum dignitatem & gloriam nobis paratam & promissam negligemus? Ideo S. Thomas in Conciione tertia curiosum quoddam proponit dubium, cur videlicet Christus, qui eo sine in terram descendit, ut nos quoque in cœlum extolleret, hoc non obstante, postquam eo fine triginta tribus annis nobiscum commoratus fuisset, tandem nihilominus sine nobis ascenderit? Num forte mutata in gloriola resurrectione facie sua, voluntatem pariter mutavit? aut omnimodam nostri memoriam depoluit? Minime gentium!

Isa. 48. 15

Nunquid oblivisci potest mulier infantē suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblitia fuerit, ego tamen non obliviscar tui; ecce in manibus meis descripta est, illa que vulnerum memoreret cicatrices in tui memoriam in meo corpore reservavim. Quid ergo bone lesi? cur tam citò rediisti? cur sine nobis ascendisti? securata gloria tua erat, cur non expectasti nos? Quantum solatiū, quantum securitatis & gaudiu oīib⁹ tu⁹ hac tua præsentia contulisset! Demum vero cœptum discursum prosequitur, ostendendo quod per ejus prælentionem fideles hoc commodum retaliuerint, quod scilicet persecutions tyrannorum, supplicia, & quævis alia hujus vite aduersa illis minimè graves futuræ fuissent: Nihil tam durum, nihil tam acerbum, quod non tuis eloquio molliretur; Oves tuas, quas tanto pretio comparasti, inter atroces iuspos relinquis, & tu ad cœlestia tutus migras & ubi pietas? ubi viscera illa charitatis fragran-sia? hec in cura gregis? hac sollicitudo tuo

rum? tandem vero conclusio, in qua totus hic sancti Archiepiscopi discursus terminatur, in favorem nostrum cedit; dicit enim: O verè magnum pietatis sacramentum, mirandumque divine dispositionis consilium! qui propter nos venerat, propter nos rediit, nos illi adventus causa, nos causa regressus: sic utique nobis expiebat, sic oportebat ne citò rediret; natus propter dilectionem nostram, ascendit propter glorificationem nostram, in quorum omnium confirmationem illud adducit Davidis oraculum: Exurge Domine Deus meus in precepto quod mandasti & synagoga circumdabit te, & propter hunc in altum regredere; vix etenim celos jam ascenderat, cum ecce Evangelium omni populo predicatum fuit, omneque gentes fidem Christi amplectentes paradisum tot deinceps Martyribus, Virginibus, Confessoribus, totque alii: amabu-s sanctis impleverunt, ut numerari vix possint.

Varia bona considerantur, quæ ab Ascensione Domini in nos sunt derivata.

DISCURSUS DODECIMVS.

*Expedit vobis ut ego vadam. Ioan. 16.
vers. 7.*

Eusebius Emissenus Homil. 1. de hodierno festo, bona immensa, quæ à Christi in celos Ascensione in nos derivantur, considerans, hanc solemnitatem ipsiusmet natalis Domini solemnis superiorēm præclariorēmque esse existimat: Ille Nativitatis dies Dominum ac Salvatorem nostrum terris dedit; hic cœlo rediit: in illo Dominus verè hominem se esse in Incarnatione confessus est; in hoc verè Deum se esse in Ascensione testatus est; in illo virginalis templi; in hoc cœlestis regnū secreta patet fecit: in illo die descendit redempturus nos; in hoc ascendit gloriatur: in illo salutis nostra inchoatio; in hoc perfectio continetur: in illo cœpit promissa; in hoc beneficia consummatum. Et quidem bona illa, quæ per suam in cœlum Ascensionem in nos derivantur, omnia considerabilia sunt, & in magno numero constiunt. Quando sol ab horizonte irradiare incipit, quot bona omnibus rebus creatis tunc communicat: S. Bernardinus illum Ecclesiastici textum adducit, dicentis: Oritus sol & occidit, Tom 3. & ad locum suum revertitur, ibique renascens seruit, gyrat per Meridiem, & flebitur ad Aquilonem, lustrans universa per circuitum; haecque verba Christo Redemptori nostro hunc in modum applicat:

plicat: Sol iste Christus est. Vnde Malach. 6. Oriens nomen ejus; occidit in passione; ad locum suum revertitur in Ascensione, ibique renascens scilicet effectivè, quia nos fecit renasci per aquam & Spiritum sanctum. Est tamen hec inter solem materiale, & solem justitiae Christum differentia: quod dum ille à nobis recedit, horrida hyems succedit, glacie, nimbis & tempestatibus abundans; & tamen non ita fiat dum sol ille divinus paradisi horizontem ascendet. In hoc die beneficia consummavit, ut di-
quum est. Et S. Leo addit: Ineffabil modo capi-
t esse divinitatem præsentior, qui factus est huma-
nitate longinquior.

2. Ascensus Christi juxta opinionem S. Au-
gustini fidem confirmat & stabilit ejus divinitatis.
Unde verba illa quondam Magdalene
Serm. 155. qta: Noli me tangere; nondum enim ascendi ad
Temp. Patrem meum ponderans, interrogat: Maria
non poterat eum tangere in terrastantem, &
poterat tangere in celo sedentem; & tamen in-
quit sanctus hic Doctor, Apostolis suis dixit:
Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa
non habet; & S. Thomas Apostolus cicatrices
ejus tetigit; adeoque veluti per os Christi lo-
quens concludit: Quod me vides, hominem so-
lum putas, Patri aequalem esse adhuc nescis;
ascendam ad Patrem meum, & tunc tange: tibi
ascendo, quando intellexeris aequalem; tangere
credere esse puto.

3. Adhuc per Ascensionis sue arcum trium-
Serm. 1. de phalem idem, pacis insigne erexit. Revertitur
Ascens. ad celos (inquit S. Bernardinus) tanquam bonus
mediator facta pace & concordia, quoad homi-
nes; tanquam strenuus pugnator, habita victo-
riam quoad demones. Primum quoque Ascensio-
nis fructum esse recenset, quod velut Advocata-
tus noster dexteræ Patris affideat: Primum frus-
tus Ascensionis est, Patris exortatio. Vnde He-
breor. 9. Apostolus ait: Iesus intravit in celum,
ut appareat nunc vultui Dei pro nobis;
quot vulnera pro nobis suscepit, tot linguis ha-
bet, quibus pro nobis apud Patrem intercedit.
Sicut enim Moliaæ legis summus Pontifex post
oblatum à se sacrificium, ad intercedendum pro
populo, ingrediebatur Sancta Sanctorum; ita
quoque conveniebat, ut hic Pontifex eternus
post suipius sacrificium cruentum in altari Cru-
cis oblatum, paradisi sanctuarium ingredieretur
ad placandam divinam justitiam. Et sicut anti-

quis ille sacerdos in Rationali & superhumera-
li descripta ferebat duodecim tribuum Israëlis
nomina; ita quoque Christus omnes nos celo
empyreo intulit, In manibus meis descripsit. Isa. 46. 16.
Advocatum habemus apud Patrem, id est ascen-
dit (inquit S. Augustinus) ut nos desuper prote-
geret. Ac proinde sanctus David hanc ad celos
de Temp. Ascensionem Christi propheticò spiritu prævi-
dens, dicebat: Mitte manum tuam de alto, eri-
pe me, & libera me de aquis multis, de manu
schorum alienorum. 5. Bernardinus de Chri-
sto hodie ascendentे scribit: Corroboravit mi-
sericordiam suam super timentes se, secundum serm. 2. de
altitudinem cœli à terra, ut maiores cumulos
misererationum Domini sentiant, quā sit spatiis
inter cœlum & terram. Albertus Magnus ean-
dem S. Bernardini rationem ad illā questionem,
cū Christus vulnera sua retinuerit, allegat: Ut
ad interpellandum pro nobis Deo Patri signum
sue victoria representaret cicatrices suas.

4. Alia adhuc utilitas ab Ascensione in nos
derivata est, numerum quod nobis in celo pra-
paravit locum qui nos capiat, Vado parare vo-
bis locum. Quamvis locus gloria (inquit Bona-
ventura) sit ab eterno preparatus electi; tamen Serm. 3. de
Christus specialiter locum preparavit, quan-
tum ad effectum; quia obstaculū removit, quia
placavit Patris offensam; mandavit nostram
conscientiam, & aperuit cœli janum. S. Ber-
nardinus similiter super hac præparatione loci
nostrī, pro qua instituta Christus te hinc abi-
turum esse dicit, tuas instituit considerationes:
Beatus vel locus ejus non indigebat aliquā Ser. 2. 4. 3.
præparatione, ipsi tamen electi sunt qui prepa-
ratione indigent, ad hoc quid possint consequi-
beatitudinem, quando ergo Salvator ait: Si abi-
ero & præparavero vobis locum, intelligendū
non est quod in cœlesti gloria ascendendo aliquā
præparaverit; sed quia per Ascensionem suam
dono Spiritus sancti fidelibus misit, per qua pre-
parantur corda eorum ad consecrationē gloriae.
Et subdit: Iterum veniam, scilicet ad pra-
parata corda, & accipiam vos ad meipsum:
venit quippe ad accipiendum fidèles in hora
mortis.

5. Alius quidam Ascensionis effectus fuit (ut
S. Bernardinus inquit) quod per ipsam natura
nostra honorata fuerit; siquidem illā die to-
ta Curia coelestis adoravit Christum, ac pro-
ipdē sacratissima ejus humanitas tantam sibi ve-
nerat.

Serm. cit.

nerationem conciliavit, ut licet Angeli in antiquo Testamento se à nobis adorari permiserint; in novo tamen Testamento post Christi incarnationem nequam amplius permittere præsumperint. Naturam nostram (inquit Albertus Magnus) super omnes Angelorum ordines exaltavit. Licet quondam de corpore nostro dicum fuerit: *Pulvis es; hic tamen pulvis adeo deinceps honoratus fuit, ut factus sit immortalis.* Unde S. Athanasius ait: *Etiam si terrassis, cœlesti tamen ascendas.* Ipsiſſima illa caro, quæ alias totantique penalitatibus subiicitur, donec tandem corrumpatur, & in monumentis in cinerem convertatur, hodie indubitate obtinet impossibilitatis, subtilitatis, agilitatis, claritatis, & immortalitatis arriham. Descendit Deus usque ad passiones carnis (inquit S. Thomas de Villa-Nova) ascendit caro usque ad proprietates Dei; ejusuram namque, scire, lassari, fatigari, pati, mori, passiones carnis sunt; has Deus assumptis, ut caros fieret impossibilis, incorruptibilis,

Serm. 178.
de Temp.

Serm. 47.

Serm. 2. de
Ascens.Serm. 2.
ar. 34. 10.

immortalis, perpetua, sicut Deus (verba sunt sancti Augustini calamo dignissima) recepitse intra velamina divina cum carne Majestas, didicit cœlum portare hominem, atque sub pedibus Christi famulantia ethera jacuerunt. S. Petrus Damianus fines, ob quos de cœlo descendit, ponderat, ac tandem dicit: *Descendit ut peccata nostra portaret; ascendit vero, ut divinitatis sue nos participes faciat.*

6. S. Bernardinus alium quendam Ascensionis frustum considerat, dum ait: *Manipulus primiarij nostrarum Christus oblatus est ad dexteram Patris assumptus.* Post primicias alii fructus veniunt; etenim in Christo ascidente Arthabonem quasi habemus ad paradisum, per quem certificamur nos quoque ad illum adiutum sine contradictione habituros. *Tu es qui resti-
tues hereditatem meam mihi* (inquit S. Bernardinus in hodiernâ festivitate scribens de Christo) *hanc quidem hereditatem amiserunt pri-
mi parentes, propter crimen lese maiestatis;* quia voluerunt esse sicut Dii. Unde Augustinus ait: *Voluerunt rapere divinitatem, & amiserunt felicitatem;* sed hac hereditas, qua per quinque annorum millia amissa fuerat, per Christum in resurrectione. & potius in Ascensione restituta est. Quemnam ex hac festivitate majorem fructum prætendere possumus.

quād quod per illam cœlum nobis apertum esse videamus? Ecce jam porta patet, quam clausa-
rat Adam, inquit S. Augustinus; hæc porta ape-
ritur, referatur, imo ex ipsis cardinibus eximitur;
*Attollite portas principes vestras, & elevamini
porta aternales.* Verum enim vero quid opus erat, ut portæ cœli illo die extra cardines levatae in terram deicerentur, quando nullus alius præterquam Salvator in corpore glorificato, & cum illo anima & spiritus beati, tametsi in numero valde ingenti cœlum ingrediebantur? ex quo enim Christus etiam per januas clausas cœnaculum ingressus est, utique etiam cœlum in-
gredi potuisse, absque eo quod portæ illius de-
jicerentur e cardinibus. S. Ambrosius ait, id fa-
cium esse: *Quia non unus homo sed totus in o-* Lib 4. de
mnium Redemptore mundus intrabat. fide.

Serm. 278.
de Temp.

Ps. 34. 14.

7. *Injustitia ante nos ambulavit, & posuit in via gressus suos.* Ecce tibi verbi illi indica-
tam aliam quandam Ascensionis utilitatem. Ni-
hil enim est quod viatori alicui, quando viâ incognitâ graditur, acceptabilius esse possit, quād videre vestigia eorum, qui eadem viâ usi sunt eundo. Hoc fuit propriissimum mysterium huius motivum, ob quod Christus in monte, ex quo ascendit, vestigia sua impressa reliquerit, ut hac ratione unicuique nostrum animum & cor adderet eadem viâ, qua ipse am-
bulaverat, gradienti, id est, patiendo confor-
miter ad ejus exemplum. Adrichomius in Je-
rosolymæ descriptione, ex forma vestigiorum Christi, quæ in lapide illo, quem ultimo pedibus suis visibiliter calcavit, impressa reliquit, clare ipsum Romanus versus convertit sive deducit. *Qui ascendit super calum cœli ad O-
rientem;* quasi vero hic specialius benedictio-
nes suas in majori copia deplucret, majorem Rome promittendo assilientiam. Perspicue
namque videtur, quod fideles hic magis, quād in ullo alio loco vestigia ejus sequantur in toleratis pro ipso tormentis & doloribus, de quibus sanctus Petrus ait: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus;* siquidem Romæ numerantur trecenta millia Martyrum, qui vi-
tam & sanguinem pro ipso fuderunt. Sanctus Thomas de Villa-Nova super illa verba Cantici Canticorum: *Veniat dilectus meus in hortum Conc. 3. de
suum,* se reflectit, præcipue vero quod paulo Ascens. post

Num. 192.

Ps. 67. 4.

post dilectum suum ad patiendum inviteret: *Fuge, revertere. Quanam hac levitas, ô sponsa! modo vocas, modo rejici? Mox vero dubium istud resolvit di-endo, quod ipsius ad flores colligendos invitavit: Ô pulcherrimas rosas! ô placidissima lilia Virginum, & Martyrum animas nives purpureo que candore vernantes! has monet sponsum colligere, & Patri suo gratissimam fide, velut canistro deferre, propter quod & monet, ut redeat, non quidem levitate farniente, sed quia sic noverat expidire. Idemque Sanctus in alia quædam concione, quæ est secunda in ordine, textum illum Davidis declarat dicentis: Et*

erit firmamentum in terra in summis montibus, superextolleretur sicut Libanus fructus ejus, & florebunt de civitate sicut fænum terra. Quando enim fructus ille, de quo scribitur: Benedic fructus ventris tui, super Libanum naturæ Angelicæ, & super cedrissimas empytæ cedros exaltatus fuerit: Tunc rorem Spiritus stellatibus cœli in nostra hac civitate arida prius corda florebunt, sicut fænum terra. O quales tunc Martyrum & Virginum flores, quam candidos & purpureos flosculos Ecclesia pullularit! ô quantæ Spiritus viriditate vernauit!

Varii gradus, per quos in cœlum ascenditur, nimirum varijs actus virtutum, & detestationes vitiorum.

DISCURSVS DECIMVSTERTIVS.

Ascensiones in corde suo dispositi in valle lachrymarum: ibunt de virtute in virtutem. Ps. 83. v. 8.

Sicutus Propheta David pulchri-
tudinem paradisi, quando is in A-
scensione Christi aperiendus e-
rat, in spiritu prophetico prævi-
ens, Psalmum 83. exorius est di-
cens: *Quam dilecta tabernacula
tua Domine virtutum, con-
cupiscit & deficit anima mea in atria tua; pau-
lo post subiungit: Beatus vir cuius est auxi-
lium abs te. Ascensiones in corde suo dispositi,
seculicet gradus vel scalam, per quam ad domum
illam cœlestem ascendas. Inquit Hugo Cardina-
lis. Hec scala & gradus à nobis in cordibus no-
stris fabricandi quales esse debeant, propheti-
cum declarat oraculum, dum ait: *Ibunt de vir-
tute in virtutem, videbitur Deus deorum in
Sion. Est autem hæc Ascensio (inquis S. Augu-
stini) non pedibus, non scalis, non pennis; & iao-
men si interiorem hominem attendas, & pedi-
bus, & scalis, & pennis: nam si non pedibus,
quomodo dicit homo interior: Non veniat mihi pes superbia? si non scalis, quid sunt quae vi-
ti Mansi Sanctorum Tom. II.**

*dit Iacob, ubi erant ascendentis Angeli & de-
scendentis? si non pennis, quis est qui dicir? Quis
dabit mihi pennas sicut columba, & volabo &
requiescam? Idem vero sanctus Doctor decla-
rat in super quo modo ha scala, ha penna, &
ha gressus pedum interpretandi sunt: In his rebus
corporalibus aliud sunt pedes, aliud scala, aliud
penna; in ipsis autem & pedes, & scala, & pen-
na affectus sunt, & bona voluntates; his ambi-
temus, his ascendamus, his volemus. Similiter
et Prosper quales illi gradus sint, per quos nobis
ad fruendum Deo in paraditum concendendum
est, clare nos docet, dicens: *Ascensionum ad
Deum sunt gradus pietatis affectus; iter ipsum,
voluntas sua est; amando accedit, negligendo
recedis; constitutus in terra Deo jungitur, quia
qua Deo chara sunt, diligis. Idem quoque san-
cti Augustini sensus fuit, qui considerat quod
quanto quis ardenter Deum amat, tanto am-
plius & altius ad Deum ascendat, dicit: *Ascen-
sus in corde ejus, quia ascensiones in corde (ia-
quæ David) Facit illi gradus, quibus ascendat.***

Vbi illi facit gradus? In corde. Quanto ergo plus amaveris, plus ascendes. Namrum oculum tuum in immensam distantiam direxit, quæ est inter nos & cœlum, in quod ascendere contendimus. Ubinam vero scala est quærit S. Augustinus

In Ps. 122.

Serm. 4. de Ascensi.

Serm. de Ascensi.

Conc. 2. de Ascensi.

Hom. 1. de Ascensi.

*Ascendimus in cœlum, si cogitamus Deum qui ascensus in corde facit. Quid est ascendere in corde? proficere in Deum. Enimvero vel in curru ad cœlum ascendere volumus, vel per scalam altius pertingeremus; tandem autem Bonaventura utrumque ascendendi modum pulchre nos docet, dum ait: *Hujus scala duo sunt ligna principalia; amor Dei, & proximitas gradus vero sunt timor, castitas, patientia, veritas, &cetera virtutes.* Quis autem currus ad id nobis serviet? *Currus sunt boni fructus, & status bonorum hominum:* ascendunt ergo quidam in curu in statu conjugali, quidam in viduali, quidam in virginali; sed quatuor rotæ sunt necessariae in curru ad descendendum, de quibus Psalmista: *Quis ascendet in montem Domini?* Ceterè innocens manibus, ecce una rotæ: & mundo corde; ecce alia rotæ: qui non accipit in vano animam suam; ecce tertia: nec jura vitæ in dolo proximo suo; ecce quarta. Verum dicet fortale aliquis: *Nanquid Ascensio admirabilior futura fuisset, si facta fuisset ex infinita valle?* cur igitur Christus montem pro sua Ascensione elegit? Namrum ad denotandum nobis, ascendere volenti in cœlum opus esse, ut prius montem confundat perfectionis. Ac prouide observandum est, quod quando Christus octo illas beatitudines, quæ sunt veluti gradus quidam, per quos ad supernam Jerusalēm ascenditur, tradidit, in monte quodam constitutis fuerit. Verum ne pro ignorantia te, quod non ascendas, excuses, (inquit B. Laurentius Julianus) præceptorem cœlestem in monte vertice cum discipulis residentem, perfectionis monita proferentem, audi quas dixerit quodam spirituales instituerit gradus: *Beati pauperes spiritu.* Rotæ autem, quas S. Bonaventura considerat, à S. Thoma de Villa-Nova gradus appellantur: *Ei quatuor sunt gradus, per quos in vitam ascenditur, scilicet innocentia in vita, puritas in corde, fructus in opere, veritas in sermone.* Alii quatuor gradus ab Eusebio Emilieno calcati fuere: *Ascendamus post eum compunctione, benevolentia, concordia, charitate.**

*2. Ibunt de virtute in virtutem. Ecce qualiter virtutes Christianæ gradus quidam sunt, per quos in altum ascenditur. Salmeron scribit, Tom. II. quod hoc mysterium foreat omnes virtutes. tr. 35. Fidem quidem, quia est substantia rerum spendorum, argumentum non apparentium; ac proinde scum Christus nunc post Ascensionem in cœlo absconditus degat, nec hic in terra amplius miracula patrare videatur, utique fides nostra maius habet meritum. Nutrit & spem, non solùm quia Ascensio Christi est veluti bottus ille è terra promissionis adiectus, qui Israelites terram illam invadendi animum & vires suggessit; siquidem videntibus illius elevatus, ac proinde magnam illum deinceps insequendi spem conceperunt; verum etiam quia sedet ad dexteram Patris velut noster advocatus. Nutrit similiter charitatem, quia post Ascensionem ignem nobis mittit divini amoris, id est, Spiritum sanctum, excitat etiam spiritum orationis, cum sciamus quod nunc habemus in cœlo addicissimum nobis, qui illam presentet coram tribunalij æterni Patris. Nos quoque agnoscere facit cujusnam pretiushumilitas existat, dum illum exaltatum videamus in virtute præcedentis suæ humilationis. Denique omnes ad extraordinariam quandam virtutem & perfectionem provocat, dum in eo aperte videamus, quod Pater ne quidem Filium tuum ad gloriam admittat, nisi post crucem & amaros passionis dolores: *Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.* Unde dignum & justum est ut & nos cœlum deinceps eodem nobis prelio comparemus. Tandem & timorem nobis inferit; siquidem Angeli nobis eum ad finale judicium reverorum esse denuntiant.*

*3. Notandum est autem, quod David dixerit: Ascensionis depositum in valle; humilitas enim est virtus illa, quæ scalam ascensionis hic in terra firmat & fortiter fitit, ut tanto securius ascendere valeamus. Ecce ante oculos nostros ponamus ascensurum hominem (inquit S. Augustinus) Vbi ascensurum? in corde; unde ascensurum? ab humilitate, id est, à convalle plorationis in locum quem depositum. Quantum Christus Salvator noster descendit, tantum & ascendit. Primus in hac humilitatis sue scala gradus fuit, descendere in uterum mulieris cuiusdam & servus, ipso vermis fieri: *Ego autem sum vermis & non homo.* Secundus fuit præcedenti inferior, in stabulum bestiarum diversorum le reperies.* In Ps. 119. Ps. 21.7.

cipere. Tertius adhuc humilior ipsum consistere fecit, numrum in paupero, in medio latonum, velut si caput esset omnium malefactorum. Quartus denique gradus & infimus fuit descendere in internum sive in lymbum. Cumque in hoc gradu constitutus humilior descendere nequeret, tandem usque ad eminentissimum coadiempyrei thronum inde ascendere coepit.

4. As. ensiones dispergit. Verum enim vero quodnam obtemperio mysterium fuit, quod non ascenderit Jerolymus ex superiori parte templi; vel ex conaculo Sionis, vel in alio quopiam monte Thaboris, verbi gratia vel Libani? Cur pertransire Bethaniam, & ab Oliveti monte ascenderet voluit? Neque vacat mysterio (inquit Salmeron) Dominum è Bethania venisse in montes olivarum, & cœlum subiisse, non solum ut inde peregrinx ad passionem, ininde quoque pergeret ad Patrem. Et locum Lazari ex sororum ejus suâ honorificaret Ascensione; sed ut etiam indicaret, quod nemo a deam gloriam ascende-re potest, nisi qui ex domo obedientia (ita enim interpretatur Bethania) præstite verbo Dei ac mandatis ejus, ac majorum suorū dignus fuerit in ventus. Idem quoque S. Bernardinus dicit:

Serm. 2. de
4.3. C. 2.
4.26.

Educit discipulos suos foras in Bethaniam, que in monte Oliveti latere sita est, & domus obedientia interpretatur, ut mysticè innatur, quod per virtutem obedientia homo cœlum ascen-dit. Vnde ad Philipp. 2. Humiliavit semetipsum Dominus Iesus Christus factus obediens usq; ad mortem: propter quod & Deus exalteavit illum. Hugo Cardinalis dicit, Bethaniam monte Oliveti confinem tuisse: Quia obedientia juncta esse debet misericordia & paci, que duo per olivæ significantur. Nullum profectò habemus futuri nostri in cœlum ascensùs arthabonem certiorem & infallibilem, quin opera misericordia; super illos namque examinabimur quando sic veniet quemadmodum, &c. S. Bruno ait: Mons Oliveti, per quæ excelsa misericordia virtus designatur David hoc in imperfectione Absalonis multatas habebet periculum evadendi vias, eam tamen quæ per Olivetum ducebat, præ ceteris oportuniorem esse judicabat. Unde S. Cyrilus Hierosolymitanus ait: Quamvis multæ illi ad fugiendum via patarent, per montes tamen olivarum fugere maluit, firmè in vocans mente liberatorem illum, qui istibz cœlos ascensurus erat. Dicatus Stella scribit, Magistrum nostrum nos do-

cere voluisse, ut & nos operibus misericordiae medianibus viâ ad paradisum nobis aperiamus. A monte Oliveti ascendit, quia ex operibus misericordiae & charitatis ascensimus ad caelos. In Lue.

5. Verum & invero quis unquam credere potuerit, quod ad cœlum quoque ascendere possemus mediis passionibus nostris, de vitiis nostris quasi scalam faciendo? hoc etenim primâ facie paradoxum, immo & blasphemiam quadam reputari posset. Cum pacu amico non ascendat discordia (inquit Eusebius Emilienus) nec cum filio virgi-nis libido atque luxuria; non utique ascendunt Ascens., i. vitia post virtutum parentem; si apparere absoluti illuc volumus, hic lachrymis ac jejunis culpas & crimina in nobis nostra damnemus.

Hoc mysterium cuiucta in nobis vita extinguit. Hom. 11. prout Salmeron testatur: Superbiat quidem Tr. 36. quia hec cum Lucefero ejusque sequacibus ex cœlo precipitata fuit, econtra vero humilitas ad Patris dexteram collocata. Vicit avaritiam, quia Christus post Ascensionem suam in erga-dis thesauris suis munificum se & liberalem exhibuit, Spiritum nobis sanctum mittendo. Superat invidiam; siquidem solus pro redēptione nostra mori desiderat, econtra vero solus regnare noluit, quin potius coheredes gloriae hæc liben-ter admilit. Dissipat similiter omnem pigritiam; siquidē tanta cum velocitate omnes cœlos trans-scendit. Ingratitudinem condemnat humanam, tergum Judææ vertendo, ut potè quæ eum recipere aut agnoscere pertinaciter nunquam voluit. Hugo Cardinalis optimè observat, S. Lucam omnium eorum, quæ Christus post resurrectionem suam quadraginta dierum spatio hæc in terris e-git, relationem studiote prætermisso, ideoque resurrectionem in utraque historia lui evangeli-ca videlicet & Apostolica Ascensioni illius im-mediately conjunxit: Significans per hoc quod nullus ascenderit in cœlum, nisi qui prius à pec-cato resurrexit. Unde S. Ambrosius expretè In Ps. 113. dicit: Ille verè ascendit, qui propria peccata de-Odon. 16. ponit. S. Augustinus pariter scribit: Facile cor-Serm. de-pus levabitur in altum, si non premat spiri-diver de-tum sarcina peccatorum. Quia igitur ratione Ascens. verificari poterit, quod statim diximus, nimirum nos per scalam quoque vitiorum & passio-num nostrarum ascendere posse, cum tamen, ut jam vidimus, illa nobis potius obstaculo sit ad ascendendum. Ideemmet suprà citatus Eusebius Emilienus ait: Ascendamus & per Hom. 1. de ipsa Ascensi

Serm. 2. de
Ascens.

Catech. 2.
de Penit.

ipsarum si placet, adminicula passionum. Quomodo autem post eum per passiones nostras possumus ascendere, si requiras; hoc utique modo: si unusquisque nostrum subdere eas sibi studeat. & eminentia dominantis animi super ea stare consuecat, ex ipsis sibi gradum construat, quo ad superiora confundat. Id Eusebium à S. Augustino didicisse, facile credere postamus; hic

namque quasi eadem verba post se scripta reliquit: *De virtutis nostris*, inquit scalam nobis facit. *Serm. 176.* mus, si virtutia ipsa calcamus; elevabunt nos. si de Temp. fuerint infra nos. Summa summarum est, quod quanta fuerit in nobis peccatorum nostrorum contritio, & consequenter amor Dei, tanto altius & sublimius ascendemus ad gloriam.

Circa illa Evangelii verba: SIGNA AUTEM EOS QUI CREDIDERINT

HAEC SEQUENTUR, variæ adducuntur interpretationes.

Item corda nostra sursum subvehenda esse ostenditur.

DISCURSUS DECIMVS QVARTVS.

Qui crediderit, salvus erit. Marci cap. 16.

IN Evangelio in hodierna festivitate lecto, aeterna salus nostra in fide fundata esse scribitur, ac prouidè Eusebius, Emissenus in *Homilia de Symbolo*: fidem jure merito portam celi, ostium vita nuncupavit. S. Cyrilus Hierosolymitanus eam nominat *Lampadem ad viam salutis inveniendam*. Ideoque idem met Emissenus in *Homilia 1.* de hodierna festivitate nos exhortatur dicens: *Totis itaque fidei viribus nitamur, ut sicut Dominus in hac die nostro cum corpore ad superna conseruantur; ita nos quoque membra ejus effecti caput nostrum officiosis desideriis ac bonorum operum studiis iam sequamur*. Verum dicat aliquis, ex quibusnam signis nos haec fide præditos esse, agnoscere poterimus? Signa illa recententur in Evangelio hodierno: *Signa autem eos qui crediderint, haec sequentur*; veruntamen eadem signa iuxta lacrimum expositorum mentem nonnihil in sensu spirituali examinemus.

2. In nomine meo demonia ejicient. S. Thomas de Villa Nova dicit: *Spiritualiter demonia non tam ab alieno corpore, quam à proprio corde ejiciant*. Peccatum etenim est instar demonis cuiusdam cor nostrum possidentis, Dionysius Carthusianus super illa verba ita scribit: *Spiritualiter demonia ejicit, qui peccatores*

mortalibus vitiis irretitum convertit, ita ut fiat templum Spiritus sancti, qui paulo ante was erat diaboli. Lyranus paulo alter interpretatur: *Demonia ejiciunt, qui de monum tentationes fide & signo crucis repellunt*. Glossa interlinearis dicit: *Bonis exhortationibus malitiam auferendo ab aliorum cordibus*. Communior autem interpretatio est, quod per haec demonia, uti paulo ante significavimus, peccata mortalia intelligantur. *Primum opus fidei* (inquit S. Bernardus) *per dilectionem operantis, cordis com-punctio est*; *in qua sine dubio ejiciuntur demonia, cum eradicantur à corde peccata*. Et Dionysius Carthus. alio in loco clarus dicit: *Vnusquisque tot demonibus plenus est, quot mortalibus subditus est peccatis: idcirco qui eos, qui mortalibus culpis fœdantur, convertit ad Deum, expellit demonia*. Albertus Magnus nos docet, qualiter unusquisque nostrum haec demonia ē semetipso, mediante bonâ quadam confessione & contritione expellere possit. *Ilo, inquit, datur, atque confitetur, necon non & dignam pro eius satisfactionem exequitur*.

3. Linguis loquuntur novis. Hoc est secundum indicium. Glossa ordinaria dicit: *Hoc sit dum fideles veteris vita secularia verba relinquent, & sancta mysteria insonant*. Albertus Magnus

Magnus verba illa de iis intelligit, qui à lingua sua verba inhonesta, maluosa, & alia similia in-
gidè proscribunt, illamq; deinceps achibent e-
nuntiandi discursibus devotis, & ad honorem
Dei animarumque salutem directis: Ille loqui-
tur novis linguis, qui dolos, & malitias, & tur-
pitudines extirpat à lingua sua, eamque dein
ceps divino exhibet obsequio per devotas orati-
ones, gratiarum actiones, & per bonas & uti-
les locutiones. Dionylius Carthusianus tunc ali-
quem novis linguis loqui existimat, quando ab
illicitis discursibus abstinet, quibus anteā deditus
erat: item à verbis detractoris, mendacibus, la-
scivis & vanis: Et salubria & edificatoria lo-
quistur; Deumque laudare, & jugiter orare con-
fuerit. S Bernardinus eadē de illis exponit, qui
sincerè & fideliter culpas suas, neutiquā eas ex-
cufando, accusant: Linguis loquuntur non vīs,
eūnjam recedunt vetera de ore torū, nec de ca-
tero vetus à prothoparentum lingua loquun-
tur declinant in verba malitia ad excu-
sandis excusationes in peccatis.

In Marc.
4. Serpentes tollent. Est hoc tertium signum,
quod facit qui diabolicas suggestiones, & vene-
natū tentationes superat. Albertus Magnus ob-
servat hoc spiritualiter in Confessariis adimple-
ti, quando peccantibus absolutionem a peccatis
impertiuntur. Tollunt serpentes de cordibus fi-
delium per compunctionem, confessionem & sa-
tiefactionem. Alter tamen verba illa interpreta-
tur in termino quadam de S. Stephano, ubi dicit:
Ille serpentes tollit, qui malorum persecutiones
hominū sustinet patienter, mali quippe homines
serpentibus comparantur. Lyranus illa de iis
exponit, qui peccatores reprehendunt. Serpentes
tollunt, qui peccatores efficaciter reprehendunt.
Sanctus autem Bernardinus utilissimum quoddā
ex hīc verbis adducit documentum, dum ait:
Vbi verò compunctione cordis, & oris confessione
sunt deleta peccata, ne recidivū patientur, &
jam sint posteriora peiora prioribus; serpentes
tollant necesse est, deinde verò quinā hi venenosū
serpentes sint, quos morte delere debemus, de-
clarans subjungit id est, ut venenatas suggestio-
nes extinguant. S. Thomas de Villa Nova per
serpentes hīc, passiones nostras intelligit: mor-
tiferas venenatasque peccatorum passiones ex-
tinguat, quae serpentino morbo animæ enecant.

Conc. r. de
Ascens.
5. Et si mortiferum quid biberint, non ei no-

cebit. Ecce tibi quartam indicium, quod Diony-
sius Carthusianus in sensu spirituali hunc in mo-
dum interpretatur: Mortifera sine lazione porta-
re, id est, impiis suggestionibus nequaquam cen-
sensum praber, nec aliorum pravis exemplis
corrumphi. Dicit insuper hoc competere electis,
quibus cuncta, qua illis eveniunt, cooperantur
in ipsorum bonum, dum post lapsum seviores
& sanctiores resurgunt, majorique le patientia
conficiuntur. Albertus Magnus in superiori citatio-
serm. cit.
Evang.
nē sermone de Prothomartyre, dicit: Ille etiam sine
documento venenum bibit, qui ad probra &
contumelias malorum hominum non moverit.
Et in S. Marcum commentans, illud in Ecclesiis
ministris adimpleri dicit, qui cū medici sint
spirituales, venenum ehibunt, quando peccata
aliorum per auditum & compassionem in se si-
cipiunt, quod illi non vocet, & sanuant pecca-
tores; de talibus dictum est Petro: Mala &
manuca. S. Bernardinus jam insinuatam mo-
ralitatem prosequens subjungit: Quid tamen
agendum, si qua forè radix pullulat, qua tam
volociter nequeat extirpari, sed stimulat ani-
mam concupiscentia carnis? profecto si morti-
ferum quid biberint, non ei nocebit: quoniam
juxta Salvatoris exemplum, cū gustis verint,
nolent bibere, id est, cū senerint, nolent con-
sentire. Dionylius Carthul. ait: Mortiferum
sine documento bibit, cui omnia etiam mala In Marc.
cooperantur in bonum, vel qui aliorum pravis
exemplis non inficitur.

6. Super agros manus imponent, & bene ha-
bebunt. Hoc denique ultimum signum est, quod
Christus illis applicat, qui fidem vivam habent.
Glossa dicit: Dum proximos in bono opere con-
firmatos roborant exemplo bona operationis.
Eadem quoque ad literam fuit Alberti Magni
expositio dicentis: Qui exemplo bonorum ope-
rum insirmum & debilem peccatorem roborat Serm. de
& confortat ad bene vivendum. S. Thomas de S. Steph.
Villa-Nova verba illa de iis intelligit, qui spiri-
tuali salute in seipsis gaudentes, eandem docu-
mentis & exhortationibus suis, alii bonis com-
municant: Demum verò cū fixum permane-
tem, in seipsis sanitatem persenserint, intimo
charitatis affectu super agros moribus proximos
consulendo, corripiendo, commouendo, manus
important, ut sanentur. S. Bernardinus hanc no-
stram inflativitatem naturalem maximū in resi-
P. 3. stende

rendo inimico & appetitibus nostris optimè ponderat dicens : Quid tamen ? molesta certè & periculosa corrupta & infirma affectionis lucta sed qui crediderint super agros manus imponent, & bene habebunt ad eum agras affectiones bonis operibus operient, & hoc remedio curabuntur. Lyranus de illis intelligit, qui animas à statu fatus deviantes reducunt : Quis per bona verba & opera alios à peccatis retrahunt, & in bono confirmant.

7. Verum enimvero aliud quoddam signum ex sensu & mente sanctæ Ecclesiæ circa fidem hujus mysterii addiscere possumus, id est elevationem mentis & corporis nostri ad bona cœlestia : Concede quesumus omnipotens Deus, ut qui hodiernâ die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cœlos ascensisse credimus, ipsi queque mente in cœlestibus habitemus. Portio hunc est. Cum Alcensio Domini in primis Christi fidelibus opera ait : siquidem facultates suas ad pedes Apostolorum certatum portabant ; & de hisce fidelibus Terentianus de sui temporis Christiani loquens dicit : Terram suffenso pede tenemus. S. Barnabas, qui Christi discipulus erat, omnia quæ habebat, vendidit, unicam duxerat possessionem sibi rervando, quam ramen postea mox ut Christus ascendit ad cœlum, inter pauperes eleemosynæ loco distribuit. De terris ergo ad cœlos ascendit, (inquit S. Bernardinus) ut nes cœlestes efficeret, & ad cœlestia evocaret ; unde nulla Christi solemnitas tantum de votis animas elevat ad superiora, quantum præclaræ dies hujus solemnitatis Ascensionis in nobis (inquit S. Ambrosius) ad cœlestem hunc triumphantem conveletus) ut te sequamur mentibus, quem oculis videre non possumus. Hoc fortè mysterio factum est, quod eduxit eos foras ad campum apertum. Foras civitatem (inquit Hugo Cardinalis) sic oportet exire de mundo, qui Dei benedictionem habere desiderat. Albertus Magnus autem ait : Ut ostenderet quoniam de civitate egredi oportet, & mundum contemnere, & cœlum aspicere. S. Bernardinus pîe meditatur, quod Christus in cœlestem illam patriam ascendendo, corda quoque nostra eō transfluerent : Hodie omnium electorum mens in cœlestia transportatur, thesaurus cordis eorum Dominus Iesus Christus cœlorum alta concedens, eorum corda ibi posuit, ubi consedit. Nemo

tamen Guerrico Abbatte melius dixit ; ita enim ait : Clamanti sursum corda, Pontifici Magno Serm. de qui hodie introiuit in sancta sanctorum ster- Ascents.

ra redemptione inventa . ubi & assiste vul- tui Dei interpellans pro nobis ; respondere fideliter. Habemus ad Dominum ; sed si aliquando quæsi visisti, non quæ sursum sunt, sed quæ super terram : jam te ipsum increpa, & dic Domino cum Propheta. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram ? Enimvero hisce diebus magis quam unquam aliae cogitationes nostræ à nobis ad Deum elevandas sunt. Unde

S. Augustinus : Reclite admonet verba sua, ut sursum corda habeant ; audiant ergo & faciant : Levant ad illum quod male est in terra ; ibi enim non patrescet cor. si levetur ad Deum. Frumentum si haberes in inferioribus ; ne patresceret, levares ad superiora, frumento tuo queri mutare locum, & cor persistas in terra patrescere ? frumentum levias in superiora, cor levia in cœlum. Et unde, inquit possum ? qui fu- nes, que machine, que scali & pīus sunt ? Gradus affectus sunt : uer tuum voluntas tua est ; a- mandi ascendens, stans in terra, in cœlo es, si di- ligas Deum. Pauca quidem, sed valde substantiolis verbis Guerricus Abbas efficacissima nobis ad sublevandas in cœlum mentes nostras, motiva proponit : Christus thesaurus tuus ascen- Serm. de

In Ps. 85.

dit in cœlum, ibi sit & cor tuum. inde ducis ori- genem ; ibi habes Patrem & hereditatem, inde expectas Salvatorem.

8. S. Bernardinus de milie quodam, qui ter- ram sanctam peregrinando peragrabat, retinet quod postquam sacro sancta regionis illius loca, in quibus præcipua vita Salvatoris mysteria ac- cederant, signillatim visitasset : Ultimo venit ad Tom. 3. sacrum Oliveti montem, unde Dominus ascen- Serm. 1. de dit ad cœlum, ibique totam mentem, & omnes Ascens. anima vires elevans ad supraem a flexis genibus prostravit se ad vestigia pedum Domini nostri Iesu qui reliquit in cœlum ascendens : illa de- osculans, illa profusio lacrymarum irrigans, & corde amoris dulcedine liquefacto, brachis & manibus elevatis & ad cœlum erectâ facie, inquit : Dulcissime mi Iesu, nescio ubi amplius quaram te, concede mihi quoso ex dulcedine misericordia tua, ut nunc veniam ad te ; & statim his dictis anima ejus ex amoris dulcedine expi- ravit. Obstupuerunt ad hoc spectaculum, quos secuta

Tom. 3.
Serm. 1. de
Ascens.

Zib. 4. in
Luc. c. 24. tri-
umphatore conveletus) ut te sequamur men-
tibus, quem oculis videre non possumus. Hoc
fortè mysterio factum est, quod eduxit eos foras
ad campum apertum. Foras civitatem (inquit
Hugo Cardinalis) sic oportet exire de mundo,
qui Dei benedictionem habere desiderat. Albertus
Magnus autem ait : Ut ostenderet quoniam
de civitate egredi oportet, & mundum contem-
nere, & cœlum aspicere. S. Bernardinus pîe
meditatur, quod Christus in cœlestem illam
patriam ascendendo, corda quoque nostra eō
transfluerent : Hodie omnium electorum mens in
cœlestia transportatur, thesaurus cordis eorum
Dominus Iesus Christus cœlorum alta con-
cedens, eorum corda ibi posuit, ubi consedit. Nemo

Serm. 2. de
Ascens.

fecum habebat vita comites, neque tam subite mortis causam scientes, medicum quandam consulerunt. qui qualitatem complexionis militis istius, cum ab illo sciscitaretur, responderunt eis Vir tuus jacundus, dulcis amabilis, devotus, & fervidus in amore Dei; tunc medicus sit: Propter excessum amoris atque dulcoris, & gaudiorum ejus scissum est; & verè ita esse deprehensum fuit; siquidem cordi suo verba hæc incisa habuit:

Amor meus Iesus. Observetis velim hujuscemodi lemnitatis hymnum, quam si sit affectus suis & eximiè devotus: Iesu nostra redemptio, amor & desiderium, &c. S. Bernardinus dicit, quod Ascensione completâ ad Patris dexteram se collocâit, idque quia in hac dextera sunt delectationes usque in finem; & ideo monet Apostolus Ascensum quaranus quæ sursum sunt, ubi Christus est in dextera Dei sedens. *Serm. de Ascensione*

Ascensio Christi in Aquila præfiguratur, cujus variæ ad hoc mysterium adaptatae proprietates considerantur.

DISCURSUS DECIMVS QUINTVS.

Et facies Aquila desuper ipsorum quatuor.

Ezech. C.I. V.10.

Valdè mysticus hic semper visus est currus ille ab Ezechiele adumbratus, in quatuor, quas præ se ferebat, faciebus varie effigiatis. Facies etenim hominis figurabat Verbi incarnationem: facies Bovis, ejus passionem; facies Leonis, resurrectionem; & tandem facies Aquile Ascensionem ejusdem representabat. Hæc autem Aquila facies deluper ipsorum quatuor animalium erat, quia mysterium illud præ omnibus aliis que in vita Christi continentur, maximè est admirandum. Unde S. Bruno: *Habuit similitudinem hominis, quia versus homo; vituli, quia sacerdotalis hostia in cruce velut vitulus moriendo; habuit similitudinem leonis, tertiam die resurgendo de sepulchro, & corpus suum, ut leo catulorum rugitus vivificando; habuit similitudinem Aquila, quadragesimo post resurrectionem die ascendendo.* Idemmet mysterium nobis Sapiens in Proverbis in Aquila delineavit, dum ait: *Tria sunt mihi difficultia, & quartum penitus ignoro: viam aquila in cœlo viam colubri super petram, viam navis in medio*

*mari, & viam viri in adolescentia: per quodrum ultimum incarnatione denotata fuit, in qua fæmina circumdedit virum. Via navis in medio mari, ad ejus passionem alludit. Unde Hugo Cardinalis ait. *Via viri in adolescentia est Christi incarnatione in beata Virgine. Via maris in medio mari, Crux sua fuit ei navis, ad transundum mare mundi: via colubri super petram, fuit ejus Resurrectio; quia sicut coluber inter duas petras pertransiens, se renovat quoad pelliculam, ita Christus sepulchri sui lapidem transiens & pentrans, sacrificiæ humanitatis lue exuvias per resplendentem gloriofaram dotum gloriam renovavit. Via Aquila in cœlo. Quæ verba Glosa non indigent; siquidem in die Ascensionis velut aquila in cœlum evolavit. Olim Iancus Job interrogabar: *Nunquid ad praeceptum tuum elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum & in petris manet. & in præcipitiis silicibus commoratur, inde contemplatur escam, & de longe oculi ejus prospicunt: pululi ejus lambent sanguinem.* Albertus Magnus Sermone primo de hotherra festivitate, verba illa de Ascensione Domini interpretatur, dum**

Serm. i. de Ascens.

PROV. 30.

12.

In Ps. 66. 3

Cap. 39. 27

dum ait: Attende quod per aquilam, de qua hic agitur, Dei Filius figuratur, qui ad praeceptum Patris elephas est in Ascensione, & in ardore calorum posuit nidum suum; ubi manet in petris in animabus electorum, qua temptationibus demonum fortiter resistierunt. Commoratur etiam in silicibus, hoc est, in sanctis Angelis, & in accessis rupibus, hoc est, in eminentia sancta & individualis Trinitatis. Nos igitur, qui instar pullorum suorum sanguine ejus nutritur, ad ipsum nos erigere debemus: multi autem sunt, qui veluti corvi, ab aliquo sensualitatis morticiño vel cadavere attracti, ad Noemum in arcā redire nolunt. Sanctus Bonaventura hanc quoque Scripturę tentationem adducit, dicens: Pulli ejus lambunt sanguinem ejus de calice. Aquila igitur sit tanta liberalitatis, quod escam suam communicet aliis avibus, non tamen propriam carnem vel sanguinem corporis sui, quod utique Christus facit.

2. Facies aquila desuper ipsorum quatuor. Ezechiel igitur eam alios animalibus vidit esse superiorem. Salmeron ait: Aquila avis est generosa, & volatilium Regina coronam à natura gestans. Porro regia hæc aquila hodie in cœlis coronatur per cœli terræque dominium & monarchiam; dum enim ad Patris dexteram evolat, adimpletur quod prius dixerat: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. In ardore posuit nidum suum. Ipse quidem ascendit super Cherubim (ait Guerrius Abbas) & volavit super pennas ventorum, id est, super gressus est virtutes Angelorum. In ardore; nam Albertus Magnus verba illa: Sedet à dextris Dei, ponderans, ita scribit: Innuntur tria, videlicet quod collata sit Christo homini à Deo Patre potestatis equalitas; secundo, honoris paritas; tertio omnis boni identitas.

Paradisi.
Cuius
Conc. 2.

3. Facies Aquila. Abulensis scribit: Inter volatilia nullum aquæ ut aquila ad aeris verticem conatur ascendere; altissimum enim volatum habet: Christo hoc congruit; ipse namque altius quam ceteri homines volatum extulit. In nidum altum; que verba S. Thomas de Villa-Nova hac Glosa illustrat: Nidum & securum & tutum, nidum sempiternum, quo nequeat venenatus serpens irrumperet. Inter volatilia nullum est, quod in cœlum altius se

vehat, & à terra remotius recedat, volando non in gyrum, sed sursum recto tramite. Idipsum generosa hæc aquila pullos suos docere voluit, nimurum hæc terrena bona generosè contemnere, neque circum illa gyrando verti, sed recto tramite tendere ad bona æterna. Vbi corpus, ibi aquila, legisti in Evangelio; ubi S. Ambrosius: Vbi cor Lib. 2. fasc. 2. pulos Christi, ibi & aquila volare consueverunt, ut terrena fugiant, celestia petant.

4. Facies aquila. De longè oculi ejus propiciunt. Abulensis scribit: Vissum potentiam, & oculos convenientius ad acutè vindendum dispositos, quam omnia animalia habent. In aquila hoc speciale ad cetera volatilia, & cuncta animalia accedit, quod nullum illorum sit, cuius acies ad lucem formem non retundatur, aquila autem continet nulli, quantumcumque luci forti, cedit. Hec autem proprietas in divina hac aquila patet conspicitur; siquidem inter ceteros homines essentiam divinam acutius & immediatus contemplatur; Angelos quoque in hoc excellit; & hoc de Christo ut homo est, loquimur. Fuit non nemo, qui pro corpore emblematis aquilam ibi elegit, scipulo cuidam marino indumentem, indeque quemvis etiam minutissimum in fundo aquarum natrântem piliculum prospicientem, cui emblemati hanc subiunxit epigraphen: Profundissima quoque. Hac quoque oculi ejus prædicti sunt excentri, quod tametsi ipsa in altissimum ulque cœli aere verticem evoler, fixos tamen versus nidum & pullos suos oculos perpetuo tenere non desinet: quem eundem effectum Ecclesia fideliumque suorum nudus semper habet, quoad divinam Aquilam nostram, experientiam didicit; ut potè quos haec eius perpetuo defendit atque tutatur, tametsi nunc in celissima cœli empyreia parte resideat; de hoc enim ipsemet contestatur dicens: Ecce ego vobis cum sum usque ad consummationem seculi.

Matth. 28.
20.

5. Facies aquila. Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volatans. Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portavit in humeris; nimurum alludit ad id, quod populum suum in terram promissionis introducendo operatus est. Unde Guerrius Dens. 32. 11 Abbas ait: Sicut aquila hodie provocabat pullos

Cong. 2. pullos suos, quando super eos volitabat, cum scilicet videntibus illis elevaretur, dixit sequentur oculi eum in cœlum. Suo quoque exemplo eis demonstrabat, & ipsos, le post eum aliquando atcenti os esse, sperare firmiter posse. *Corda sursum post se levare nitebatur amore sui, & corpora similiter posse mblevari pollicebatur exemplo sui corporis.* Quid aliud hodie Christus (i. quid Thomas de Villa-Nova) grandis sacerdotum Patrum cetera via comitatus apparuit, nisi aquila grandis alarum suarum remigio pullos suos in cœlestia deferens. Volunt enim uiderent, quod non solus ipse ascenderet, nec solo Angelicos spiritus secum haberet; sed & alios generis nostri confortes innumeratos. Et hinc est quod Te tullianus carnem hanc nostram ad patendum fortiter animavit, dicens; Securi esto.

Hom. 2. de te caro & sanguis, usurpatiss calum in Christo Iesu. Verum enim vero videtur quidem S. Maximus se huic, quæ aquilam & Christum ascendentem intermixtum, comparacioni omnino opposere, dum ait: Sed quid facimus, quod aquila frequenter diripit, solit frequenter alienum? hic tamen subito suum emendat errorem, dicens: *Nec in hoc tamen dissimilis est Salvator; prædam enim quodammodo justulit, cum hominem quem suscepit, ex inferni fauibus raptum portavit ad cœlum, & aliena dominationis, id est, diabolica potestate servum, de captivitate erratum, duxit ad altiora a captivum, sicut scriptum est: Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem.* Verum quidem est quod ipse dextera Dei Patris affideat, suos tamen oculos super nos constanter defixos tenere non definit, siad fecus ac si prætens nobis adeset. *Tua tamen confidescens infirmitati* (ait Guericus Abbas) expandet alas tuas, & assumet te, atque portabit in humeris suis.

Trad. 35. 6. Facies Aquila. Notissima est illa aquilæ proprietas, quod velut adulterinos pullos illos à le abiciat, qui in ardentissimi Solis rotam suas non figunt constanter irretoritas oculorum pupillæ. Salmeron de hac divina Aquila ait: Pro suis illos non agnoscit, qui terrenus immersi oculos ad divinam intuenda non habent. Ipse quidem nos, dummodo voluntariè contentiamus, adoptavit filios: Dedit nobis potestatem filios Dei fieri; curandum tamen nobis est, ut ab hac adoptione non degeneremus, sed memores lem-

per simus nos patre habere Deum, & consequenter in cœlis hereditatem nostram nos possidere.

7. Facies Aquila. Philolophi naturales aquilam adeo generosi ac magnanimi cordis esse dicunt, ut prædam suam non inter pullos suos tantum, sed inter omnes quoque alios distribuat, qui in ejus fuere societate. Ita Christus ad cœlum descendens, non solum spiritus angelicos, sed nos quoque regni sui fidates & contortes esse voluit, dummodo eum sequamur: *Vobis sum, 10. 12. 26.* illuc & minister meus erit.

8. Facies Aquila. Quamdiu pulli sunt; illis diligenter prospicit, (inquit Salmeron) ubi verò grandes sunt, & penna etorum crescunt, solet per unum & alterum diem abesse: postremò ubi grandes evaserint, omnino eos deserit, ut ipsi cibos subtrahat & fame urgente, suo marte & per seipso vivere addiscant. Sic quoque Christus, quamdiu in hac mortali vita subtilit, cum Apostolis commoratus fuit: à mortuis vero resurgens non nunquam quidem illis apparuit, ut eos ad cœlestium bonorum considerationem extimularet; at verò illos sacratissima humanitatæ sue nimis addictos esse videns: illam tanquam cibum sive escam à conspectu illorum subtraxit, ut ea ratione invitaret discipulos ad volandum per universum orbem, & victimum sibi comparent ex præda animarum.

9. Facies Aquila. Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquila. Ad hoc Pontifex summus (inquit Ivo Carnotensis) pro nobis precursor in vera sancta sanctorum, ad dexteram scilicet Dei Patris ascendit, ut spem membrorum suorum confirmaret, & securoram gregis humiliatem, quod suum credit præcessisse Pastorem; sic enim ipse Dominus promitti discipulis: Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquile; aquilas vocat sanctos, qui cupiunt dissolvi, & esse cum Christo. Denique proprium aquilæ esse dicitur, cadaveris alicuius etiam ultra mare positi fetorem odoratu suo perlentilcere, atque ad eam prædam invadendam ingenti cum celeritate advolare. Hac esuries aquilarum, inquit idem Author, significat desiderium animarum sanctorum, qua caput suum extra mundum turbine in summa quiete locatum fidei naribus sentientes, spes volatu præsentia conditoris vellent assestare, & sanctitate vulnus ejus sine fine gaudeare.

Matth. 26
28.
Serm. de
Ascens.

D E
**SOLEMNITATE
PENTECOSTES,**
 S I V E
SPIRITUS SANCTI
DISCURSUS VIGINTI ET VNVS.

- DISCURSUS I.** Nonnullas adducit rationes cur Spiritus sanctus in hoc festo descendere. Ostenditur etiam quod manifestum Spiritus sancti in nobis recepti signum sit divinæ legis observantia.
- DISCURSUS II.** Plurium personarum in oratione facienda unio; sincera cum proximo concordia, humilitas, suique ipsius contemptus, optimæ sunt ad Spiritum sanctum recipiendum dispositiones.
- DISCURSUS III.** Inspirationibus Spiritus sancti sine ulla dilatione aut mora respondere debemus.
- DISCURSUS IV.** Soni illius, in quo Spiritus sanctus descendit, mysteria considerantur.
- DISCURSUS V.** Cur in starventi veneris, variæ adducuntur rationes.
- DISCURSUS VI.** Tractat de plenitudine gratiarum & donorum, quam Spiritus sanctus confert. Simulque ostenditur quod Spiritus sanctus alium spiritum nequaquam admittat, quin potius solus ipse totam domum, id est, cor nostrum implere velit.
- DISCURSUS VII.** Sicut linguarum divisio quondam turrim Babel depresso, ita hodie donum linguarum Ecclesiam erigit; siquidem Apostoli per illas in prædicatione & mundi conversione strenue pugnarunt.
- DISCURSUS VIII.** Adducuntur aliæ rationes, cur Spiritus sanctus linguarum figuram induerit.
- DISCURSUS IX.** Quale illud linguarum donum fuerit, declaratur; variæque in hanc rem sacrorum interpretum opiniones adducuntur.
- DISCURSUS X.** Figura ignis, in qua Spiritus sanctus descendit, divinitatem illius & necessitatem denotat, quâ illo extremè indigemus. Etalia nonnulla mysteria tanguntur.

DISCUR-

- DISCURSUS XI.** Hic ignis Spiritus sancti Imperii symbolum est, consumptis que idolatriæ vitorumque stirpibus humanam illuminavit cœtitatem, ipsosque Apostolos incalescere fecit, & animosos redditit.
- DISCURSUS XII.** Alia hujus ignis considerantur mysteria, Spiritui S. adaptata.
- DISCURSUS XIII.** Variæ adducuntur rationes, cur Spiritus sanctus super Apostolorum aliorumque capitibus infederit; simulque ostenditur sessionem hanc stabilitatem denotare.
- DISCURSUS XIV.** Ex quibusdam vini proprietatibus nonnulli, quos Spiritus sanctus in nobis operatur, deducuntur effectus.
- DISCURSUS XV.** De ebrietate spirituali, quam mysticum hujus sanctissimi Spiritus sancti iustum in nobis operatur.
- DISCURSUS XVI.** Tractatur de Spiritu S. sub symbolo Aquæ, & per allusionem ad hanc varii considerantur effectus.
- DISCURSUS XVII.** Verborum illorum Apostoli ad Ephesios: Nolite contristare Spiritum sanctum; variæ adducuntur interpretationes, in quibus monemur ne Spiritum S. contristemus.
- DISCURSUS XVIII.** Ostenditur quomodo Spiritus sanctus dexteræ Dei digitus nominetur,
- DISCURSUS XIX.** De multiplicitate effectuum, quos operatur Spiritus sanctus: necnon de bonis multis quæ confert.
- DISCURSUS XX.** Castitatis virtutem nobis infundit, atque ad tentationes carnales vincendas opem singulariter præbet.
- DISCURSUS XXI.** De septem donis Spiritus sancti, necnon de fructibus ejusdem, alijsque gratijs.

Nonnullæ adducuntur rationes, quibus Spiritus sanctus in hoc Festo descendenterit. Ostenditur etiam, quod manifestum Spiritus sancti in nobis recepti signum sit divinæ legis observantia.

DISCVRSVS PRIMVS.

Dum completerentur dies Pentecostes, factus est de cœlo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis.

Act. Apost. cap. 2.

Serm. 1. de
Pentec.

Jure merito, inquit S. Bernardus, præfessionem celebramus Spiritus sancti festivitatem; cù enim à nobis per anni decursum multorum ageretur Sanctorum solemnia magis utique decet & congruit id in eis

honoresacere, à quo omnes Sancti suam participant sanctitatem: Si celebramus Sanctorum solemnia, quanto magis ejus, à quo habuerunt ut sancti essent, quoque fure Sancti! Unde Chrysostomus solemnitatem hanc appellat Metropo-

De sanct.
Pentec.
Serm. 37.

Um festorum. Enimvero ne de tam sublimi festivitate prorsus indignè discurramus, opera premium erit sacra nobis eloquentia donum in plurare, ut potè quæ ab hoc sanctissimo Spiritu derivatur. *Quis dubitat dona spiritus sancti* (inquit Absalon Abbas) esse facundiam verborum? hanc autem nobis sperare licebit, si nos reddiderimus dignos, qui illum recipiamus intra anima nostra hospitium; unus namque inter ceteros ejus effectus est, quod sermone dicit guttura. Et quidem primo loco mysteria examinemus, ob quæ magis seu specialius hac, quam alia quavis anni die ad nos descendere decreverit.

2. Dum complerentur dies Pentecostes. Enimvero ethymologia hujus nominis Pentecostes à Lyrano optimè tangitur: *Pentecostes*, id est, quinquaginta, à πεντη, quod est quinque, & à στοιχη, quod est decem. Dionylius Cirthulianus ait: *Quasi quinque decem que faciunt quinquaginta.* Erat autem hic dies apud populum Iraeliticum valde solemnis, in memoriam legis quondam a Deo in monte Sinai data post quinquaginta dies à tempore Agni Palchalis in Ægypto sacrificati, quando à dura servitutis compedibus liberati erant. Convenienter in illa die fuit infusum Apostolis spiritus sancti donum, per quod lex Evangelica impressa fuit, & firmiter radicata in cordibus eorum. Ita Lyranus. Etenim convenientissimum esse videbatur, si post tot seculorum transactum circulum eodem prorsus die, quo lex scripta Judeorum populo olim data fuit, populo quoque Christiano, ut potè qui populo Hebraeorum successerat, ministraretur lex Evangelica. Unde Glossa ait: *Lex in monte Sina, spiritus in monte Sion.* Id quod Iaias quondam prædixerat: *De Sion exibit lex.* Ad hanc igitur legem, quæ meret charitatem, merique amoris futura erat, Apostolis omnibusque aliis ibidem congregatis fortiter imprimendam, ut illam deinceps per totum universum promulgare possent, descendit spiritus sanctus. Quando lex Mosaica promulgata fuit, totus mons Sinai igne conflagrare vedeatur;

Exod. 16.18 Totus autem mons Sinai fulgebat, eo quod descendisset dominus super eum in igne; cooperunt audiri tonitrua, & micare fulgura. Simile quid hic pariter cernitur; auditus enim hic ventus vehementis instar turbinis, & sonus quidam audiatur cælitus instar tonitrui horribilis: *Factus*

est de cælo sonus, tanquam adveniens spiritus vehementis. Delcenditque Deus in specie ignis: Conguebat ut responderet figura legis res ipsa figurata, inquit Salmeron; ut enim illa post Tom. 12. quinquaginta dies ab egressi de Ægypto scripta Tr. 11. fuit in tabulis lapideis ac duris: ita post quinquaginta dies à Christi Resurrectione hac scripta fuit in tabulis cordis carnalibus. Quamvis etiam non immorito observari possit, Apostolos pariter videtur tabulas fuisse lapideas, quando exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quamvis ex tabulis lapideis facti sunt carnez tabule, ut propheticum illud adimpleretur oraculum: *Auferam cor lapideum de caro vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio vestri.* Qui idem spiritus in Jeremias pariter nobis promissus tuit, ut quo tempore totum quasi genus humanum, solo excepto populo Iraelis, deuoni propter idolatriam subiecierat, lex nobis ministratur Evangelica, per quam Deo subjeceremur: Post dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Hanc autem novam legem Deus mediante digito suo, id est, mediante spiritu sancto (Dextra Dei tu digitus) non lapidibus, ut famum est in lege veteri, sed in cordibus nostris incidi aut inculpovoluit: *Christus legem Evangelicam*, inquit Lyranus, non scripsit in pellibus, vel tabulis materialibus; sed in humanis cordibus, & potissimum quando super credentes misit spiritum sanctum in die Pentecostes. Porro si quis ex me querat, quamobrem eodem tempore, quo nova haec lex nostris erat imprimenda & inscribenda cordibus, Deus quoque nobis mittere voluerit spiritum sanctum? oportuni mihi videtur, si cum facio quodam interprete respondero, qui illum apostoli textum adducens: *Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, ita scribit: Eodem die, quo lex data est, & spiritus sanctus largitus est, ut sciremus, sine spiritu legem non impleri.*

3. Dum complerentur dies Pentecostes. Olim quoque festivitas Pentecostes in Hebraeorum populo secundum quendam finem habebat, nimirum gratiarum actionem divinae majestatis referendam, pro anni illius concessa hominibus messe; nam quo tempore solemnitas haec celebrabatur.

Hom. 14. in Alta. tur, tempus quoque messis colligendæ aderat;

Cum falx mittenda esset in messim, inquit Chrysostomus, cum fructus essent colligendi. Vides typum? vide jam veritatem: cum falx sermonis esset adhibenda, cum colligenda fruges, tunc Spiritus ille velut acuta falx advolavit; audi Christum loquentem: Attollite oculos vestros, & uidete regiones quidam jam alba sunt ad messim. Cum igitur ecclisi granarium totum jam seculis obleratum tuisset, adeo ut quasi totum genus humanum degeneraret in paleam mittendam in ignem æternum, tunc prope tempus aderat, quo præceptum adimpleretur Christi dicentes: Triadicum autem congregare in horreum meum.

4. *Dum completerentur dies Pentecostes.* Ideo autem quinquagesimo (inquit Beda in Glossa) quia indulgentia siebat in lubilao, & per Spiritum peccata remittuntur, charitas diffunditur, qua operit multititudinem peccatorum. Hinc est, quod quando Redemptor noster potestatem remittendi peccata Apostolis conferre voluit: Inflavitis & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Unde in hijs solemnitatibus Fœtia terria in ultima oratione Misericordie exprefse dicitur: Ipse est remissio peccatorum. Joannes Ferus in Commentario super Acta Apostolorum ita scribit: Quinquagesimo die gratia Spiritus sancti Discipulorum cordibus infusa est; quia quinquagesimus annus jubila erat, ut notum esset omnibus ab adventu Spiritus sancti verum & perpetuum lumen incepisse. Varias autem Jubilæi illius enumerat conditiones, easque cum eximia illa confert utilitate, que à Spiritu sancti adventu in nos derivatur; Nunc in spirituali lubilao reisolvuntur, debita remittuntur, exiles in patriam iterum revertuntur, hereditas amissa redditur, servi, id est, homines peccato venundati à jugo servitutis liberantur.

5. *Dum completerentur dies Pentecostes.* Porro observandum est, quod Hierosolymis in hac festivitate ex variis mundi provinciis conveniente consueverint innumeri homines gentiles pariter & Hebrei; ac proinde divina providentia voluit, ut Spiritus Sicut tanti populi admiratione super ecenaculo Sionis in signo visibili descenderet, ut hi omnes miraculorum, quæ ibi siebant, oculati essent testes, simulque effensi promulgationis novæ legis Evangelicæ fideles auditores, mysteria-

que à promissio Messia in ordine ad generis humani redēptionem operata intelligerent, ut vel si nemo esse posset, qui excusat se posset, quasi, quæ vel qualis Christiana religio esset, qua annuncianda erat, hactenus ignorasset. Die solemnis Spiritus venit (inquit Beda in glossa) ut tanta virtus haberet multos, qui approbarent, & variantias lingua cognoscerent.

6. *Dum completerentur dies Pentecostes.* Sal-

*Tom. 12.
tr. ii.*

meron aliam solemnitatis hujus congruentiam adducit: Quia post quadraginta dies presentia suscitati Christi, & decem absentia orantia in celo per verbum internum & externum in oratione erant dispositi ad spiritus susceptionem, & per consilia Evangelica significata in quadraginta, & decem præcepta per numerum denarium. Observandum est autem, quod quando Deus humano generi sanctissimum Spiritum suum promisit dicens: Spiritum meum ponam in medio vestri, finem quoque principalem, ob quem illum datus erat, immediatè subiunxit: Et faciam ut in præceptis meis ambuletis, & judicium meum custodiatis, & operemini. Hoc igitur die Redemptor noster Evangelicam legem nobis dedit, atq; ut illam tantò facilius adimplere possemus, Spiritum S. nobis misit, qui mera charitas, amorisq; amor est, ideoque fini præceptorum, qui charitas est, perfectè respondet. Et ob hanc fortè causam Ecclesia Dei ab eodem Spiritu S. directa in ambobus diebus, scilicet tā vigilie hesterne, quam hodiernæ festivitatis, hanc divinorum præceptorum observantium tam efficaciter insinuat & inculcat, veluti si observantia isthæ indubitatum quoddam sit recepti Spiritus S. indicium: Quis habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me; quod idem est ac si diceret: Quisquis præcepta mea diligenter observat, habet amorem meum, qui est Spiritus sanctus. In hodierno quoque Evangelio scribitur: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, qui non diligit me, sermones meos non servat. S Petrus Damiani hujus diei Concionem hunc in modum instituit: Non spiritum hujus mundi non accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Ut autem distinctione explicet, quisnam ille mundi spiritus sit, qui spiritui Dei contrarius existit, dicit: Quis est autem spiritus mundi? Ille profectus est, qui suadet homines diuinæ præcepta contempnere. S Bonaventura manifestum signum, unde spiritum sanctum in

*Ezech. 36.
27.*

Serm. v. de
Pentec.

nobis esse colligere possimus, hoc sequens esse dicit: *In hoc scimus quoniam manet in nobis de spiritu, quem dedit nobis; dat nobis spiritum, ut mandata eius servando in ipso maneamus.* & ipse in nobis. Idem S. Petrus Damianus hoc quoque adducit praesentia Spiritus sancti convincens argumentum: *In hoc profecto constat, quia Spiritum Dei habetis, si Deum vere agnoscitis,* idque hac ratione probat, quia Nemo qua Dei sunt novit, nisi Spiritus Dei. Ex quibus praemissis hæc tandem deducitur consequentia: *Quis ipsum posset Deum cognoscere, nisi ejus Spiritum mereatur habere?* At verò num forte vos hanc Dei cognitionem & notitiam habete dubitatis? Audite S. Joannem clarè id verbis exponentem;

Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Unde & ille perfectus mandatorum Dei custos ajebat: Nos spiritum hujus mundi non accipimus, sed Spiritum qui ex Deo est; quibus verbis eo quo diximus modo inter spiritum hujus mundi & Spiritum Dei distinguit, quia spiritus hujus mundi est ille, qui nos facit divina contempnere, & pravaricari mandata. Oremus aperte, dicebat quondam Propheta regius, & a traxi Spiritum! quisnam autem fuit hujus sacrolanceti spiritus imbibiti finis? hunc declarat quod immediate subjungit ardenterissimum d. vina precepta observandi desiderium, quia mandata tua desiderabam,

Plurium personarum ad fundendas orationes concurrentium unio: sincera cum proximo concordia: & humilitas sui ipsiusque contemptus, optimæ sunt ad Spiritum sanctum recipiendum dispositiones.

DISCURSUS SECUNDVS.

Erant omnes pariter in eodem loco. Act. Apost. cap. 2.

Vnde notabilis est illa, quam Evangelista in hodiernæ festivitatis historia observat, circumstantia, quod scilicet omnes æqualiter in eodem loco conjuncti fuerint eo tempore, quo super illos descendit Spiritus sanctus: *Erant omnes pariter in eodem loco.* Potio Glosa circumstantia hujus rationem reddit, dum ait: *In una domo sedentibus infunditur Spiritus, ut Ecclesia unitas commendetur.* Hic enim, qui in cenaculo illo congregati erant, universam Ecclesiam representabant; ibinamque simul congregabantur sanctissima Virgo, Apostoli, Discipuli, aliquique illuminatissimi servi Dei, qui Firmamenti hierarchia Ecclesiastica columnæ erant. Invenientur igitur Sapientia eos sicut esse voluit;

ut perpetuam significaret Ecclesiae unitatem, quam in eadem quoque Ecclesia deinceps requirebat, ut potè cui infallibiliter adfuturus esset Spiritus sanctus, prout in tot Conciliorum celebratione, in hisque propositorum dogmatum veritate, necnon in controversiarum ad fidem Romano Catholicam spectantium decisionibus, frequenter experientia comprobatum.

a. *Erant omnes pariter.* Græcus textus *unanimes*; qui proinde ad Apostoli exhortationem alludit, ita monentis: *Vnanimes uno ore hono- rificetis Deum.* Quando in facienda oratione omnes unanimes & concordes sumus, tunc utique sperare possumus futurum esse, ut hic Paracletus, id est, advocatus noster supplicationes nostras clementer expediatur, responsumque ad illas favorable referat: *Filiis autem Israel, ut Iudith 7.4 viderunt multitudinem illorum, prostraverunt se sibi*

Rom. 15.7.

Judith 7.4

Se super terram, mittentes cinerem super capita sua, unanimes orantes, ut Deus misericordiam suam ostenderet super populum. Fuitque oratio isthac adeo potens & efficax, ut Judith ex pecuniali spiritu sancti instigata ad facinus illud heroicum foemine & imbelli manu sua caput Holofernis detruncandi patrandum, tete protinus accinxerit. Plurium concors oratio efficit (inquit Salmo 102) ut efficacius imperiret quod volunt à Domino. Sanctus quoque Cyprianus de quotidiana oratione tractans, ac tandem ad eam quam Apostoli in cœnaculo ad Deum effundebant, considerandam descendens, scribit: Erant perseverantes unanimiter in oratione; orationis sua simul & instantiam & concordiam declarantes.

*TOM. 12.**PR. 12.**In Orat.
Dom.**Hom. 2. in
Ep. 2 ad
Cor.*

Uadè etiam considerabile est elogium illud, quod S. Joannes Chrysostomus plurium unanimiter congregatorum orationi attribuit, dum ait: Reveretur Deus multitudinem unanimem & consentientem in precando. Atque ideo instituta sunt publicæ processiones, quadragesinta horaria orationes, Horarum item canoniarum recitationes, quæ tam à Clero sacerdotali, quam Regulari in Choro unanimiter Deo perfolvuntur: ad eundem quoque finem erectæ sunt multæ confraternitates, aliaeq; lacra Congregationes; Deus etenim Spiritum suum susque gratias in majori cumulo illis communicat, qui supplicationes suas simul congregati ei porrigit, & ob oculos presentant. Scimus quid

Serm. de 7. concordia ad proximum (inquit S. Bernardinus) donis spiritus fratrum collegium cum vacatione attenta

rit, S. spiritus sancti cumulatum donum. Neque enim primos illos fideles, prout in Actibus Apostolicis scribitur, Spiritum sanctum in signo visibili tunc receperisse invenietis, quando singuli orationem suam in propriis domibus privatim saciebant, sed quando simul congregati precabantur, squalque ad Deum orationes fundebant.

3. Erant omnes pariter. Interlinearis legit: Vnum cor & animam habentes. Lyranus super hęc eadem verba ait: Illi, quibus tunc datus spiritus sanctus fuit, erant simul habitantes, & Deum orantes, & in his perseverantes; idque ad dandum nobis utilissimum hoc documentum, curandi scilicet in nobis unionem & pacem cum proximi nostri. Per quod patet, quid illi, qui simul junci sunt charitate, & orant Deum de-

votè, & perseverant in hac occupatione, donū spiritus sancti recipiunt abundè. Idem quoque punctum S. Chrysostomus super hunc Actuum Apostolicorum librum scribens, tangere videtur, dum ait: Cum infstant deprecatione, cùm charitatem inter se habent, tunc advenit spiritus sanctus. Cujus ratio est, quia cùm spiritus sanctus sit amor & charitas; Fons vivus, ignis, charitas; deo ibi solùm reperitur, ubi hæc virtus vigeat cernitur; econtra vero ubi simularas est & discordia, ibi minimè invenitur. Descendit spiritus super unanimes (inquit B. Laurentius Justinianus) sedentes, atque orantes; diligit hic spiritus unitatem, amat pacem, diligit concordiam, hunc si suscipere cupis, noli dissidere cum fratribus, noli divisus esse in te; concordes in te voluntas, & ratio, caro & spiritus. S. Vincentius Ferterius in Sermone de præfenti Festivitate hanc nobis unionem & concordiam cum proximis serio commendat, omnino existimans, quid sine hac hujus sancti spiritus capaces esse minimè possimus; ad quod persuadendum sequenti utitur similitudine: Quia sicut spiritus humanus ad hoc ut vitam det corpori, requirit conjunctionem membrorum; quia si membra sunt divisa, scilicet caput seversum, & manus, & pedes, & sic de aliis, spiritus recessit, nec remaneat cum aliquo membro diviso; ita etiam est de spiritu sancto. Quia similitudine nobis sanctus hie vir rempublicam quandam in uno tantum corpore, v. g. humano adumbrat, ostenditque quid membra illius varios designent status & vocations hominum. Oculi enim dici possunt illi (inquit S. Vincentius) qui scientiarum speculacionibus dediti sunt: aures sunt judices, quorum munus est aliorum causas audire, easque decidere: nares homines virtuosos & exemplares significant, utpote bonum nominis odorem sibi attrahentes & vendicantes: os sunt Sacerdotes, qui pane Eucharistico quotidie cibantur: brachia sunt milites, qui rempublicam defendunt: pedes sunt opifices, artifices, laboratores, seu operarii: denique totius corporis caput est Christus. Sic ut enim (subjungit idem Sanctus) in uno corpore scilicet humano multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo. & quādiu sumus uniti & conjuncti in bona pace & concordia, quando majores diligunt minores,

res; & minores honorant majores; Clerici con-
veniunt cum laicis, & econverso; viri cum
uxore, & econverso; pater cū filiis, & econver-
so tamdiu Spiritus sanctus vivificat corpus cō-
munitatis; sed si membra sine divisio per invi-
diam & rancorem, statim recedit Spiritus san-
ctus. Tots hic dicturus est S. Vincentius iuper
verba Thematiss à principio proposita: Erant
omnes pariter, glossa explicat pariter, id est, con-
corditer. Deus die quadam sanctum Prophetam
Ezechielam accersivit, eique latum campum o-
stendit nudis ossibus retortum, & interrogavit,
Ezech. 37. an illa à se resulcitan posse crederet: Fili homi-
nis putasne vivent ossa ista? Qui respondit ei:
Tu scis Domine, quia id facere valeas. Jussit ita-
que Deus ut ossibus illis predicaret: Vaticinare
de ossibus istis, & dices eis: Ossa arida audiue
verbū Dei. Qui cùm divino iustitu obtempera-
ser, confessum inter cineres & ossa illa commotio-
nem quandam audire coepit: Factus est autem so-
nus prophetante me, Ecce commotio, & acces-
serunt ossa ad ossa, unumquodque ad juncturam
suam. Unitique lunt pedes simul cum tibis, capi-
ta cum bustis, manus cum brachis; cùmque ca-
ro superveniens ossa contexisset, sicutique con-
nexisset, protinus in corpus illud ingressus est
spiritus, halitus, & vita: Ingressus est in ea spí-
ritus, & vixerunt, & steterunt super pedes Iosuas
exercitus grandis nimis. Enimvero id, quod in
illa historia proposito nostro deseruit, solum hoc
est, ut scilicet sciamus caulan, cur Deus ossibus
illis non communicaverit vitam quando disjun-
cta erant, sed voluerit ut prius unumquodque
cum alio in loco suo conjungeretur. In promptu
autem est responsio; quia nimis ingens futura
fuisse monstruositas, si lingua extra palatum
constituta loqui coepisset, vel si pedes le capiti
juxxissent, vel si caput potentiarum suarum inte-
riorum & exteriorum umerum habuisset, separatum
a corporis busto; nunquam visum est naturaliter
fieri posse, quod membrum aliquod à corpore
divisum vitam recipiat, & mulò minus quod
juxta luis dispositiones operetur, nisi alii luis
compartibus fuerit conjunctum, nisi id miracu-
losè fiat. Cur vero Deus tale miraculum non fe-
cit? Quia increatae Sapientiae consultum fore
videbatur, si utilissimum hoc mundo documen-
tum relinqueretur, quo firmiter sibi perluade-
rent, neminem Spiritum Dei participare posse,

nisi perfectè cum proximo suo unitus fuerit; si-
quidem unū corpus sumus; imo mortuus potius
erit & manebit, quamdiu fratre suo per invidiam
aut rancore fuet separatus: Sicut humanus spí-
ritus nunquam vivificat membra (inquit Ian-
dus Augustinus) nisi sint unita; sic & spíritus
sanctus nos non vivificabit, nisi pace fuerimus
uniti. Expositor quidam in Acta Apollotorum
scribens ait: Habet qui primò repperunt spí-
ritum, quidegerint? unánimes erant, in sublimi
loco habitabant, denique orabant; ad hos venit
spíritus sanctus. Unde ulterius dicit, non esse
quod miremur, quod nos sancti spíritus adven-
tum in nobis quoque non experiamur: Vbi enim
pectus irā, rixis, invidiāque lividum est, ibi nul-
lus spíritus sanctus est locus residuus.

Serm. 2. ad
Fratr. in
Erem.
loc. Ferus.

4. Erant omnes pariter. Aliam quoque su-
per illud pariter considerationem facere pos-
sumus, ut paritatem seu æqualitatem significet;
neque enim iam ampliù de primatu inter te
contendebant, sed omnes in cœnaculo illo adu-
nati orationi summa cum humilitate, sive ip-
siu contemptu, ferventer instabant. Ad quem Isa. 66.2.
respiciam (inquit Deus per Isam) nisi ad pau-
perculum & contritum spíritu. Idem quoque
Propheta cap: 11. gratiarum plenitudinem, qua
cupletandus erit Messias, prædictit, & in specie
agit de septem donis spíritus sancti. Requiescat
super eum spíritus sapientia & intellectus, spí-
ritus consilii & fortitudinis, spíritus scientia
& pietatis; & concludit tandem dicens: Reple-
bit eum spíritus timor Domini. Circa quam
donorum spíritus sancti recensionem, dubium
quoddam mihi subnascitur, cur scilicet donum
timoris Domini in fine ponat, cùm tamen idem
spíritus sanctus per os Ecclesiastici dicat: Ini-
tiū sapientia timor Domini. Respondet Pe-
trus Cellensis, quod sicut ad thesauros aliquem
custodiendum vigiles aliqui exponi solent; ita
quoque ad ecclesiū gratiarum thesauros cu-
stodiendum excellentior aut securior vigil seu
custos exponi nequeat, quam timor Domini.
Beatus homo qui semper est pavidus. Semper e-
cum timendum nobis est, ne hac dona hæque Pro. 18.
gratias culpâ nostrâ perdamus, ideoque humili-
tati temper est iustendum. Quia enim custos
super innumerabiles gazas; sic timor in ultimo
charismatum ponitur, ad conservandas innu-
merabiles gratias.

C. 1. 16.
Lib. de Pa-
nib. c. 14.

Inspi-

Inspirationibus Spiritus sancti sine ulla dilatione aut mora respondere debemus.'

DISCVRSVS TERTIVS.

Faēlus est repente de cælo sonus.

1. **S**piritus sanctus super cœnaculum Sionis repentina cum velocitate descendisse dicitur: *Faēlus est repente de cælo sonus.* Unde glossa interlinearis sequens documentum elicit: *Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia,* juxta illud: *Fluminis impetus latificat civitatem Dei.* Torrentes, qui ingenti cum impetu rapiuntur, cœlestem Hierusalem inundant & secundant, id est, qui ab impetu torrentis inspirationum Spiritus sancti rapi se finunt, quique sine ulla mora aut dilatione iisdem respondent, hi sunt qui quovis tempore civitatem Dei populam efficiunt. *Est autem repentinus in festina*

Serm. s. de conversione (inquit S. Bonaventura). ne tardes
Pentec. converti ad dominum; suscipiamus nunc re-
pentinum spiritum ad conversionem, ne acci-
cipiamus repentinum interitum ad damna-
tionem.

2. Observandum est autem, Spiritum sanctum non solum summa cum velocitate descendisse, verum etiam ad instar venti cuiusdam valde impetuosi super Apostolos dilapsum esse: *Tanquam advenientis spiritus vehementis.* Ex qua venti similitudine argumentum quoddam eruere possumus ad perstringendum illos, qui tardi sunt ad obediendum inspirationibus divinis. Experiencia quotidiana demonstrat, quod si post longam à nautis in littore maris tractam moram, Boreas aliquis seu ventus Aquilonaris, vel alius quispiam Favonius bona fortuna flare coepit, nautæ tales bonam hanc navigandi occasionem nequaquam negligunt, aut dissimilant, quin prius consilium, ut talis ventus obo ritur, vela sua solvere & expandere incipient, nec quicquam bona occasione desperant, jure merito metuentes, ne si post ejusmodi bona oc-

casioni neglectum, contrarius aliquis ventus ex surget, naufragii periculum incurant. Enimvero omnes quotquot sumus, in mari hujs vite procellofissimo degimus: *Hoc mare magnum & spatiōsum;* atque ideo opus est, ut donec ad eccl. felicem portum appellere contingat, continuo navigemus, nisi in scopulū aliquem impingere, ac tandem in profundo inferni naufragari velimus. Necesse est ut vento favorabili seu Favonio divine gratiae, inspirationumque Spiritus sancti, qui sanctificat animas nostras, bene uti sciamus; punctus enim salatis nostris ab eo plurimum dependet, quod scilicet talibus inspirationibus prompte respondendo, pareamus, nec finamus præterire quæ ad hoc nobis ultero offeruntur auxilia divina, secus enim faciendo haud immerito metuere possumus naufragium: *Suscipiamus nunc repentinum spiritum ad conversionem, ne accipiamus, &c.* Ubi notandum est illud ly nunc, id est, in hoc momento, sine ulla mora, repente. Monet nos salubriter Ecclesiasticus: *Ne tardes converti ad Do-* Eccl. s. s.
minus, & ne differas de die in diem. Sed quænam minæ inveniantur illis, qui id facere differunt aut negligunt? *Repentinus interitus ad damnationem;* subdit enim: *Subito enim veniet ira illius, & disperdet te.* Veruntamen insuper observandum est, quod cùm Ecclesiasticus in eo, quod est inspirationibus divinis respondere, dies admittat: *Ne differas de die in diem:* Apostolus, qui ab hoc Spiritu illuminatus fuit, quando circumfusæ erat lux de cælo, undè nominatur *Lux beatissima,* nequaquam ea in re dies admittit, quin potius tempus ad hoc deseriens ad momenta restringit, nam declarare volens, quando Deus penitentiam nostram sit acceptaturus, tempus illud ad unum Nunc reducit. Nam ad Corinthios scribens, iisque persuadens quod sanctissi-

mi hujus Spiritus gratia prompta sit ad insinuandum le nobis, ut salutem nostram operari valeamus, rogat eos ne obicem vel obstaculum

2. Cor. 6. 2. ponat : Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiat, ait enim: Tempore accepto exaudi te, & in die salutis adjuvite. Verum inquires, quodnam est hoc tempus acceptum? immediate id ipsum declarat dicens: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, Quando divina illa lux Spiritus sancti anima S. Pauli, dum adhuc Saulus esset, spirans minarum & cadi in Discipulos Domini, lese infundit, subito, at ipsem ad Galatas scribens ultra latetur, eidem correspondit: Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris mea, & vocavit per gratiam suam, continuo non acquieci carni & sanguini, id est, statim (ut habet glossa S. Thomae) ita perfecte sui conversus, quod omnis carnalis affectus recessit a me.

1. Timoth. 1. 15. Id ipsum idem Apostolus ad Timotheum scribit: Fidelis sermo & omni acceptance dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum; sed ideo misericordiam consecutus sum; mox verocationem reddit, cur Spiritus sanctus ipsum illuminaret atque converteret: Ut in me primò ostenderet omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi. Vult igitur Deus, ut S. Paulus in Ecclesia sua sit velati norma & speculum quoddam omnibus illis deferiens, qui ad ipsum deinceps sunt convertendi.

Act. Ap. 9. 7. Ad informationem. Sed quodnam nobis exemplum post se reliqui? præterquam dixerit: Continuo non acquieci carni & sanguini. S. Lucas insuper dicit, ipsum eodem tempore Deo dixisse: Domine quid me vis faceret? quod idem est, ac si cordis sui claves Dei manibus consignasset; quid igitur mirum quod subito & in unico momento factus sit ex persecutore Apostolus, Doctor gentium, vas electionis, & tuba Spiritus sancti; siquidem hi veri sunt effectus, quos operari solet in iis, qui ei promptè correspondent. Divinus quoque hic Spiritus quamlibet errantem animam ad penitentiam feriam invitare non omittit; siquidem Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Quæ verba S. Antonius de Padua fermaz, de præfenti festivitate, ita interpretatur: Orbis dicitur à rotunditate circuli

est terra obscura, frigida & immunda; orbis est cor peccatoris, qui in circuitu tanquam in rota ambulat; mundum circuit, quiet & superbiam obscurus, avaritiam frigidus, luxuriam immundus: sed orbem terrarum Spiritus Domini replet, dum cordi peccatoris gratiam compunctionis infundit, & sic ei via aeternum adimit. Qua auctoritate verba illa: Et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis, interpretanda sint, mox declarat, cum dicat: Hoc quod continet omnia, est homo, qui ut & omnes aliae res corporales mixta, ex quatuor componitur elementis. Habet scientiam vocis, quia intelligit quod si ob Spiritus sanctus loquitur. Unde S. Bernardinus ait: Toties Spiritus loquitur, quoties bona cogitamus. Cavendum est autem, ne dum Spiritus sanctus cordi nostro loquuntur, bona que nobis cogitationes aut inspirationes sanctas immittit, nos easdem acceptare, aut non respondere negligamus. S. Augustinus in libro qui dicitur: Speculum peccatoris, texum ilium adducit: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus; & dicit: Quam terribilis est sententia, & metuenda his qui disciplinam non apprehendunt! ex hac spiritus sancti sententia patet, quod peribunt: hinc est quod Dominus per Moyen ait: Omnis anima qua non fuerit afflita die hac, peribit de populo meo. Id quod non de afflictionibus corporalibus, jejunis, disciplinis, ciliis, vel alius similibus austerioribus intelligitur; sed hunc sensum habet: Animam qua non fuerit afflita per disciplinam, subaudi per morum correctionem, per paenitentia satisfactionem, per cordis contritionem, per conscientia purificationem; adeoque Spiritus sanctus, ex mente S. Augustini, vult ut haec talis penitentia, seu malorum morum nostrorum emendatio, nequaquam differatur in crastinum, sed hodie potius fiat; Si non fuerit afflita hac die peribit. Unde meritò David nos exhortatur, dicens: Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare cor da vestra. Quanam oblectio ratio est, quod Astrologus aliquis, quamvis ille prædictus & scienticus, nihilominus iuxta professionis sue regulas, nunquam se de futuris eventibus assecutare posset, quod scilicet futurus sit aer serenus vel nubibus, vel pluies, aut vero tempestates, vel alia similia prognostica avident? In promptu causa est, quia per se ipse instabilitas & variatio tempo-

rum, à ventis pro tempore incidente spiranti-
 bus dependet; de his autem nec scientia, nec re-
 gula certa statui potest, eo quod Deus ipse hos
 pro suo beneplacito ordinat & attemperet: *Qui
 producit ventos de thesauris suis.* At vero, in-
 quies, quidnam per hanc similitudinem inferre
 sagis? Nimirum, multi nostrū in votis qui-
 dem animi impensè possum habent, ut illis bo-
 ne conscientiae serenitate fruileat, ita tamen
 ut serenitatis illius tempus in nostro sit arbitrio
 possum, ut scilicet tunc accidat, quando nobis
 est commodum. Nunguid ita est? Et ex hujus
 suppositione multi se infallibiliter salvandos
 esse credunt, presumentes possibilem sibi esse
 penitentiam, quandocunque illam adoriri lu-
 buerit; & tamen pīo dolor! vehementer deci-
 piuntur; quia nisi hic Spiritus sancti venitus ipi-
 taverit, nunquam optatum portum aequi, neque
 serenitate conscientiae, prout desiderant, per-
 trui poterunt. Sciant igitur & agnoscant igno-
 rare se, quando salutaris hic venitus sit spiratu-
 rus; neque enim hic in potestate nostra consi-
 stit, nec à nostra dependet voluntate, quin po-
 trius suas nobis inspirationes immittet, quando
 ei magis lubebit, atque ideo vobis si illas no-
 bis immisssas neglexerimus. Unde S. Antonius
 Paduanus ait: *Spiritus sanctus dividens singu-
 la prout vult, ubi vult, quando vult, & quan-
 tum vult, & quibus vult gratiam suam inspi-
 rat.* Nota verbum istud: *Quando vult;* non di-
 cit, quando nos volumus, sed quando ipse vu-
 t; vento enim similis est, qui in brevissimo temporis
 spatio pertransit. Piscis ille, qui Echines vel
 Remora denominatur, maxima quadam navium
 moles ad firmiter subfistendum coercet, propi-
 tum tamen ventum luscitandi virtutem minime
 habet; favorabiles quidem venti effectus impe-
 dire prævaler, dum navigium tumidis expansis
 que velis progredieas vel invitum & contrani-
 tens immotum morari & sistere facit; ita quoque
 liberum nostrum arbitrium, Spiritus sancti inspira-
 tionibus contraniti & resistere potest, ut ta-
 men eas æquè proprias sibi de novo aspirare fa-
 ciat ejus longè superat facultatem. Dum coelum
 trem suum verno tempore supermare quaqua-
 versum diffundit, concha marina ejusdem ful-
 lantes guttulas patulo ore avidè excipiunt, eas-
 demque in sinu suo reclusas in solidas effingunt
 margaritas; si quæ autē ex conchis ora sua perti-
 naciter obturata retineant, ejusdem roris deci-
 duis guttulis minimè locupletantur, id quod tam-
 en ipsi non ex alio roris defectu, sed culpā
 propriā accidit, adeoque ipse vacua & inane
 perleverant, quia ros ille deinceps jam non di-
 stillat amplius, ipseque prædivite illa gemma sepe
 destitutas esse ingemunt. Porro ros ille cœle-
 stis Spiritus sanctus est, qui de celo laplus animas
 nostras imbuat: *Sancti Spiritus Domine corda
 nostra mundet in fusio,* & sui roris intimā a-
 spersione fecundet. Hic nemini hominū abnue-
 tur, quisque ille deum sit: *Illuminat omne ho-* *Ioan. 1. 8.*
minem venientem in hunc mundum. Non est qui *Pſ. 18. 7.*
se abscondat a calore ejus. Quid interea agitur?
Ego sto ad ostium, & pulso; culpa nostra est si *Apoc. 3. 2.*
 non admittatur; ipse ad cordium nostrorum por-
 tam puitas, nec tamen illi aperire volumus, ave-
 vero non nisi dum nobis placuerit, fores cordis
 reserare decrevimus: *Vox dilecti mei pulsanus.* *Cant. 5.*
 Et quidē quo Spiritus sanctus tuas nobis inspira-
 tiones immittat, satis superque intelligit: *Aperi
 mi hi soror mea, amica mea, columba mea,
 immaculata mea:* quia caput meum plenum
 est rore, & cincinni mei guttis noctium; ingen-
 tem enim donorum, gratiarum, virtutumque
 cœlestium imbre in animam nostram depluere.
 eamque ad veram sui notitiam perducere sta-
 tut; illa autem se excusat frivole dicens: *Expo-
 liavi me tunicā meā, quomodo induar illā?* *La-
 vi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Quae
 excusationes nonnullorum esse videntur, qui vo-
 luptatibus, delitiis, vitaque commoditatibus pro-
 nunc immersi vivunt, alio vero tempore illis be-
 nē viso, divinis vocationibus correspondere sta-
 tuunt, sed graviter decipiuntur; siquidem expre-
 se in consequenti textu dicitur, quod cum tan-
 dem fores reserbarerit, dilectus radio vietus abi-
 dē recellerit: *Pessulum ostii mei aperui di-
 lecto meo;* at ille declinaverat as-
 que transferat.

Serm. in
die Pent.

Soni illius, in quo Spiritus sanctus descendit, mysteria considerantur.

DISCVRSVS QVARTVS.

Factus est de cœlo sonus.

I. **E**odem tempore, quo divinus ille ignis de cœlo dilapius est, ingentis cuiusdam soni strepitus in aëre personuit, qui universam Hierosolymæ urbem præ admiratione attonitam gravitumore perculit; multi enim hoc rumore excitati ad cenaculum Sioniticum properârunt, ut quæ ibi accidissent prodigia, oculis suis spectarent. *Factus autem hac voce convenit multitudo magna.* & mente confusa est. Porro expoñentes sonum hunc ad instar tonitruj cuiusdam fuisse afferunt. Unde S. Antonius de Padua hunc *Exodi* textum in medium adducit: *Iamque advenierat dies tertius.* & mane inclarerat, & ecce coepérunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccina vehementius perstrepebat. Per tres autem hosce dies, inquit factus hic Pater, sacro sancta illa incarnationis & mortis Filii Dei, neconon advenientis Spiritus sancti mysteria denotata fuerunt; audita sunt tonitrua, fulgura que micabant, quia *Factus est de cœlo sonus. Fulgora,* id est, *Apostolorum miracula;* & nubes densissima, id est, *cordis compunctione & paenitentia* operire montem Sinai, id est, populum qui erat in Ierusalem; quia audiâ sancti Petri prædicatione Compuncti sunt cordes; & dixerunt ad Petrum & reliquos Apostolos: *quid faciemus viri fratres?* Clango Buccina, id est, prædicationis vehementius perstrepebat. Siquidem hodierno magis die quam in ullo die rum superiorum divini veibi efficaciam evidenterissimâ experientia comprobant, quando ad unicam S. Petri prædicationem tria hominum millia fuere converta. Ingens hic sonus, ut venerabilis ille Tuitiensium Abbas Rupertus pariter dicit, *Apostolorum prædicationem denotavit, quæ per univerlum mundum divulganda erat;* si.

Exod. 19. 26.

Lib. 10. de offic. c. 13.

quidem *In omnem terram exivit sonus eorum,* & in fines orbis terra verba eorum; cœlis illis, quos nunc firmare veniebat, enarrantibus gloriam Dei.

2. *Factus est de cœlo sonus.* Ad denotandam Dei, id est, tertiae sanctissimæ Triadis personæ interram descendantis majestatem: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificencia.* *Pf. 24. 4.* *Enimvero Verbum eternum in sui Incarnatione sine omni strepitu ad instaroris in hanc terram descendit:* *Rorare cœli desuper.* *Sicut pluvia in vellus descendit.* Hodie vero dum se mediantre Spiritu sancto, veluti supremum cœli terræque Monarcham manifestare decrevit, audiri ab omnibus voluit. *Factus autem hac voce:* *Factus est de cœlo sonus.* Unde S. Ambrosius in Prologo libri de spiritu sancto ait: *Vbi evasit immortalis, & cœli incola insonuit, & non tam rore, quam imbre terram ipsam copiose implavit.* Dionyssius Carthusianus sonum hunc ejusdem Spiritus sancti majestatem significasse existimat; in more etenim positum est apud omnes quod in magni cuiusdam Principis adventu omnes fortalitionum balistæ in evidens latitudo & reverentia signum ignes evomere, magnisque in aëre strepitus edere soleant. *Ad declarationem Majestatis Paracleti Spiritus sancti desuper venientis,* & ut personatum illum corda discipulorum ad reverentiale Dei concuterentur timorem, ac profundiori humilitate ad sancti Spiritus disponerentur influxum. Salmeron earundem balistarum, licet alio omnino fine, similitudine uitur. *Fuit (inquit de hoc sono) vittoria & latitia symbolum,* ob qua exonerari solent tormenta bellica: *vel quasi initium belli spiritualis fuit,* quo solent hostes mutuose bombardis salutare, ita hoc mundani & demones perterrefacti sunt.

3. *Factus*

*Tom. 12.
Tr. 1.*

Tom. 3.
serm de
donis.

2.Cov. 1.

Serm. 10.
de Pent.

Serm. 36.

Rom. 16, 15

3. *Fatius est de cœlo sonus.* Ubi Glossa ait: *De cœlo datur Spiritus, ut diligatur Deus; in terra datur, ut diligatur proximus;* bis enim post resurrecti onem est datus, ad duo præcepta charitatis commendanda. S. Bernardinus sonum hunc ideo accidisse censuit, ut mentes & corda nostra ad cœlum extolleret: *Ideo de cœlo, ut ad cœlos eos veheret.* Quasi diceret, cœlestis hic ignis in terram venit; ut nos ad cœlum perdueret; unde per hunc soni strepitum nos à pigritia nostrâ expergetacere voluit, ac simul judicare jam ante decem dies apertum nobis fuisse paradisum, seque unâ cum cœlestibus thesauris in hasce terras descendisse, ad animas nostras veris divitiis locupletandas. S. Apostolus de Spiritu sancto loqueus ait: *Dedit pignus spiritus in cor dibus nostris.* Quasi dicere vellet, eo ipso quo Spiritum S. nobis communicavit, securum conseruerter gloriæ pignus nobis secum attulit. Pignus etenim, ut Doctor Angelicus ait, tantum valere debet, quanti valet res, pro qua datur; siquidem ad omnis iactura periculum praevendum pignus dari solet: *Ira est de Spiritu sancto,* quia Spiritus sanctus tantum valet, quantum gloria cœlestis; sed differt in modo habendi, quia nunc habemus eum quasi certitudinem consequendi illam gloriam; *in patria verò habebimus, ut rem jam nostram,* & à nobis posse sum, Spiritus tuus bonus (inquietabat David) deducet me in terram rectam, id est, (ut S. Bonaventura explicat) *in terram viventium*; ex quo enim gratia semen est gloriæ, Spiritus sanctus utique eit qui illam anima communicaat. *A quo mittitur?* interrogat Abbatil Abbas: *Cui infunditur?* certè Christus Dominus eum de cœlo mittit, & seruo infudit, ut per eundem Spiritum illuc perveniat humilitas servi, ubi sedes maiestas imperantis. Etenim Spiritus S. in signum adoptionis nostra recipimus, qua in filio Dei, & conseqüenter in cohæredes Christi & gloriæ hæredes adoptati sumus: *Accipisti Spiritum ad optionis filiorum,* in quo clamamus: *Abba Pater,* ipse enim Spiritus testimonium reddit spiri-tui nostro, quod sumus filii Dei: *si autem filii,* & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Idem Paulus ad Ephesiens scribens talutiferum hoc illis monitum tradidit: *Nolite contristare Spiritum sanctum,* in quo signati es-tis. Quodnam autem est hoc Spiritus hujuscenobis impressum signaculum? Hugo Cardinalis ait: *Signat oves suas Dominus signo gratia.* Unde & illum Cantorum texum adducit, ubi Iponius dicit: *Pone me ut signaculum super cor tuum.* Chrysolomus nostram hac in re, si cun Hebrais Hom. 2. in comparemus, præcellentiam ponderat, dicens: epist. ad Signatis sunt etiam Israelita, sed circumcisio nis Ephes. notâ ut pecora & bruta; & nos ipsi signati sumus, sed ut filii Spiritus sancti. Idemmet sanctus Doctor alibi scribit, quod sacrolancio hoc Spiritu non solum adoptivi filii Dei, verum infuper totidem in terra Angelis sumus: *Per hujus dona Tom. 5. de gratiam accurrimus, non naturâ mutati,* sed serm. 37. *quod mulcè est mirabilius,* in natura permanentes humana Angelorum conversationem exhibemus.

4. *De cœlo sonus.* Interlinearis addit dicens: *Vt signaret Spiritum cœlestem esse.* At verò sanctus Bernardinus dicit: *Vt cœlestes, imò ipsos cœlos ad gloriam suam efficeret,* sicut ipse Spiritus sanctus per Prophetam predixerat: *Cœli enarrant gloriam Dei.* Non dicit quod sonus hic ab Oriente, vel ab Occidente, vel ab alia parte mundi venerit; sed de cœlo eum descendisse dicit, ad denotandum, finem adventus Spiritus sancti hunc esse, ut videlicet nos è terra plasmati homines, in virtute hujus sancti Spiritus fieremus cœlestes, ab omnibus terrenis rebus cordibus nostris avulsi. Enimvero mox ut rumorem quendam extraordinarium percipimus, ut unde is veniat, agnoscamus valeamus, aures & oculos nostros protinus exporrige solemus. *Fatius est de cœlo sonus,* ut affectus suos sursum eleverant: *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Septuaginta legunt: *Superferebatur;* cùm enim per aquas intelligant bona hujus præsentis vitæ transire, *Quasi aqua dilabimur,* ideo vult Spiritus sanctus, ut exemplo suo simus omnibus hisce bonis terrenis superioribus, quia superferebatur. Amor illuc attollet nos, dono tuo accendimur (inquit S. Augustinus) & sursum ferimur. Porro S. Stephanus hac nostrâ mortali carne etiamnum induitus dicebat: *Eete video calos apertos,* & Iesum, S. Petrus Damianus ait: *Simul signanter* Serm. de recollige positionem verborum; plenus est Spiritu sancto, & sic intendit in cœlum: quia qui Spiritu divinitatis afflatur, conculcatis terrestribus cœlestibus inhiat & aternis. Tot oculis nostris

Lib. 13.
Confess. 5

Serm. s. de
Serm. in
Vig. Pent.

nostris quotidie videmus hujus vitae delitiis & voluptatibus, cunctisque aliis, quae summa in abundantia possideat, bonis renuntiantes, eosque non ab alio spiritu motos & instigatos, quam illo Spiritu, qui de coelorum sedibus hodiernâ die descendere dignatus fuit. Unde S. Bonaventura ait: *Validus est Spiritus sanctus & vehementer in temporalium renuntiatione; in spiritu vehementi conteres naves Tharsis, id est, cunctaque temporalium; Tharsis, exploratio gaudii interpretatur: stulti enim gaudium in temporalibus querunt; naves ergo Tharsis in spiritu vehementi conteruntur, quando temporalia infinitu Spiritus sancti contemnuntur. Quotiescunque enim Spiritus sanctus mundi hujus spiritum apud nos comprehendit, animabut nostris sese insinuare semper intermitit.* S. Vincentius Ferrerius illa Christi verba, quibus Joan. 14. dicit: *Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum, nec scit eum;* illa, inquam, verba ponderans dicit, in Scriptura nomen hoc mundus, quatuor potissimum modis accipi. Primo enim per hoc vocabu-

lum Ecclesia intelligitur universalis, sic dicitur: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Secundo, nomine mundi terrena haec mansio & habitatio intelligitur, & hoc sensu scribitur: *In mundo erat.* Tertio, per mundum mundialis haec fabrica accipitur; de hac enim scribitur: *Mundus per ipsum factus est.* Quartodecimtudo & ultimô, mundi nomine homo significatur, voluptatibus & deliris, cunctisque terrenis rebus omnino deditus intelligitur, de quibus intelligenda sunt verba illa: *Mundus eum non cognovit. In isto sensu accipitur, quod mundus non potest accipere, id est, gens mundialis; animalis enim homo non percipit ea, qua sunt spiritus.* Dans flatum populo (ita quondam illatas hac de re varicinas est) qui est super terram, & spiritum calcantibus eam. Circa quae verba Procopius dicit, Isaiam indicare voluisse, Deum omnibus terrae populis vitam conculcile, eamque respirando continuo conservare; ad propositum autem nostrum maxime facit quod sequitur, nimurum: *Verum Spiritus sanctus concessus est iis solis, qui terrenas cupiditates calcant.*

Isa. 42, 6.

Cur instar venti venerit, variæ adducuntur rationes.

DISCVRSVS QVINTVS.

*Factus est de caelo sonus, tanquam advenientis spiritus
vehementis.* Act. Apost. cap. 2.

H Aud sine mysterio singulari Spiritus sanctus, dum hodie ignis sibi similitudinem assumpsit, pariter ad instar venti passim ab omnibus audiri voluit; quia in opinione tanto magis confirmor ex eo, quod Christus paulò ante postquam resurrexisset à mortuis, quando penitentia Sacramentum à se cum institutum Apostolis suis administrandum commisit: *Insufflavit in eos, dicens: Accipite Spiritum sanctum.* Adeoque ad instar halitus cuiusdam, qui nihil est aliud quam quadam aëris exhalatio, sicut & ventus aliud nihil

est, quam quædam aëris commotio, Spiritum sanctum contulit. *Quare insufflavit?* interrogat S. Vincentius Ferrerius, *Dico quod ad ostendendam autoritatem Spiritus sancti, qui ab eo procedit.* Et rationem reddit dicens: *Sicut enim anhelitus procedit ab anhelante,* ita Spiritus sanctus non solum à Patre, sed & à Filio procedit. Expositor quidam modernus super Acta A. Lorinus, postolorum scribens ait: *Quadrat Spiritus non mentertia Personæ Trinitatis, ut à spirando & flando dicatur; quia processio ejus est veluti exspiratio & reflatio quasi ex intimo præcordiorum calore, & amore Patris atque Filii.* Alius Io. Ferrius, quoque superioris saeculi commentator eadem

Apo-

Apostolorum Acta exponens, in hoc vehementi vento hujus sacrosancti Spiritus in operando vehementiam pariter denotatam fuisse existimat: *Ventus siquidem elementum invisibile est, sed tamen efficacissima operationis; videmus enim ventum nemine obstante & mira celeritate totum perflare orbem: sic & Spiritus invisibilis Deus, at latentis energie infallibilis & potentis est; mira enim felicitate & celeritate per universam orbem doctrinam suam propagavit, neque quisquam tam fortis vel potens, qui ejus impetum reprimere potuisset.* Equidem variae intercedunt inter ventum & Spiritus lantē effectus analogia consideratione dignissima.

*Lib s. nat.
qu. 61.*

*Serm. de
Spiritū S.*

2. *Tanquam advenientis spiritus.* Ventus nihil est aliud præterquam concutatus aer; unde Seneca eum definit dicens: *Ventus est fluens aer.* Quo supposito certum est nullum esse elementum vento nobis magis necessarium; siquidem aere nutrimur, eumque quovis momento respiramus, dumque illum respirare desinimus, vita quoque nostra finit, adiit, necesse est. Atque ideo ecce tibi rationem, eamque potissimum, cur Spiritus sanctus ad instar venti cujusdam luper Apoitolo suo descendere voluerit, nimirum ad innuendam nobis summam illius in nobis habendi necessitatem, idque non tam pro conservatione corporalis quam spiritualis vita. S. Petrus Damianus ait: *Sicut anima est vita corporis, ita & vita anima nostra Spiritus sanctus est.* Vita corporis conservatur aerem continuè attrahendo, Spiritum vero lantum unum cum gratiarum donis attrahendo vita anima conservatur, ut potè sine quo anima in semetipsa deficeret: *Sine tuo nomine nihil est in homine.* Revocate oblecro in memoriam quenam fuerit in agro Damasco hominis primitiva origo? Et enim ad instar statuē cujusdam ē luto aut creta efformata intelectibilis erat, mox vero ut supremus ille rerum omnium plasmator suis illum manibus fabricando absolverat, suum in illam statutam molem spiritum seu anhelitum expiravit: *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vita;* unde corpus ejus protinus organizatum in adeo mysticam atque perfectam symmetriam redatum fuit, ut Dei imago & similitudo eidem impressa elucescere cœperit. Et factus est homo in animam viventem; neque spiraculo seu flatu isto solum corpus, sed & animam aspiravit. Spi-

ritum s. cum omnibus donis & charismatibus ē concomitantibus, innocentia quoque & justitia originali, eidem infundendo. *Spiraculum vitrum legit Hebreus.* Dic sodes, quidnam homo cœlesti hoc Spiritu substitutus futurus esset? utique massa quædam lutea, infinitis miseriis & calamitatibus permixta, Deo rebellis & immoratoria, culpe mancipium, omniumque vitiorum tentina. Uno denique verbo titio quidam infernalis; & tamen mox ut cœlestis hic Spiritus sive flatus animæ communicatur, confessum in quendam elegantissimum paradisi Seraphinum convertitur. Halitus in hoc corpore nostro deficiente, illud protinus in pulvrem reducitur: *Ausferes sp̄i.* Ps. 103. ritum eorum, & in pulvrem suum revertentur; cœdem quoque ratione si ab anima quadam cœlestem hunc Spiritum sustulerit, mortem illi æternam conciliabis. *Sicut corpus nostrum anima recedente collabatur,* ita & eadem anima, si Spiritus vivificator abscesserit, necesse est moriatur, inquit S. Petrus Damianus. S. Antonius Paduanus in hanc rem dilucidanda ille Ezechielis verba adducit: *Veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, ut reviviscant. Insufflat flatu gratia super interfectos gladio culpa, ut reviviscant vita paenitentia.* Apostolus quoque vitam animæ spiritualem in cœlesti hoc Spiritu consistere egregiè demonstrat, dum ita scribit: *Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus.* Gal. 5. 25. Circa quæ verba Salmeron ita scribit: *In hoc statu sive vento in Apostolorum domum irruente significatus est Spiritus sanctus, quatenus donat initia vita spiritualis; nam ut animalia sanguine plena ob calorem non vivunt sine flatu & respiratione, ita homines post amissum spiritum Ad primò collatum non vivunt, nisi à secundo accipiunt spiritum vivificantem, sine quo animus noster atque ejus actiones mortui habentur.* Trop. 120. Tr. II.

3. *Tanquam advenientis spiritus.* Venti variorum hujus mundi bonorum adeo excellentium atque insignium aptissima adeo sunt instrumenta, ut Spiritus sanctus per os Davidis dicere non dubitarit, quin Dei omnipotencia & ineffabilis sapientia eisdem ē thesauris suis educat. Qui producit ventos de thesauris suis. Dedit ventos (ita scribit Seneca) ad custodiendam terram, terrarumq; temperiem, ad evocandas supprias, aquas, ad atendos fatorum atque arborum fructus. Venti terram dulcissimis fructibus

DE SOLEMNITATE PENTECOSTES.

Cant. 4.¹⁶ bus locupletant, præstantissimique partibus suis eandem fecundant. *Veni Auster* (dicebat in lacris Canticis amore Dei flagrantissima sponsa) perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Per austrum calidum ventum (ait S. Gregorius) *Spiritus sanctus figuratur*; ut autem quidnam per haec aromata intelligendum sit, declarat, prosequitur dicendo: *Spiritu sancto se infundente virtutum odores emituntur*. Ingeniosè Tract. de vita solit. S. Bernardus observavit Apostolum ad Corinthios scribentem, Spiritum s. collocale in medio virtutum: *In castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non finita, in verbo veritatis, in virtute Dei*. Vide quomodo tanquam omnia facientem, ordinantem, & vivificantem in medio virtutum, sicut cor in medio corporis constituit Spiritum sanctum. Sicut enim cor in corporis meditullio situatum omnium actionum ejus primativa origo existit, omnibusque membris calorem & motum subministrat; eodem modo Spiritus sanctus in nobis omnium virtutum principium est & firmamentum. Unde Chrysostomus: *Ipse opulentia filiorum Dei, ipse aeternorum honorum thesaurus*. Quoniam laetissimus hic Spiritus in nobis operatur summa utilitatis effectus, de quibus Sermon. de B. Laurentius Justinianus ita scribit: *Frangit odia, lites dirimit, componit mores, disponit negotia, cogitationes regit, purgat affectus, futura prædit, discernit presentia, agnoscit utilia, donat creatu, revocat ad gratiam, perducit ad gloriam*.

*De Pent.**Sermon. de Pentec.**Cap. 17.**Gal. 5. 22.*

Spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Quos Spiritus sancti fructus Absalon Abbas singulariter Serm. 36. considerans dicit: *Gaudium in Spiritu sancto facit hilarem, charitas ferventem, pax quietum, patientia probatum, longanimitas perseverantem, benignitas gratiogum, bonitas sanctum, fides securum, & modestia disciplinatum, continentia purum, castitas pudicum*.

5. *Tanquam advenientis spiritus vehementis*. Unum ex immensis, que a vento recipimus, beneficiis, est aeris purificatio, qui dum non agitatur, corporibus nostris admodum perniciös efficitur. Anno 1570, in urbe Ulyssiponensi aliisque Lusitanie locis exitiosissima quadam pestilentie lues invaluit, quam Deus intra breve tempus, ventos ex omni mundi parte suscitando, qui putrefactum purgarent aerem, dissipavit perniciös atque compescuit. Etenim principalissimus hujus sacrosancti hodiernâ die adeo vehementer spirantis venti effectus hic est, quod omne contagium & infectionem spiritualem expurgeret, & plane è medio tollat. Unde Ecclesia ita orare solet: *Adsit nobis, quas sumus Domine, virtus Spiritus sancti, que & corda nostra clementer expurget*.

6. *Tanquam advenientis spiritus*. Venti nubes deferunt, easque nonnunquam ingenti pluvia gravidas, quam tandem in proportionata quadam quantitate in aridam & sitiundam terram depluant & stillant. Unde Author operis imperfeci scribit: *Sicut non est possibile, ut sola Hom. 20. pluvia fructificeret terram, nisi super eam flaverit ventus; sic non est possibile, ut sola doctrina corrigit hominem, nisi cooperatus fuerit Spiritus sanctus in corde ipsius*. Compunctionem & planctus, qui terram hanc nostram animata bonorum operum fructus progeninante faciunt, omnia mystico huic Spiritus sancti vento, in acceptis referre debent. *Spiritus adjuvat infinitatem nostram, postulat pro nobis gemitis inenarrabilibus*. Rom. 8. 26.

7. *Tanquam advenientis spiritus*. Omnibus inter se populis (inquit Seneca de vento loquens) commercium dedit, & gentes dissipatas locis miscuit. Navigatio sine ventis instituta proficere nequaquam poterit, neque cum locis ad eo procul à nobis distantibus deficiens ven-

tis

LUC. 12. 49.

tis commercium aliquod intercedere nobis poterit; at verò venti subsidio fretis ad ipsos usque licet Antipodas excurrere; populique mercium variarum commutatione egregie locupletantur. Eadem quoque ratione navicula Petri aliudè satis ruinosa & fragilis, mylisci illius hodie de cœlo spirantis venti subsidio adjuta tanta cum velocitate ab uno polo ad alterum discurrit, unicuique nostrum prædives illas paradisi merces secum portans. Verum inquietus quamobrem vento huic ignis quoque associatur, nimirum quia experientia quotidiana satis demonstrat ignem luculentiore fieri, seque latius & velocius diffundere si promoveatur à vento: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur,* inquit Christus; ac proindè quia hunc legis Evangelicæ ignem per totum mundum quaquaverum dilatari cupiebat, ideo illum cum vehementi quodam impetu conjunctum venire voluit.

8. *Tanquam advenientis spiritus.* Venti ad ventilandum per aera frumentum, illudque à palea separandum, atque à pulveribus emundandum per commodè serviunt, hominibusque in æstuolissimo anni tempore magnum adferunt refrigerium & refocillationem. Unde S. Augustinus ait: *Flatus ille à carnali palea corda mundabat.* Hic enim Spiritus frumentum discernit & disgregat à palea; hanc namque per ignem absimit, illud vero in cœlesti granarium recludit. De hoc quoque vento dicitur, quod sit in astu temperies; siquidem in mediis concupiscentie ardoribus oportunum nobis refrigerium communicat, quodque vel maximè considerandum venit, effugere aut evadere nos facit aeternos adores. *Tanquam advenientis spiritus vehementis.* Ubis Antonius de Padua ait: *Nota quod vehementis dicitur, id est, va eternum adimes, & sursum mentem vehens,*

Serm. 185.
de temp.
de vento
Spiritus
sancti.

Tractatur de plenitudine gratiarum atque donorum, quam Spiritus sanctus confert. Simulque ostenditur, quod Spiritus sanctus alium spiritum nequaquam admittat, quin potius solus ipse totam domum, id est, cor nostrum adimplere velit.

DISCURSUS SEXTVS.

Et replevit totam domum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto.

Serm. 37. I.

Sicutus Joannes Chrysostomus, qui præcudit alius Dei servis in sanctitate insignibus, Spiritus sancti dona atque thesauros abundantius participavit, merito est erga præfens hoc festum devotissimus, ac proindè tanquam is, qui ob admirandam facundiam oris aurei titulum sibi comparavit, hunc in modum de hoc festo scribit: *Magna sunt, nec ulla possunt humana oratione comprehendendi, qua nobis hodierno*

Mansi Sanduaris Tom. II.

die à benignissimo Deo impertita sunt dona; ac proinde ut S. Lucas ingentem illum supernarum divitiarum cumulum, quem Spiritus sanctus in Cœnaculum, ubi Apostoli sedentes erant, copiosissime effudit, distinctius exprimeret, tæpe verbum illud *Replevit replicavit, dicens: Replevit totam domum. Repleti sunt omnes spiritu sancto. Replevit totam domum.* Per hanc enim repletionem Theophylactus ingentem illum gratarum abundantiam, quam hodie generaliter super universam Ecclesiam depluit, intellegit:

S.

Serm. 3. de
de Pent.

igit : *Vt offendetur donum non quibusdam particulariter ac specialiter, sed toti corpori Ecclesie data in esse.* Sanctus quoque Bonaventura scribit : *Istius domus repletio ad bonam famam pertinet. Domus repleta est ex odore unguenti, Et meritò ; siquidē Spiritu sancto spiritualis operationis titulus adscribitur : Et spiritualis unitio.*

2. *Repleti sunt omnes.* S. Petrus in admirabilis illa concione , quam hodiecum ad publicè declinavit : *Prout Spiritus sanctus dabit eloquilli, hisce ex Iōelis propheta de luctis verbis ulis est : Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* In quibus verbis S. Hieronymus ad Hedibium scribens , verbum illud *Effundam pricipue consideravit*, dum ait : *Verbum effusio significat gratia largitatem.* Enimvero non fuerunt haec prime vices , quibus Spiritus sanctus homini comunicatus fuit; unde S. Leo ita scribit : *Non fuit inchoatio munera, sed adjectio largitatis : quoniam & Patriarcha & Propheta & Sacerdotes, omnique Sancti, qui prioribus fure temporibus, eisdem sunt Spiritus sanctificatione vegetati, & sine hac gratia nulla unquam instituta sunt Sacra menta, ut eadem semper fuerit virtus charismatum, quamvis non eadem fuerit mensura donorum.* Etenim tamē veritissimum sit , quod Spiritus sanctus in superioribus veteris Testamenti transactis sacerdotiis, multis Deo admodum acceptis animabus feliciter insinuārit , valdeque eminentem in exercitu sanctitatem produxerit , in comparatione tamen ad illa dona & gratias, quas novae legis Evangelicae Sanctis abunde infudit, certo quodam modo dici potest, eum tunc parcum fuisse, nunc vero liberalissimum esse ac prodigum : *Antiquis temporibus* (inquit Abbat Ablalon Abbas) *Spiritus sanctus parcus quodammodo fuit, ne dicam avarus;* quia tunc nobis thesaurizavit & congregavit divitias, ut tempore gratiae illas exponeret, & fons divinae bonitatis per gratiam abundantius emanaret ; & unitio spiritualium charismatum cum omnium plenitudine in filios Ecclesie descenderet. Porro Scriptura dicit: *Repleti sunt omnes Spiritu sancto*, non quod anteā divini hujus numinis assistentiā perfruiri non fuerint, sed ad denotandam donorum thesaurorumque cœlestium plenitudinem & ingentem cumulum, quem super illos copiose depluit; unde Dionysius Carthusianus ait : *Repleti modū dicuntur*

Serm. 2. de
Pent.

Serm. 37.

In Acta,

Spiritu sancto , non solum quoad dona gratia gratiis data , que ad aliorum praestantur profectum. Donum namque miraculorum, necnon donum prophetiae, multiplicatis linguarum distinctionis spirituum, sapientiae denique & scientiae cum potestate longe ampliori solito receperunt : *In tanta quoque plenitudine Spiritum sanctum , quoad dona gratia & gratum facientis suscepserunt, quod confirmatis fuerunt in gratia,* ita quod postea mortaliter non peccarunt. *Sanctus Vincentius Ferrerius quoque excessum* , *quocum hoc Spiritu cumulati fuerunt, optimè Pent.* ponderat, dum ait : *Licet habuisset ipsum per gratiam gratificantes , non tamen habebant ipsum ad plenitudinem gratia , & perfectionis spiritualis.* Non dixit Evangelista : *Accepterunt Spiritum sanctum ;* jam enim illum dudum autē pollegerant; sed ait : *Repleti sunt.* Salomon dicit: *Repleti intellectu, affectu, atque sensu deitatis, quantumcapaces erant , acceperunt dona Spiritus sancti.* S. Vincentius hanc plenitudinem ita interpretatur : *In plenitudine scientia intellectualis, potentia spiritualis, & eloquentia universalis.*

3. *Repleti sunt omnes* Cajetanus ait: *Ecce affectus internus , quod pleni sunt Spiritu sancto secundum animam : nulla pars anima remansit carens Spiritu sancto, sed intellectus, voluntas, & appetitus pleni sunt Spiritu sancto.* Etenim ut vas aliquod liquore quopiam totaliter adimplatur, opus est ut prius ab omni alio, quem prius continebat, evacuetur. Unde S. Petrus Damiani illa Davidis verba : *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*, considerans ait : *Ac si aperiē dicat ; cor meum Domine ad capienda tua largitatis munera preparo , qua à cunctis hoc prava cogitationis squaloribus purgo , nihilque in eo relinquitur , quo gratia tua munus desuper veniens refundatur.* Ego curavi, quia intus malè servabantur, egerere, tu illud acceleraveris dona tua pietatis dignanter implere. Enimvero Spiritus sanctus , qui increatus amor est, sancta quadam zelotypiā nos prosequitur; totum enim cor nostrum sibi soli vendicat , nec consortem in eo admittit. Unde Glossa interlinearis super illa verba: *Repleti sunt*, dicit : *Vt alium non recipient Spiritum , quia plena non recipiunt augmentum.* Multorum profecto error est, siquicunque gravissimus, quise Spiritum habere, sequē

Serm. de
Spir. S.

Tom. 12.

Tr. 22.

seque Dei gratiam & amicitiam possidere falso
sibi persuadeant, tametsi in plerisque mundi par-
tes tueantur atque sustineant. Verum nequaquam
ita est, quin potius est hac insignis terpensis in-
fernalis astuta: *Repleri sunt, ut alii non recipiant*

*Conc. 5. de spiritu. S. Thomas de Villa - Nova appositè
Pent.*

*quoque ad idem propositum ait: Triplicem spí-
ritum in Scripturis invento, scilicet Spíritum
Dei, spíritum mundi, & spíritum carnis; hos
duos abjice, ut possideas primum. Verè enim
tunc in nobis, posselli à nobis Spiritus sancti ex-
primemus vestigium, si cor nostrum nequaquam
in se divisum, sed totum totaliter Dei fuerit,
nullam proflus creaturam pariter amando. Di-
vinus amor ubi veneris (inquit S. Bernardus)
ceteros in se omnes traducit & captivat affe-
ctus. Idemmet quoque mellifluus Doctor alio in
loco differentiam, quæ Spíritum Dei & mundi
spíritum intercedit, considerans, illos se mutuo
nequaquam compati posse, optime demonstrat,*

*Serm. 83. de
Ascens.
Serm. 6.
S. Steph.*

*dum ait: Nulla conuentio vanitati & veri-
tati, luci & tenebris, spíritu & carni, igni
& tepiditati. Dionysius Carthusianus ad illud
sancto Protho martyri Stephano datum enco-
mium Plenus Spíritu sancto, tene reflectens di-
cit: Plenus est Spíritu sancto, in quo nihil sui
haber diabolus, qui ejus suggestionibus in nullo
consentit, et si in aliquo venialiter peccet, de hoc
quotidie paenitet, sequ expurgat. Erit fortasse
qui sibi persuadet, quod dum consilia Evangel-
ica, cunctaque quæ præcepta sunt, adimplendo,
in uno solùm quod prævaricatur, deficit; Spíritus
Dei tamen recipiendi capax & idoneus esse pos-
sit: verum quisquis ille est, graviter hallucina-
tur; nam ut S. Jacobus ait: Quicunque autem*

*Iac. 2. 10.
Ps. 118. 6.*

*totam legem servaverit, offendat autem in
uno, factus est omnium reus. Ac proinde regius
Propheta David, qui ab ipsomet Deo, vir secun-
dum cor Dei appellatus fuit, dicere solebat: Tunc
non confundar, cùm peripexero in omnibus
mandatis tuis. Ubi notanda est hæc circum-
stantia: In omnibus. In Evangelio tam hujus
dei, quam Vigiliæ de divinorum præceptorum
adimpletione, ad quam in nobis cooperatur Spí-
ritus sanctus, prolixius agitur, ac proinde util-
issimum hoc monitum perspicue intelligere sa-
tagamus; tunc enim Spíritum Dei in nobis esse
& habitare comprobabimus, si omnia Dei man-
data fine ulla exceptione observaverimus. Id*

quod facili quadam similitudine adhibitâ clare
demonstrare valemus. Esto igitur quod aliquis
in Curia Principis aulicus v. g. Principi suo in
novenis rebus fidelissimum præstet obsequium,
& tamen idem ille in unico duntaxat negotio fe-
se Principis sui traditorem esse probet, & cum
inimicis Domini sui secreto colludens, vita
Domini sui clandestinis astibus misidetur; pu-
tatione talem ob multiplicia alia obsequia alti-
quam sibi penes Principem suum gratiani, & non
potius optimè promeritum in furca suspendum
comparatur esse? idem igitur de multis affir-
mari potest, qui in multis quidem bonis fan-
tisque operibus se exercentes gratiam Dei
promereri satagunt; veruntamen quia carnali
quodam affectu suadente vel injurias remittere,
vel iis, quibus obstici sunt, restituere renunt,
ideoque in continua ira & indignatione Dei
degant, Tantum abeß quod tales Dei amici-
tiam sibi comparent, ut potius justam super se
iram Dei provocent, eo quod clandestina cum
dæmone iniquitatis pacta soveant. Idemmet
Psalista David unamquamque animam ad red-
dendas divinæ Majestatis sua laudes invitat qui-
dem, ita tamen ut ad has Dei laudes promen-
das Psalterium decem chordarum adhibeant:
In Psalterio decem chordarum psallite illi. Ps. 32.2.
Quodnam obsecro in hoc latet mysterium,
quod non solum divina laudi persolvenda mu-
sicum præscribat instrumentum; verum etiam
præcisum ordinet chordarum adhibenda-
rum numerum? observandum est igitur, quod
si, verbi gratia, in ejusmodi instrumento mu-
sico novem chordæ perfectissimè inter se con-
temperante concordarent, præter illas autem
unica duntaxat à ceteris ablonè discors esset, hec
unica sola ad aliarum harmoniam ineptam, dis-
sonam & discordantem efficiendam abunde sus-
ficeret. Porro S. Augustinus per decem halce
chordas decem præcepta interpretatur, ac pro-
inde: ceteri novem à vobis præcepta observan-
tentur ad unguem, si tamen unius solius notabilis
fieret transgressio, haec sola ad destruendum ad-
impletionis ceterorum præceptorum meritum,
Deique Spíritum, & gratiam amittendam abunde
sufficeret. Existimo equidem neminem ve-
strum esse, cui satis probè nota non sit illa Sam-
sonis historia, in cuius corde Spíritus Dei à pri-
mis ejusdem annis, suum sibi vendicavit hospi-
tium

Iudic. 13.

tium : *Cœpit Spiritus Domini esse cum eo.* Ab hoc autem Spiritu animatus & concitatus varia, maximè in Dei causa adversus Philisthæos idololatras tuenda & defendenda, molitus est heroicæ facinora. Quando enim leonem illum dilaniavit : *Irruit spiritus Domini in Samson.* Quando reduplicatos dirupit fines, quibus artissimè vinculus erat; quando item maxillâ armis armatus multorum milium militum stragam fecit : *Irruit spiritus Dominus in eum;* sicutque per cuncta ejus generosa facinora percurrente divini Spiritus impetu illa patrae comperierunt: veruntamen Spiritum hunc tandem turpiter amilis, scitisne quomodo? *Alium spiritum inseceperit,* nempe spiritum fornicationis, qui spiritus si prædominatus ei non fuisset, sanctus utique quovis tempore perseverasset. Hic autem solus & unicus fornicationis spiritus perdendo Spiritui Dei sufficit, effecitque ut tandem in prædam inimicorum suorum turpiter cederet. Undè S Ambrosius ait: *Messes incendit alienigenas,* & unius ipse mulieris accusus igniculo messes sua virtutis amisit. Ubi notanda est dictio illa Igniculo, siquidem modicæ affectiones perperam conceptæ, aut verò unicunq; dumtaxat desiderium, unica delectatio morosa, unicunq; verbum lascivum malo fine prolatum, unica tantum scintilla è damnato concupiscentiæ igne profligens, ad extinguendum in nobis omnem hunc ignem hodie è cœlis dilapsum abundè sufficit: & tametsi alias omnia virtus detriumphasset, innumeraque apud divinam Majestatem tibi comparates merita, unica tamen mortalis transgressio sufficit, ut reum te esse faciat. Hæc Dalila, cuius amore infatuated fuit: *Fecit eum dormire super genua sua,* & in sinu suo reclinare caput; vocavitque tonsorem, & rasi septem cri-

nes capitū ejus; Porro per hunc tonsorem sensualitatis vitium intelligere possumus, quod eum septem Spiritus sancti domis, qua per septem illos mysticos capillos denotabantur, miserè privavit. Qualisnam autem fuit ejus miserabilis exitus? *Cœpit abjecere eum,* & à se repellere Præda factus est Philisthæorum, qui eruti ei oculis molendini molam eum circumagere coegerunt; hæcque omnia illi vel ideo solum evenerunt, quia unius mulieris ars ignicula. Balistæ five tormenta bellica validissimis ictibus seu explosionibus suis civitates optimè inunitas demoluntur, & solo adequant, inimicum dissipant, fugantque exercitus, & tamen haud raro videbitus ingentem similitudinem balistæ ænea machinam five metallum prorsus inutile effici, adeo ut explodi amplius vel laxari sine ruptionis periculo nequam possit? undenam id accidit? unicus id efficit tali tormento impactus clavus: *Regnum caelorum vim patitur,* & violenti rapiunt il-
lud. Quot sunt homines qui jejuniis, eleemosynis, orationibus, sacramentorum frequentiâ, aliisque similibus operibus bonis cœlum expugnaturi, ipsorumque inimicum infernalem ad dandum vietas manus coacturi essent, nisi id impedire vel sensualis aliqua affectio, vel invidia, vel mortale aliquod & irreconciliabile odium, vel occulta quædam superbia. Undè S. Hieronymus ad Celaniam ita scribit: *Quid autem prodest tenuari abstinentiam corpus, si animus intumeat superbia?* quam laudem merebitur de pallore jejunii, si invidiâ lividi simus? quid virtutis habet vinum non bibe-
re, & irâ atque odio so-
ebriari?

Iudic. 16.

29.

cujus amore infatuated fuit: *Fecit eum dormire super genua sua,* & in sinu suo reclinare caput; vocavitque tonsorem, & rasi septem cri-

Sicut

Sicut linguarum divisio quondam turrim Babel depremisit, ita hodie donum linguarum Ecclesiam erigit; siquidem Apostoli per illas in prædicatione & mundi conversione strenue pugnârunt.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Apparuerunt illis dispergitæ linguae.

Gen. 11.

Quisquis turris Babylonica erectionem pariter & destructionem ejus considerat, expressam quandam in ea conspiciet figuram illius, quod in regni Sathanæ exterminio, regni autem Christi progressu & profectu accidere conspicimus. Etenim Erat terra labii unius, & sermonum eorundem, quando temerari illi fuâ mediante superbia & arrogantiâ in cœlum usque subvehit, seque suprema & infinita maiestati Altissimi opponere, cum eaque ludari molebantur; sed quoniam putas modo facilegorum istorum arrogantiâ confusa, illiusque grandis molis fabrica impedita fuit? Nullo proorsus alio adhibito remedio, quam multiplicatione linguarum: Descendit Dominus. Equid autem fecit? Confundamus ibi linguam eorum; omnium & singulorum linguas confudit, efficiendo ut variis inter se idiomaticis loquendo communicaret, ita ut unus alterum intelligere nequaquam posset: Et divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras. Etenim in quemque impietatis terminum Babylonia eo tempore excreverit, vel inde fatis constat, quod ejus impietas per universam terram fuerit protensa. Roma quondam à S. Leone appellata fuit Sylla frumentum bestiarum; magnam sibi videbatur assumpsiſſe religionē, quia nullam respuebat falsitatem. In toto enim universo non nisi unicus Judæa angulus supererat, qui veri Dei agnitione & lumine illustratus esset, & tamen etiam hæc, cùm incarnatus Dei Filius & Messias à tota cœlula ab illis suspiratus & expectatus intra eorum confinia natus fuisset,

sum ipfa in infami Crucis trunco crucifixis passim in omni loco salsa adorabantur Jovis, Mercurii, Veneris, omninque aliorum prophorum numinum simulachra; inundabat in omni loco vitium, ipsaque saevissima Luciferi tyraonis vel maximè rigebat, quando ecce tertia lanchistæ Triadis Perlona hodie descendat, atque in tot ignearum linguarum varietate & multiplicitate comparens, impiissimam hanc idololatriæ *Ioan. 11, 13* Babyloniam prostravit: Nunc princeps mundi *Lib. 4 in* hujs ejicetur foras; siquidem In omnem terram exiuit sonus eorum. Clamorque linguarum istarum veluti totidem tubarum bellicarum lituus per universum mundum insonuit, implacabile inferno bellum insuans, oamesque populos sub victorioso Christi vexillo congregans atque conscribens. Rupertus Abbas verba illa Genesios: Venite descendamus & confundamus ibi linguam eorum, considerans, dicit: Deus *Gen. c. 420* Angelorum exercitus ne quaquam in tuum invitat auxilium, sed ad feriendam superbiam fese adesse testatur tota Trinitas unus Deus; pari quoque modo hodie eadem metu sanctissima Trinitas in hac linguarum multiplicitate mundo manifestatur: Vbi in ore Apostolorum omnia revocantur generali linguarum, eadem Trinitas fese aperit hominibus, & eâ die primi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti humiles homines baptizantur; qua vera structura est altissima turris, qua in cœlum fugiat homo Deo congregatur. Præcipita Domine (inquit *Pf. 14, 10.* quondam David) divide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate, Quibus verbis, ni fallor, Spiritum sanctum, tum ut cum celeritate ē cœlo delcendat, invitare voluit, quod & obtinuit: quia Factus est repente

*Serm. de
Nativit.
SS. Petri
& Pauli.*

repente de caelo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis; tum etiam ut lingua divideret, rogavit, & impetravit: siquidem Apparuerunt illi dispersitæ linguae, idque tunc præcipue accidit, quando ampla & vasta hæc mundi civitas iniquitate & contradictionibus refertissima erat, regnante nimis in ea ingenti superstitionum, sacrilegorum, aliorumque omnium scelerum excessu. Igitur nunc, quando Dei

L. b. 10. de consilio (inquit idem Rupertus) turris corporis offic. 6. 17. Christi, quod est Ecclesia, de vivis & elestante lapidibus per universum mundum ritè & ordinatè construitur, rectè omnes lingua ad horum artificium ora revocantur. Enimvero in illius Babylonica molis erectione linguae sive idiomata multiplicata fuere, ut hac ratione dum unus alterum intelligere non posset, fabrice progressus cohiberetur, nec quicquam amplius posset proficere: hic autem Deus super Babyloniam ruitas & rudera cœlestem Hieropolymam erectus, linguae in Apostolis multiplicari voluit, ut vel sic Apostoli ab omnibus terræ populis & nationibus claram intellexi, totum hunc mundum ad fidem Christi converterent, novam hanc turrim adficarent, quæ proinde majori cum jure pertingit usque ad celum. Exposito quidam nuperus super acta Apostolorum scribens dicit:

Vt olim congruum erat, ut eorum lingue, qui turrim Babel adficabant, confunderentur, atque per hoc ab incepto desistere cogerentur; sic necessarium erat no visillis adficatoribus, ut ab omnibus intelligerentur, alioquin quomodo edificaretur Ecclesia, si vel seipso non intelligerent, vel ab auditoribus neutriquam intelligi possent? Scribit quoque Salmeron, quod sicut et hoc Babylonicum per linguarum confusione & divisionem imperfectum remansit: Ita edificium Ierosolyma cognitione & conjunctione linguarum expeditum est, quia arma regni Christi verbo Dei continentur. Dominus, inquit, dedit mihi linguam eruditam. Et alibi: Posuit os meum quasi gladium acutum. Et Apostolus vocat gladium spiritus verbum Dei. Debora Prophetisa in Cantico suo nova Domini bella intinuat dicens: *Nova bella elegit Dominus. Quænam, obsecro, sunt hæc nova bella, quæ Deus noster elegit?* Evidem Romani mendiantibus exercitibus suis ad bella gerenda exercitatiissimis omnia terræ regna Imperio suo

subjicerunt; quoniam autem modo Deus noster omnes populos legi suæ subjicit? Nunc princeps mundi hujus ejicitur foras, & ego omnia tra-*Ioan. 12. 22.*

ham ad meipsum. Nimirum militia sua Duces & Capitanos, pauperes & idiotas pescatores esse, eorumque lingua ensis loco detergere voluit:

Lingua eorum gladius acutus. Et quidem ho-

Pf. 56. 5.

die vix divinum Spiritum simul cum hoc linguarum dono receperant, cum ecce confessim unicus & solus Petrus tria obstinatiorum Hebraeorum millia ad Christi agnitionem reduxit. In Misericordia hodierna introitum legitimus; Spiritus Dominus replevit orbem terrarum, & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Sed quid demum sequitur: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiant Exalterut dominatus per universum mundum regnum illud Crucis vexillum, ipleque Deus Ecclesie suæ lancæ capsat possessionem, moxque idolorum statuæ pedibus proterentur, veritasque & fides Christiana triumphabit.* Enimvero conversionem mundi, sanctique Evangelii propagationem Apostolorum quantumvis autem ruidum & idiotarum prædicationi in acceptis refendam certum est; qui vero eosdem Apostolos non tollum eruditos, verum etiam facundos esse fecit, solus est Spiritus luctus. Et eorum similes (inquit Guerrius Abbas) linguis sibi datis magna, *Serm. 2. de lita Dei* predicanter, tyrannos verberant, danno. Pentecostes flagellant, celos apierunt, quia lingua eorum claves califacientes sunt, quippe quibus de ipsis celis lingua missa sunt. Porro S. Augustinus hisce linguis sagitarum titulum seu nomen imposuit; unde bella, quæ universo mundo intensarunt, considerans, atque ad propheticum illud Davidis oraculum: *Sagittæ tauræ acuta, poli sub te eadent, alludens, dicit: Postquam Dominus ascendit in celum, & aperuit universa, misit spiritum sanctum, cuius verbo predicatoræ tanquam sagitta ad corda hominum pertingerent, & vincent in incredulitatem.* Hæc autem sagitta, sive hæc linguae corda transfixerunt non solum plebeiorum, verum etiam Regum & Imperatorum. Unde Hugo Cardinalis super illum textum: *Potentiam tuam Deus usque in altissima quæ fecisti magnalia, Deus qui similis tibi ita scribit: O Spiritus sancte, audiuius illos loquentes nostris linguis magnalia Dei usque in altissima terra!* Quoniam autem modo

modo id ipsum intelligendum sit declarans sub-jungit: *Quia Imperatores & Reges convertit gratia Spiritus sancti. Romanorum armis pol-tot de exercitu domino tuo subiectus nationi-bus, reportatae glorias victorias effecerunt, ut eadem velut unus eiusdemque Principis subdi-ti, easdem quoque cum ipsis leges proferrentur.* Jam vero qualis & quanta erat in tam diversis terra populis procul adeo a se invicem dissimilis, morum, cultus & religionis varietas & discre-pantia? Et tamen Apóstolorum prædicatione mediante ad eandem Evangelicam legem fuere conjuncti; siquidem *Multitudinis crean-tium erat cor unum & anima una.* Unde Chrysostomus ait: *Cum olim homines superbiā elati turrim exstruere voluerint, qua ad cœlum usque pertingeret, & in ueste divisa lingua-rum pravam illam concordiam dissipariat Deus, idcirco nunc quoque in specie ignearum lingua-rum adeos ad volat Spiritus sanctus, ut per il-lam orbem terrarum divisum conjungat. Ra-banus à Glossa citatus verbailla: Dispersio lingua-rum, obferans ita scribit: Dispersio linguarum est facta in turri; sed quod dispersit superbia, re-colligit humilitas: in superbia dispersio, in hu-militate fit concordia.*

2. Apparuerunt disperita linguis. Inter a-lias, quæ à Dionysio Carthusiano de hisce lin-guis adducuntur rationes, una est: *Quia cu-nelis gentibus prædicatur erant, & linguis præ-dicantium spiritus sancti gratia præcipue ne-cessaria erat.* Quod cumeo coincidit, quod in hymno canit Ecclesia: *Lingua figuram detulit, verbis ut essent profundi.* S. Bernardinus pulchram adducit rationem, cur in linguarum similitudine apparuerit, dum id factum esse dicit *in signum.*

quod facundiam atque linguarum scientiam illi donabat, & quod eos ad prædicandum Chri-sti Evangelium destinabat. Unde & Psalmilla Ps. 44.2. dicebat: *Lingua mea calamus scriba velociter scribentis, Scriba, id est, Spiritus sancti, glossat Hugo Cardinalis: Sicut enim calamus non scribit quod vult, sed quod scribens vult; si ho-mo non prædicat a se, sed a Spiritu sancto di-stante & scribente in corde Prædicatoris, & in cordibus audientium. Esto homo prædictus ut intelletu perpicacissimo, memoriam tenacissimam, ornatus item scientia eloquentia que talento, omnibusque illis qualitatibus imbuvis, quæ sibi per studium & industriam humanam uero quam comparare poterit; per hæc tamen omnia nihil omnino proficiet, nisi lingua ejus a cœlestibus hisce linguis edota fuerit.* Unde S. Basilius ait: *Da mihi navem vacuam, gubernatorem, nau-tas, funes, anchoras, omnia disposita, & nus-quam esse spiritum venti; nonne cessat omnis qualisunque apparatus, si desit operatio spiri-tus; ita licet sit sermonis ampla supplex, mens profunda, & eloquentia, & intelligentia, si non adsit Spiritus sanctus qui vim suppeditet, otiosæ sunt omnia.* Unde S. Bonaventura ex illis verbis, Serm. de Pentec., adducuntur, utilissimum quoddam elicet documen-tum, dum ait: *Benedicatur, disperita lingua, quia non uno modo ad omnes habendus est sermo; nunc enim de pena, nunc de gloria, nunc autem de virtutibus & virtutibus, & aliter infirmis, aliter perfectis loquendam est.*

Adducuntur

Adducuntur aliæ rationes, cur Spiritus sanctus linguarum figuram induerit.

DISCURSUS OCTAVVS.

Apparuerunt disperita lingua.

1. **E**n ipso quo Spiritus sanctus in specie ignis de celo descendit, consequens est quod dum facto Apostolorum Collegio se in signo quodam visibili comunicavit, in forma linguarum usdem apparuerit; Ignis etenim in flammulis suis figurâ hanc pyramidalem communiter habere solet; unde & dicere solemus: Est quædam lingua ignis; veruntamen indubitatum est quin infinita Dei sapientia alia quoque mysteria in hisce linguis indicare voluerit.

2. Lingua attulit, qui pro verbo venit, ait Glossa; Cognitionem enim habet lingua cum verbo, & ab invicem non possunt separari: sic Verbum Pater, & id est, Filius, & Spiritus sanctus inseparabiles sunt, in & unius natura. Eundem quoque conceptum Gregorius Nazianz. orat, in sanctam Pentecosten habuit, dum ait: In linguis Spiritus S. datus est propter communio-

Lib. 10. de nem quam cum verbo habet. Rupertus Abbat
div offic.
c. 16.

Tuitiensis similem quandam observationem adducit, dum ita scribit: Hoc signo manifestè nobis ejusdem Spiritus sancti commendatur operatio; ac demum rationem à Glossa adductam adducit dicens: Spiritus enim coeterus Patri & Filio per linguam, qua maximam habet cognitionem cum verbo, non solum expressit, quod ejusdem sit substantia cum eodem Dei Verbo, sed & hoc, quod per ipsum Deus Pater suum nobis eloquatur verbum. Salvator noster, qui Verbum illud incarnatum erat, dixit: Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittes Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Atque ideo cùm ex parte Verbi eridire & instruere debuerit Apostolos, meritò ad instar lingue descendit. Ex quo enim ad instar ignis venit, in figura utique globi ignei, vel scintillæ, vel columbae venire potuisset; sub tali namque specie olim Hebreis per defertum ducatum præstutus; at vero quia instar lingue ve-

nit, se à Verbo nullum esse demonstrare voluit; est enim lingua verbis expressiva. S. Bernardinus ait: *In signum quod à Verbo Patris hoc donum procedebat; quemadmodum lingua movetur à verbo cordis, ad formandum & exprimendum sonum vocis.* Quando in Ps. 44. xternus Pater Fili sui mentionem facit, consequenter etiam Spiritus sancti sub lingue similitudine meminit: Errat cor meum verbum bonum; & paulò post subdit: Lingua mea calamus scriba. Ubi notandum est, quod Spiritus sanctus non solum lingua, sed etiam calamo comparetur: quia sicut lingua non loquitur, nec calamus scribit nisi verbum prius mente conceptum fuerit; ita quoque Spiritus sanctus nec scribit in cordibus, nec fidelium movet lingua, nisi ad amandum & laudandum Deum de illis rebus, quæ in mente divina impressa existunt: Cum enim venerit ille *Io. 16. 13.* Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur à semetipso, sed quacunque audiet loquetur.

3. Apparuerunt lingua. Salmeron optimè notat, linguae proprium esse gustus & sapores discernere; hancque candem qualitatem Spiritui sancto similiter adaptat dicens: *Quemadmodum lingua nervo parvo per eam & palati an-* *teriorem partem sparso, omnes sapores discer-* *nunt, ut malum & iugum projiciat, bonum &* *dulce amplectatur; eadē ratione habens Spi-* *ritum sanctum, quæ Dei sunt, gustat; quæ ver-* *carnis sunt ac sensus, expicit & declinat.* In hujus autem confirmationem illum adducit tex-
tum Apostoli dicens: Animalis homo non *1. Cor. 2.*
percipit ea quæ sunt Spiritus Dei; stultitia e- *nim est illi, & non potest intelligere, quia spir-* *tualiter examinantur; spiritualis autem judi-* *catur omnia, & ipse à nemine judicatur.* Sanctus quoque Bernardinus dipsum de gustuum discre-
tione interpretatur dicens: Apparuerunt lin- *guæ in signum quod intimos gustus divinorum,* *vimque*

Loco cit.

vimque gustativam ipsorum divinitus dabant.
Spiritus enim sanctus est, qui gustare nos facit delicas & suavitatem Spiritus. Unde in Manna figuratus fuit, quod omnigenos in se lapes recludat: *Vincenzi dabo manna.* Ubi Hugo Cardinalis ait: *Hoc est dulcedo Spiritus sancti, quam super Apostolos & fidèles suos centum viginti viros, qui erant in canaculo Sion, abundanter effudit Dominus.*

2. Apparuerunt lingua. Super quæ verba m-

Ioh. Ferv. perus quidam Commentator scribit: *Lingua- rum renovatio in primis necessaria erat, alio- quin nullum est membrum quo plus peccetur; sic econtra nullum membrum salubrissimum bonam lin-*

guam. Quod omnino concordat cum eo quod Sa- piens dicit: *Mors & vita in manu lingua. Nullum in homine membrum erat (scribit quoque Salmeron) quod Spiritus sancti gubernaculus magis indigeret, quam lingua; linguam enim nullus homo domare potest.* Unde nisi à Spiritu

Pro. 16. 2. bono dirigatur & gubernetur, damna nobis irre- parabilia conciliat: *Hominis est animam prepa- rare, & Domini gubernare linguam.* S. Antonius de Padua admirabilis lingua sua, quæ præter linguatum morem post tot elapsa secula viva remanet, hodierno die in modum prædicavit: *Lingua est membrum frigidum; natat enim in humido. & ideo malum inquietum plenum ve- neno mortifero, quo nihil frigidius.* Rationemque cur Spiritus sanctus sub hinc linguis appa- ruerit, affixat dicens: *Ideò Spiritus sanctus in linguis igneis apparuit, ut linguas linguis, ignem veneno mortifero opponeret.*

5. Apparuerunt lingua. Salmeron hunc Sa- piens textum: *Mors & vita in manu lingua,* adducens dicit: quod licet hec verba communiqueret de corporali lingua intelligantur: *Quia vi- delicet lingua bona placabilis, aut Eucharis, ut vocatur ab ipso Sapiente, lignum est vita;* ita lingua maledicta mortem efficit: tamen de hac lingua spirituali acceptus iste locus, illustrem habet sensum; nam qui hac linguam præditus est, vivit Deo: quia qui Spiritum Christi non ha- bet, hic non est ejus, & hic in judicio reposcente rationem ab eo obmutescet. In cuius probatio- nem eum, qui ueste nuptiali catus nuptiis te im- pudenter ingesserat, & ob hoc reprehensus, quid responderet, penitus ignorabat, adducit dicens: *Quicunque hac linguam caruerit, manducabit Mansus Sanduarii Tom. II.*

linguam suam pra fame acrabit. Ac proinde infallibile accepti a nobis Spiritus sancti signum erit, videre qualuer sermones nostros instituimus, quodsi enim discursus noster de rebus di- vinis fuerit, signum erit linguas hasce cœle- stes cordibus nostris suffic intulas. Unde san-ctus Gregorius ait: *Super Pastores primos in lin- guarum specie Spiritus sanctus infudit, quia ni- mirum quos repleverat, de se protinus lo- quentes facit.*

6. Apparuerunt disperita lingua. S. Leo in linguis hisce sapientiam & eloquentiam indica- ri existimat, quam Spiritus sanctus Apostolis Ev- angelium factum annuntiaturis infudit: *O quam velox est sermo sapientia; & ubi Deus magister est, quam citè discitur quod docetur!* Cùm enim anteā idiorū fuissent, neque unquam libros, sed remota tristitia, unus tamen ex ipsis sanctis Joannes videlicet mox intonavit dicens: *In principio erat Verbum.* Et reliqui Apostoli in mysteriis Theologicis tantè se sapientiam imbuto esse probarunt, ut sublimissima floridissi- marum illius scæculi academiarum ingenia in flu- porem ulque adegerint. Eadem hæc sapientia progrella tempore in multos quoque alios transuersa est homines, immo & fragili termino sexui, non quidem per scientiam acquisitam, sed per Spiritum sanctum infusa & communica- ta fuit, utpote è quo plurimæ tenellæ virgines altissimam quandam divinorum mysteriorum cogitationem possederent. Chrysostomus ver- billa S. Pauli: *Quia etiam loquimur non in Hom. 7. in humanis sapientia verbis, sed in doctrina Spir- Epist. 1. ad tus sancti, spiritualibus spiritualia comparan Corinth.* considerans ait: *Vide quod nos deduxerit ab auctoritate Magistri; tantum enim nos sumus illi sapientiores, quantum interest inter Pla- tonem & Spiritum sanctum;* quasi diceret: *Hanc nos præ aliis habemus gloriandi causam.* quod hanc cœlestem scientiam nobis non per longum studium & qualiterimus, sed supernaturaliter nostris intus mentibus habeamus. Unde Hugo Cardinalis super illa Davidis verba: *Lingua mea calamus scriba velociter scri- bentis,* ita loquitur: *Spiritus enim sanctus non paupilitat & cum mora gratiam suam in- fundit,* sicut acquiritur scientia per longum studium; sed subito. & citè. *Quis dubitet,* (inquit Abbaton Abbas) *dona Spiritus sancti* effe Serm. 36.

esse peritiam scripturarum, facundiam verborum? Hicce linguis omnium gentium idololatriarum cordibus insinuare debebant fidei nostræ primâ facie proorsus incomprehensibiles, mystriani nimis unitatæ, essentia, & trinitatis Personarum, incarnationem Verbi, maternitatis virginitati pariter conjunctæ, Sacramenti ineffabilis Eucharistie, ahorumque similium humano intellectui imperscrutabilium dogmatum. Hicce linguis idolatriam profligaturerant, extirpati abusus innumerous, tot pravos reformati mores, confutaturi tot perversas secessus, innumerabiles converti errores, converti multos Philosophos & mundi hujus sapientes. Hicce linguis imperaturi erant creaturis, elementis, infirmitatibus, ipsi denique morti, variaque prodigijs operaturi miracula. Hicce linguis confundere

debabant tyrannos, omnesque alios Ecclesiæ persecutores. Denique debebant hicce linguis dispensare Sacra menta, torque animarum solvere vincula. *Ex ore vehementia profuebat torrentis eloqui.* (inquit Guerricus Abbas) cui non Serm. 1. de poterant resistere & contradicere omnes eorum Pent. adversarii, sicut de Stephano dicitur: quia non poterant resistere sapientia & Spiritui qui loquebatur.

7. Apparuerunt disperita lingua tanquam ignis. Hic S. Antonius de Padua morale quodam elicit documentum, dicens: *Notentur linguis disperitate ignis.* Tria autem ab eo observantur. In linguis confessio: in disperitis circumstantiarum manifestatio: in igne confessionis & satisfactionis ardor. *Serm. de Pent.*

Quale illud linguarum donum fuerit, declaratur, variæque in hanc rem sacrorum interpretum opiniones adducuntur.

DISCVRSVS NON VS.

Cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabant eloqui illis.

Pf. 18. 46

Ecce tibi hodiernâ die adimpletum regii Propheta oraculum, quo olim prædictum: Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum: in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Et quidem merito illis omnium linguarum donum communicatum fuit; siquidem annuntiatur erant omnibus terræ populis, quoad idiomata & linguis adeo inter se discrepantibus & variis, sanctum Jesu Christi Evangelium. Apparuit igitur Spiritus sanctus in figura linguarum: *Ad innuendum* (inquit Dionysius Carthusianus) quod omnium linguarum notitiam, facultatem & usum eis infudit. *Vt linguis omnium loquerentur* (ita scribit Hugo Cardinalis) ne interpretibus indigerent, qui in

proximo debebant dividere orationes terras. Decem ante diebus ipsis præceptum fuerat: Euntes in mundum universum prædicare Evangelium; *Marcus 15.* Deus quidem peculiariter electo suo Iraelis populo, per plurimorum fæculorum decursum lumen quoddam, suique agnitionem communicaverat; unde David dicit: *Nous in Iudea Deus; in Israel magnum nomen ejus.* Non fecit taliter omni nationi; cum tamen omnes alii populi terra tanquam internalis tyrannimancia viventer, falsa idolorum numina adorantes; hodiernâ die autem veritas Evangelica per harum linguarum donum omnibus annuntianda erat, discooperiendique astuti serpentis doli & fraudes; ideoque dici jure merito poterat: *Dominus Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra!* & subditur ratio: *Quoniam elevata est magnificentia tua super*

Pf. 8. 1.

*super cœlos. Postquam enim Christus ad cœlos
ascendit, Spiritum sanctum proutus dimisit, qui
ipsas quoque infantium lingas præinfusa illis*

Pſ 8. 3.

*celesti sapientia disertas redderet atque facun-
das: Ex ore infantium & lacientium perfeci-
stis laudem propter inimicos tuos, ut destruas ini-
micum.*

Tom. I. an.

34. n. 21

40.

*Per humilium namque Apostolorum
(Revelatio ea parvula) eloquentiam idolola-
tria in terram prostrata est, atque fuit inimi-
cūs in fugam. In Annalibus Ecclesiasticis scri-
bitur (functe S. Chrysostomi opinio) totidem
in hilice linguis sacro illi Apostolorum aliorum-
que fidelium collegio communicata fuisse idio-
mata, quot tunc Hierosolymis nationes extra-
neæ congregatae erant, ut hac ratione cunctæ in
sancta civitate presentes nationes intelligere
possent, quid Apostoli omnesque alii Evangelii
disseminatores dicerent: Et si plures fuissent,
plures etiam accepturos fuissent. Citat quoque
idemmet Baronius S. Augustinum de Civit. Dei,
lib. 16, c. 6. qui existimat septuaginta duas lin-
guas communicatas fuisse: quia totidem & non
plures fuerint populi & nationes, quæ ex progenie
Noë descendebant; adducitque S. Epiphanius
lib. de mens. & pond. testimonium, dicentis: Se-
ptuaginta duo viri tunc turrim adificabant,
quando in septuaginta duas lingas ex una
confusi sunt. Rabanus patriter in Glossa dicit:
Lingua omnes dicuntur esse septuaginta duas;
unde & Discipuli secundi ordinis sub hoc nume-
ro electi, ut numerus predicatorum concordaret
numero linguarum.*

2. Cœperunt loqui variis linguis. Gravis est
inter facios interpres contoversia: an Apo-
stoli in unico duntaxat idiomate loquentes in
uno eodemque tempore à multis è variis diver-
sique nationibus oriundis, & consequenter va-
riis differentibusque inter se linguis loquentibus
intellexi fuerint; aut vero an quilibet ipsorum
omnium linguarum peritiam habuerit, locutus-
que fuerit cuiuslibet nationi in lingua propria. Et
quidem imprimis quoad hoc, propositio certa
est, quod Apostoli loquebantur variis linguis;
per infusionem namque Spiritus sancti omnium
idiomaticum accepserunt intelligentiam, faculta-
temque sermonis expressivam cum omnibus accen-
tibus & circumstantiis, haud secus ac si in illis
regionibus nati & enutriti fuissent. Cum disper-
si sunt per orbem terrarum, lingua omnium

gentium, ad quas profecti sunt, locuti sunt, in-
quit Cardinalis Baronius. Poterant autem o-
mnium linguis intelligere (ait Hugo Cardina-
lis) & omnium verba formare in quacunque
lingua. Similiter S. Antonius de Padua dicit: In die
Linguis omnibus loquebantur velut suā. Unde Pse.
cum Græcis loquebantur Græcē, cum Latinis
Latinē, cum Persis in lingua Persica, & sic de a-
liis, id quod omnibus ingentis stuporis cauila-
fuit: Stupebant omnes, & mirabantur dicentes:

Nonne omnes isti qui loquentur, Galilai sunt,
& quomodo nos audiuvimus linguam nostram,
in qua nati sumus? Porro donum hœc lingua-
rum, prout nobilis quidam Commentator mo-

Cornel. à
Lapid.

dernus notavit, tria potissimum in se contine-
bat, videlicet primo, multarum earumque varia-
rum & differentium vocum cognitionem & no-
titiā; secundō, earundem vocum significatio-
nem pronuntiationemque promptam; tertio, ha-
bitum ad formandas prompte & distincte in po-
tentius & organis variarum linguarum voces. Ra-
tionem autem convenientiæ hujus doni optimā
adferit S. Thomas Aquinas: Ex quo enim ipsi à
Christo electi & destinati fuerant, ut ad prædi-
candam gratiæ legem inter varios diversissimot-
que populos discurrent, necessarium omnino
erat ut linguis loquerentur omnium illorum, qui-
bus prædicabant, ut ab iis intellegentur; neque
enim conveniebat, ut prius linguas illas addi-
scendi studio vacarent: nam præterquam quod
hoc sine tempore & labore fieri non posset, ipsi
quoque Apostoli ignorantes erant & viri sim-
plices & idiotæ, qui expeditè per mundum di-
currere, sibi præscriptum ordinem exequi de-
bebant, neque conveniens erat ut interpres ad-
hiberent, quippe qui pauperes & egredi erant, nec
habebant unde remunerarent; atque insuper ab
his facilè quoque decipi poterant. Adhac ex
quo Deus novam religionem Christianam in mun-
doplatare decreverat, quodnam patrare po-
tuisset præ hoc linguarum dono potentius ma-
gisque stupendum miraculum, ut potè quod ad
conciiliandam apud omnes sui estimationem &
reverentiam aptissimum erat,

3. Audiebat unusquisque lingua suā illos lo-
quentes; adeo ut S. Antonius Paduanus dicat:
Hebreā lingua loquentes ab omnibus intellige-
bantur, ac si propriis singulorum loquerentur.
Id quod Dionylius Carthulianus pulchra adhi-
bā

bita manuæ similitudine explicat; hoc enim licet unicus dantaxat cibus esset, operatione tamen divinâ omnes in le sapores complectebatur, adeo ut illud manducans quidquid degustare liberet, perfectè saperet. Habuerunt quoque idemmet linguarum donum, uti Thomas Bozius de signis Ecclesiæ lib. 6. c. 5, optimè probat, aliorum Sanctorum plurimi, nimirum S. Antonius de Padua, S. Franciscus Xaverius, S. Vincençius Ferrerius, & alii. Unde probabilius elli idem quoque privilium concessionem fuisse Apostolis. Vno eorum aliquam proferente loquela, (inquit Dionyſius Cartibulanus) omnes qui aderant, quantumlibet idiomatum considerent diversorum, loquela illam, tanquam proprium idioma, audiuerunt atque intellexerunt. Verum enim vero nascitur hoc loco dubium, an miraculum istud ex parte audientis, an verò ex parte loquentis acciderit? Unde Nazianzenus querit, An Petro v. g. verbum aliquod in Hebraica lingua proferente, verbum istud in aëre multiplicatum & variatum fuerit, adeo ut Perlarum aures in eorumdem lingua immutaret, aures autem Romanorum in lingua Latina, Græcorum in Graeca, & sic deinceps: aut verò locutus fuerit Gracis Gracē, Latinis Latinē? Responderque verisimilis sibi hoc ultimum videtur: Nam si priorem modum sequar, eorum potius qui audiebant, quam qui verba faciebant, hoc miraculum fuerit. Eiusdem quoque opinionis fuisse reperi Rupertum Abbatem Tuitientem ob eandem Nazianzeni rationem, S. Thomas autem opinionem asserentem Apostolos unicā linguā tantum locutos à variarum linguarum hominibus intellectos fuisse non reprobaris, subiungit: Tamen convenienter, in responsu ad secundum, tuis fuit, quid omnibus linguis loquerentur; quia hoc pertinebat ad perfectionem scientiam ipsorum, per quam non solum loqui, sed intelligere poterant que ab aliis dicebantur; ac tandem progreditur monstrando, quid omnes, quotquot unam duntaxat Apostolorum linguā audiebant, in illa singuli propria sua idiomata percepissent: Hoc vel fuisse persicentiam illorum, qui eos loquentes intellegenter, vel fuisse quasi quædam illusio: dum aliorum verba alter ad eorum aures perferrentur, quam ipsæ ea proferrent. Verum enim vero tametsi omnes hæ

*Lib. 20. de
offic. c. 17.*

In responsu ad secundum, le non reprobaris, subiungit: Tamen convenienter, tuis fuit, quid omnibus linguis loquerentur; quia hoc pertinebat ad perfectionem scientiam ipsorum, per quam non solum loqui, sed intelligere poterant que ab aliis dicebantur; ac tandem progreditur monstrando, quid omnes, quotquot unam duntaxat Apostolorum linguā audiebant, in illa singuli propria sua idiomata percepissent: Hoc vel fuisse persicentiam illorum, qui eos loquentes intellegenter, vel fuisse quasi quædam illusio: dum aliorum verba alter ad eorum aures perferrentur, quam ipsæ ea proferrent. Verum enim vero tametsi omnes hæ

opiniones dignissimæ sint quæ astimentur, attamen non minus astimari meretur modus idipsum explicandi S. Cyrilli Hierosolymitani, qui in hac rem sequentem adhibet comparationem: *Vna pluvia in universum descendit mundum, Cath. 6.* qua alia quidem sit in spinis, rubra in resis; sic Apostolorum verba, qua dictabat Spiritus sanctus, diversorum sonorum facunda & gravis, diversa accedebat ad diversorum aures. Ocumenus de Apostolis dicit, illos quidem probè intellexisse & scivisse id quod annuntiabant; non tamen scribebat cum qualibet lingua id facerent. Apostoli quidem noverant que dicebant, nempe quid magnifica Dei: quibus autem linguis ea loquerentur, non noverant; nisi viri religiosi qui audiebant, puta Schyti fortassis, aut Indus putabant, quid Schytica aut Indorum lingua Apostoli loquerentur. Lyranus hac de re illa scribit: *Mira in Apostolis gratia, qua non solam diversitatem eos docuit, sed etiam distantiam proprietatum in unaquaque linguarum, juxta numerum provinciarum in eorum locula fecit.* Idem nihilominus eandem cum praedita luctuosa opinionem, nimirum auditores singulos idem verbum ab Apostolis in unicauis lingua prolatum, in singulis propriis linguis intellexisse: *Ipsa loquentibus in uno idiomate quodcumque esset illud omnes audientes, quantumcumque essent diversorum idiomatum, intelligebat quilibet idioma proprium divinâ virtute id faciente.*

4. *Lequentes magnalia Dei.* Cœlestibus hisce linguis de divina disterebant magnificentia, id est, inquit: Dionyſius Cartul. Christi resurrectionem, ascensionem, Paræcliti missionem exponebant. Dein è veio pérgit confirmare quidquid circa hoc linguarum donum hactenus diximus, dum ait: *Vnus ille non nisi unius idiomas protulit voces, omnibus tamen videbatur quidvis sua loquela verba proferret; & virtualiter non formaliter ita fuit; moxque suprà insinuatum mannaæ exemplum adducit, & sic concludit: Deserviens uniuscujusque voluntatis, ad quod quisque volebat, convertebatur.*

Figura

Figura ignis, in qua Spiritus sanctus descendit, divinitatem illius denotat, necnon & necessitatem, qua illo extremè indigemus; & alia nonnulla mysteria tanguntur.

DISCURSUS DECIMVS.

Tanquam ignis.

Cap. 15.

Deut. 19.

Luc. 12. 49

Lib. 5. de
divin. of-
fic. c. 28.

Merito Spiritus sanctus hodie in specie ignis descendit; siquidem Deus ignis consumens est. S. Dionysius Areopagita de caelesti Hierarchia, optimè probat nihil esse inter omnia creata, quod majorum analogiam & proportionem cum suo Creatore habeat quam vivacissimum ignis elementum: Deus tuus ignis consumens est, ait Deus ad populum suum de semetipso; plurimumque annorum circulo in famosa illa ignis columna dux eideam populo suo extitit. Adhuc quando haec sui in terram adventus declarare voluit, dixit: Ignem veni mittere in terram. Et quid volo, nisi ut accendatur. Cur in specie ignis apparuit, interrogat Theophylactus; ut ostenderet se ejusdem esse natura cum illo, qui super rubrum visus est in specie ignis. Rupertus Abbas de mysteriis ignis illius, qui Sabbatho sancto manè postquam prius omne aliud lumen extinguitur, ex percussione silice eductus accenditur, tractans, dicit, ignem istum significare quod Deus ille, qui iussit de tenebris lucem splendescere, quando Filium suum veram illam lucem (Ego sum lux mundi) ad illuminandas cœcitatibus nostra tenebras in hunc mundum demisit, mediante morte à Judæis extinctus sit; silex autem, è quo ignem elicimus, denotat Christum, de quo Paulus ait: Petra autem erat Christus; de quo pròindè etiam Ecclesia in oratione, quam matutino tempo-

re ad cæremoniā ritūs hujus adhibet, ita orando loquitur: Deus qui per Filium tuum angarem scilicet lapidem, charitatis ignem tuis fidelibus contulisti; productum è silice nostris profuturum usibus novum hunc ignem sanctificā. Id vero, quod in hac cæremoniā huic nostro proposito quam maximè servit, est, quod mysticus hic lapis, Salvator nimirum à Judæis percussus ignem ad nos mittat Spiritus sancti: Lapis ergo, quem percutientes ignem elicimus, Christum significat, qui percussus verbere crucis Spiritum sanctum nobis effudit. Porro Catholica veritas est Spiritum sanctum à Patre & Filio procedere: Ex Patre Filioque procedit. Cùm igitur ambo ignis titulo denominentur, quid mirum si etiam Spiritus sanctus tanquam ignis descendet. Sanctus Ambrosius scribit: Corpus Christi fructus divini Spiritus est; at vero quomodo intelligi poterit quod panis hic celestis fructus sit Spiritus sancti? Ratio illius hæc potest, quia nimirum divinus hic ignis eum coxit; unde Rupertus Abbas ait: Quia de Spiritu sancto, qui aeternus est ignis, Virgo illud concepit. Et ipse per eundem Spiritum sanctum, ut Apostolus ait, obtulit semetipsum hostiam vivam Deo viventi; eodem igne assatur in altari: operatione namque Spiritus sancti panis corpus, vinum sanguis Christi.

2. Tanquam ignis. Ignis est non elementaris, sed divinus; unde de eo tanta canit Ecclesia: Decorum ignis almus est; quia ideo quoq; lucis beatissime titulum ei attribuit, dicens: O lux

T 3

beatiss.

Serm. 1. de
Pent.

In prece-
mio pa-
schali.

In c. 2. Act.
Apost.

Lib. 10. de
div. officio.

beatissima, reple cordis intima. Cur autem hic ignis adeo speciosus existat, rationem illius mox reddit; nimirum quia de Patris est lumine: non enim ex tertia aëris regione emicat, sed ex sinu Patris æterni; nondè S. Vincentius Ferrerius scribit: *Videbant ignem clarum, non comburebat, sed illuminabat; videbant fumum album & fumum incensum.* Luci proprium est, quod innumeris objectis sine ulla luuiplius diminutione communicetur. Quia eadem proprietate ignis pariter prædictus esse noscitur; undè S. Ambrosius in benedictione cerei Paschalis ait: *Divi-
sus in partes mutuati non sentit detrimenta
luminis.* Tametsi hodie divinus hic ignis dona, gratias, omnemque cœli divitias in maxima copia super discipulos depluerit; siquidem repletus tam domum; repletus sunt omnes Spiritu sancto, sua tamen æterna inde nequidquam deficiunt; sed et quæ plena esse perseverant, & pristinam semper retinent opulentiam. Non ita in antiqua lege Mosaica accedit; namur Glossa de Moysel loquens adverit: *Cum oportaret alios affare Spiri-
tu, ipse diminutus est; hic vero non eodem mo-
do.* sed quemadmodum ab igne quotquot volet aliquis lucernas accendit, nec ignis immixti-
tur: ita & in Apostolis tum temporis accedit.

3. *Tanquam ignis.* Tametsi omnia elementa valde quidem sint necessaria, attamen pro vastæ hujus mundi machinæ conservatione ignis præ omnibus aliis maximè necessariis existit, ut potè qui activitate & calore suo cunctis viventibus vitam & motum subministrat. *Ignis,* inquit Rupertus Abbas, cælum in sole, luna, stellis, aliisque planetis lumen suum efficit; terramque splendo-ribus suis, quos super eam diffundit, non solum restaurat, verum etiam caloris sui virtute eandem ad germinandum herbas, flores, fructus, minera-lia, omnemque alios partus producendos efficaci-ter juvat: *Cælum in sole luna, sideribusque illu-
strat;* terram autem non solum fusco de super lu-mine latifaciat, sed & beneficio caloris ad gi-
gnendum provocat. Hoc autem pulchritè nobis necessitatem, qua Spiritu sancto extremè indi-
gemus, clare subindicat; hæc enim tanta est, ut major dari non possit; siquidem ab ipso creatio & productio omnis boni dependet: *Emitte Spi-
ritum tuum & creabuntur.* Vitam quoque ani-
mæ nostræ Spiritui sancto in acceptis referre debemus. *Spiritus est qui vivificat.* Sine tuo nu-

mine, nihil est in homine. Quicquid sancta Dei Ecclesia habet Sacramentorum, infallibilitatis sacrarum literarum, decisionum conciliorum, aut veritarum Catholicarum; id totum ope à Spiritu sancti possidet. Tot facinora heroica, tot tenellula Virgines, tot denique Martyres, qui per fortitudinem quandam, humanæ debili-
tate longè superiorum, vitam suam pro Christo prodegerunt, per solum hujus sancti Spiritus im-
pulsum prodierunt in lucem.

4. *Tanquam ignis.* Ignis proprium est illumi-
nare, calcare, rotolere, liquefcere, indura-
re, alioquinque beneficio communè deservientes si-
miles effectus efficere, atque ideo non sine causa
& mysterio ad instar ignis Apostolorum se pe-
ctoribus insinuavit: *Ut per effectus quos novimus* (inquit Rupertus Abbas) *hujus nostri ignis, in-
telligamus quid hic ignis, hic Deus, hic Spiritus
sanctus operetur in nobis.* Ecce tibi effectus,
quos in Christi leucacibus discipulis prodaxit
varios pariter & admirabiles. Illos namque in
sublimissima cœli Theologia reddidit scienti-
cos, ardentes quoque, fervidos, inrepertos ipsos
effectus; vivam quoque illis infudit fidem, myste-
riorum cœlestium intelligentiam, ardentissimam
erga Deum & proximos charitatem & amorem;
dona insuper prophetarum, miraculorum, lingua-
rum, discretionis spiritum illis communicavit;
subiù quoque illos fecit esse eloquentes &
diftertos in praedicando, in patiendo constantes,
efficaces & stabiles in operando. Hoc igne me-
diante ex pastoriis idiotis facti sunt Magistri,
Doctores, Pastores, Judices, & tanquam tales di-
spersi sunt per universum mundum ad eruden-
tium omnes nationes, easque in vera fide illumi-
nandum; ad corrigendum quoque pravos &
peruersos eorum mores, ad eradicandum cunctos
abusus, totumque mundum legi Christi subji-
ciendum.

5. *Tanquam ignis.* Ignis proprium est cal-
facere, undè & illi, qui natulâ sive igne prædi-
ti, ordinariè sunt animosi, quia & peccati habent
quasi leoninum, omnemque se propulsantes timo-
rem atque formidinem. S. Bernardus Apollo-
lorum metum, quem priusquam hic ignis in illo-
rum corde descendisset, præ se ferebant, necnon
invicti in repidi animi robur, quocum postea Serm. 1. de
Nat. Petri
lito. & Pauli:

litescerent anteā timidiū : mutationē illam dextera Excelſi manifeste declarat Principis Apostolorum prius quidem inter ancilla verba formido, postmodum inter Principum verbera fortitudo. S. Leo formidinem, qua S. Petrus olim coram Caipha ancilla trepidavit, & animositatē, quam in facie totius Romæ ad illam Christo subjiciendam exhibuit, considerans ait : Nec mundi Dominā times Romā, qui in Caipha domo expa vescis sacerdotis ancillam, Ostendatis mihi unum, si placet, qui quaquam versum circumdatus sit igne, aut qui ex omnibus corporis membris flamas foras emitat, & certum esse pariter competet, quod quisquis talem offendere tentaverit, ab illo pridē sit offendendus; ita enim accidere solet iis, qui divino hoc igne sunt perfusi: siquidē in incendiis, in suppliciis, in tyrannorum carnificina nequaquam damna patiuntur in anima, quantumvis fuerint lacerati in corpore; quin potius suos debellarunt & devicerunt persecutores. Unde Chrysostomus in Acta Apostolorum scribens ait : Quemadmodum enim igneus homo, si in medias incidat spūias, nihil laditur, sed magis vim exercet suam; nec enim ille quicquam patitur mali, sed qui his reluctantur, ipsi seipso perdant: ita nunc evenit. Et hæc cauta fuit, cur Apostoli hoc igne armati (inquit Chrysostomus) semetipso adversum tyrannos sine timore intrepidi userint: Itidem videlicet & Apostoli illos adorti sunt cum multa fiducia. Hoc igne (ut constat de S. Laurentio) B. Laurentius incensus flammarum non sensit incendium, inquit S. Augustinus.

6. *Tanquam ignis.* Proprietas ignis est sum continuo ascendere; aut verò si in locis subterraneis recludatur, uti in cuniculis videre est, integra fortalitia & vastos montes sulque deque evertens in aera propellere; qua proprietate effectus significatur, quem in nobis operatur ignis cœlestis, dum terram carnis nostræ in cœlum usque empyreum eyehit, nosque adversante naturâ sursum ascendere facit. Unde Drogo Episcopus Ostiensis ait : *Columna ignis per noctem Spiritus sanctus est, qui super Apostolos in igne lin-guis apparet, qui cætitatis nostra caliginem il-luminat, & sursum erigit, ut sapiamus ea qua-sursum sunt, non qua super terram.* Porro no-lite mirari quod ignis contra morem suum dé-scenderit, cùm tamen proprium illi sit ascen-dere. Propter hoc enim ad nos ille descendit (inquit S. Augustinus) ut nos ad illum possimus ascendere. Eamverò postquam Apostoli ab hac flam-ma fuerunt accensi, loquebantur magnalia Dei. Optimum valdèq; lecurum recepti Spiritus san-ti signum est, si de rebus ad Deum pertinenti-bus disserere gaudeamus, nec quicquam mente nostrâ revolvamus, quâm cœlestes cogitationes & desideria. Denique Spiritum tum instar ven-ti, tum instar ignis de cœlo descendit. Unde idemmet Augustinus ita concludit: *Vterque au-tem tam Spiritus quam ignis corda sur-sum levabat, & super seipso salire faciebat, ut ad superna properarent.*

Serm. 185:
de temp.

Serm. 188:
de temp.



Hic ignis

Hic ignis Spiritus sancti symbolum Imperii est, consumptisque idololatriæ vitiorumque stirpibus humanam illuminavit cætitatem, ipsorumque Apostolos incalescere fecit, & animosos reddidit.

DISCURSUS VNDECIMVS.

Tanquam ignis.

Supervacaneum est pluribus ea probare, quæ evidens nos edocet experientia, nimurum quod Saluator noster Apostolis suis mediantibus omnium sibi populorum comparat Imperium, eosdemque legi sua subjecerit: *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* prædixit Christus quod tametsi de morte sua principaliter intellexerit, id tamen nequam adimpletum fuit, nisi quando elevata fuit magnificientia ejus super caelos, nimurum in gloriola Ascensione sua, & hodie in die Pentecostes, quando Spiritum sanctum ad nos misit. Unde S. Petrus hodiernâ die vix os suum aperiebat, cùm ecce tria obstinatissimorum Hebraorum milia protinus convertit. Quod eo tantum fine dico, ut per hoc ostendam quod non immērito ad instar ignis descenderit; ignis etenim semper imperii prægnosticum fuit. Sic flamma illa super Servio Tullo vita regni augurium fuit: Periarum quoque Reges in publicum procedentes eandem ob causam ante se ignem portari fecerunt: denique de Commodo Imperatore scribitur, eum Martiae consorti conthorali sue omnes honores regios induluisse, hoc solum excepto, quod ignem ante illam seu coram ea portari minimè permiserit. Denominatur quoq; divinus hic ignis unctio spiritualis (*& spiritualis unctio*) idque, uti credo, exilla causa, quia nimurum eum, qui illo præcipue ungendus est, in Regem vel Monarcham terræ uncturus vel consecratus erat; ut hac ratione adimpleretur Propheticum Davidis oraculum, quo de seipso prædixit: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans preceptum ejus.* Si quidem postquam Spiritus sanctus supra Sionis

Cœnaculum descendit, mox hic in terris Ecclesiæ stabilitum est regnum, promulgata est ad totius universitatem lex Evangelica, i.e. siisque Satanae tyrannicum Imperium penitus dissipatum fuit, S. Leo Papa Romanum, quem tunc caput mundi erat, in qua Imperatores residebant, omnisque potentatus in nationum & provinciarum capita evehebant, frementum bestiarum silvam denominavit: *Silvam istam frementum bestiarum;* *Orat. in Natal. A-* revera enim silva quædam erat à totidem feris iu-*habitata,* quot in ea adorabantur deitatis pro-*post. Petri* phanz, & nimurum, quæ ibidem adorabantur, *& Pauli.* quales omnes illæ erant, quibus in omnibus aliis mundi partibus cultus exhibebatur superstitiosus & indigens: *Magnam sibi videbatur assumptionem religionem,* quia nullam respuebat falsitatem. *omnium gentium serviebat erroribus.* Quocob fecro in civitate illa, quæ totius mundi sibi vendicavera: principatum, abusus, superstitiones, incantationes, quot, inquam, aliae innumera abominationes dominabantur? *Iam magnus ignis* (*In Acta* *Chrysostomus*) *immensam silvam* poterit *Apost.* accendere, mundi peccata quæsi silvam excusit. Agricola, qui agrum stirpibus, fructus & arbusculis ubique oblitum cultivare & fructiferum reddere disponit, in eodem agro variis in locis ignes excitat, qui stirpium & dumetorum radices funditus exurant. *Judea tanquam male cultus ager non* solum fructum loco spinas proferebat & tribulos, eratque versus Deum, qui dixit: *Pater meus agricola es,* quoad omnem fructum sterilis, verum cum illa pariter universa terra: *Non erat qui faceret bonū, non erat usque ad unum: omnes declinaverunt, simul inutiles facti fuerant.* Quid igitur ecclæstis hic Agricola remedii adhibuit? Ignis hunc Spiritus S. hodiernâ die misit, qui spinas peccatorum & vitiorum totius humani generis radicibus

Orat. in
Pent.

Tom. 5.
Serm. 36.

In Ps. 95.

Serm. 1. de
Advent. Bernardus verba hæc S. Pauli: *Quando venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, exponens dicat: Nimis abundantia temporalium oblivionem fecerat eternorum; ideoq; tunc dici poterat, quod conglutinatus erat in terra venter eorum; neque enim erat qui oculos in cœlum erigeret; nequæsem terrenis agglutinati erant, omnes falsa simulachra adorabant; at verò postquam divina hæc flamma descendit, protinus primitivi fideles facultates suas ad pescatorum pedes certatim deferebant, ac deinceps vitam traducebant Angelicam; eremi ingenti implebantur Anchoretarum numero, ipsumque solum tot ad martyrium properantium viorū ac mulierum sanguine inundabatur. Qualis erat ante hujus sanctissimi Spiritus adventum morta-*

Mansi Sandharrii Tom. II.

lium ignorantia & cæcitas? qualis in unoquoquo salutis æternæ neglegit & oblivio? Quanta accumulabatur multitudo scandalorum? In igne Spiritus sanctus venit, inquit Glossa, quia peccatores Spiritus purgat, illuminat, accendit, urit; ignis enim quatuor habet naturas: urit, purgat, calefacit, & illuminat; similiter Spiritus exurit peccata, purgas corda, torporem excutit, ignorantias illustrat. Quousque non per venerant humana cæcitas, quæ etiam porros, ceras, allia, aliaſque similes plantas dei loco agnoscet. Unde Poëta ille de Ægyptiis per ironiam ita cecinit: *O sancta gentes, quibus haec nascuntur in horis numina!* Serpentes quoque adorabant & crocodilos; post adventum verò Spiritus sancti, S. Marcus per hujus ignis lucem tenebras istas eo modo dissipavit, ut ejus sectatores facti sint viri summâ perfectione, in genti lumine, & agnitione veri Dei prædicti. *Ignis per splendorem illustrat,* inquit Innocentius III. per calorem purificat, & *Spiritus sanctus per sapientiam illuminat mentem.* Deinde de anima nostra prosequitur dicendo: *Purificatur in Spiritu per sapientiam à tenebris ignorantia, per charitatem à maculis culpa.* Cœlestis hic ignis lucernas illas accendit, quæ super magnum illum posita sunt candelabrum, Apostolos nimis, qui hoc decorantur titulo, quod *vera mundi lumina dicantur: Vera mundi lumina.* Hæ autem lucernæ idolatriæ dissipant obscuritatem; ac proinde S. Leo de duabus Apostolis Petro & Paulo tractans, ad Romanum conversus ait: *Ipsi sunt viri, per quos tibi Evangelium Christi Roma resplendit;* & quæ era, magistra erroris facta es discipula veritatis; imò & Magistra veritatis, eandem veluti Magistra omnibus annuntiando.

2. *Tanquam ignis.* Ingentem valdeque vehementem habet elementum hoc activitatem, in continuo motu perficit, incessanter operatur, adeoque purum est & mundum, ut nullius generis fortes aut maculas admittat: tali quoque est potestia prædicta, ut æra liquefaciat, incineret marmora, muros dejiciat quantumvis validissimos, exercitus in confusionem adigit, fortalitia munificissima subvertat; quos eodem effectus spiritualiter etiam divinus hic ignis operatur; est enim & hic in motu continuo: *O ignis qui semper ardes, ad cor nostrum continuo pullat: Ego*

*Serm. 1. de
Pentec.,
Serm. 1.
de Natali
Apost.*

Apost.

Serm. 1. de Pent. *Si ad oſtium, & pulſo; & non ſolū maculam proſtrat ullam admittit, veriū etiam eadē abſuit, aut penitū tollit: Lava quod eſt fordidum.* S. Bernardus ait: *Spiritus iſte odit forditas, nec habitat in corpore ſubditō peccatis; cui enim proprium eſt peccata repellere, ipſi & proprium eſt peccata odire.* Petora quoque chalibea licet existant, ad hunc ignem emollescant. Ecce tibi exemplum in Saulo, qui adhuc spirans minarum & cedis in diſcipulos Domini, viab ab hac flamma illuminatus fuit: *Circumfulſit eum lux de caelo;* quid petis? quid poſulat? *Domi- ne, quid me vis facere?* Quas non turres Apoſtoli per hunc ignem evertentur, quando ab hoc Cenaculo ſuere egrefi? Ex perdiſ illis Hebreos, qui ad ipsiusmet Christi predicationem & miracula duri permanerunt, immo eundem quoque cruciſixerunt, ad ſola verba unius pifcatoris Petri multa millia fuere converfa: *Dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtulos: Quid facimus viri fratres?* Quoꝝ adiſia quondam in honorem Jovis, Saturni, aliorumque ſacrilego- rum numinum erecta hic ignis non proſtravit &

contrivit? Quoꝝ ſtatua argenteas, aeneas, au- reas, ferreas per hanc coeleſtem flamnam non li- queſcent? Quoꝝ conſiderunt & conjeſerunt ty- rannoſ, fideique Christiana perſecutores? Nun- quid igne hoc mediante longe ampliora præli- terunt, quam olim omnes preſliterint Monar- chæ per validiſſimos fuos exercitus? Hi enim ſibi ſolū corpora ſubjicere potuerunt, non ve- rō animas ſubjugare, non convincere intel- le- clum, non moovere voluntatem, prouti fecerunt Spiritu ſancto pleni Apoſtoli: *Sedete hic in ci- vitate, quoꝝ adiſque in duamini virtute ex alto,* inquit ad diſcipulos Christus priuilegiam ascen- deret. Ubi Chryſtoſtomus: *Sicut milites in va- ſuros multos dux exire non finit, donec armati finit, ne inermes hoſtium gladiis trucidentur; ſic & Christus diſcipulos ante Spiritus adventum ad confiditum egredi non permittit.* Quando au- tem ab hoc igne æſtuare ceperunt: *Nonne con- tempserunt omnium furores?* Illud mirabilius quod Apoſtoli nudo corpore conſistebant adver- ſus armatos.

Alia hujus ignis mysteria Spiritui ſancto concinnè adaptata
conſiderantur.

DISCURSVS DVODECIMVS.

Tanquam ignis.

Conc. 1. de Pent. **P**oſt prothoparentis transgres- ſionem Deus noster per Cheru- binum illum, quem igneo gladio armatum eſſe voluit, adiutum ad paradisum terrefrem pracluſit; at verò benedictus Deus! ecce tibi hodie ingressum ad paradi- ſum coeleſtem non mediane gladio igneo, ſed linguis igneis denuo referari, pifcatores ſimpli- ces & idiota in virtute doni ſcientiae & ſapien- tiae eidē hodie infuſe in Cherubinos ſunt tranſmutati. *Ingressi ſunt rudes pifcatores,* (inquit S. Thomas de Villa-Nova) exierunt eloquentes predicatores: *ingressi ſunt idiota, exierunt ſapientes.* Gladio quoque igneo armati & accincti fuere; hoc enim titulo Apoſtolus verbum Dei *Eph. 6.17.* decoravit; *Gladium Spiritus, quod eſt verbum*

Dei, Potuitq; de ſingulis eorum idem dici, quod de Elia olim dictum fuit: Verbum ipſius quaſi facula ardens. Unde S. Cyrilus Hieroſolymitanus ait: *Gladius igneus anteā prohibebat in- gressum paradiſi, ignea verò lingua ſalutarem preſtitit gratiam.* Et quidem ad quid Christi in- ce os Alcenſio proſuiflet, qui proreſtaſus fuerat dicendo: *Vado parare vobis locum: In domo Patria mea manſiones multa ſunt;* niſi nobis in paſdagēum & viꝫ ducem mihiſlet Spiritum fan- dum? *Quis viam ad cœlum unquam invenire potuifſe?* Obſerua quam necessarius fuerit Spi- ritus sancti aduentus; certè adeo neceſſarius, ut Ioh. Feru- fruſtrā Pater crea verit, fruſtrā Filius redeme- rit, niſi Spiritus sanctus nobis datus eſſet. Chri- ſtus quidem ſanguinis ſui prelio amifſam nobis hereditatem recuperavit; ſed incognita nobis

eras.

4. *Tanquam ignis Ignis elementum omnibus aliis superius est, idemque meritum symbolum est charitatis, de qua dicitur: Major autem horum est charitas. Hic autem amor est Spiritus sanctus: Fons vivus, ignis, charitas. Descenditque in linguis igneis, ut Apollonius charitate accenderet: Verbis ut essent prestiui, & charitate fervidi. Ad Spiritum sanctum quoque pertinet virtutem hanc cordibus nostris infundere: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Hoc igne apostolos accendi & ardore voluit, priusquam ad praedicandum egerederentur. Unde Innocentius III.*

Serm. 1. de
Pent.

Ardeat prius ignis dilectionis in corde, ut posse a sonet lingua predicationis in ore; charitas informat vitam, & sapientia informat doctrinam. Quod idem confirmat illa S. Gregorii sententia dicentis: Officium predicationis assumere non debet, qui charitatem ad proximum non habet.

Philip. 3.13

5. *Tanquam ignis. Ignis, prouti perspicue videmus, alimento semper opus habet, nunquam satiat, nec unquam dicit, sufficit; secus vero extinguitur: eadem pariter est proprietas Spiritus sancti; anima enim Spiritu hoc sancto imbuta, perfectione & virtute quam habet, nunquam acquisiecit, aut satiat, sed ad maiorem temper aspirat. Unde S. Paulus dicebat: Ego me non arbitror comprehendisse; unum autem, quod quidem retro sunt, obliviscens, adeo vero quae sunt priora, extendens me ipsum.*

6. *Tanquam ignis. Ignis vel utamicus, vel ut initicus noster considerari potest: & quidem quanta ab ipso velut amico nostro quotidie bona recipimus? nos enim in tenebris illuminat, calefacit in hybernis gelu rigoribus, cibum, qui vita fomentum est, lapidum efficit; & multa alia non minora nobis praestat: ex altera vero parte, quanta nobis damnat, conciliat, ubi initicus noster fuerit? dominus & fortalitia subvertit, quamvis opulentissimam supelleculam disperdit, ac demum quanta fulminibus & fulguribus ac sagittis est celo missis terra mala immittit? Quantas in metallis concavas, sive illa sclopeta fint, sive balistae majores, in corporibus humanis strages & clades producit? Eodem quoque modo de hoc divino igne afflere possumus, quod inter omnes tres Personas divinas nulla sit nobis aut benignior, aut beneficentior Spiritu sancto, dummodo inter ipsum & nos bona intercedat corre-*

spondentia; vix autem nobis si abjecerimus & repudiaverimus eum. Unde B. Laurentius Justinianus ait: *Ipse justificat impios, defunctiones suscitatur, reducit erroneos, caecos illuminat, pascit infidelicos, erudit inscos, damnat ingratos.* Legite quas apud S. Matthaeum hac de re scriptas invenietis comminationes: *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei;* qui ^{Serm. de} ^{Cath. 17.} autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo, neque in futuro.

7. *Tanquam ignis. S. Cyrilus Hierosolymitanus scribit: Ignis portendit tribulationem magnam & multiplicem, quas passurierant apostoli & fideles, sed superaturi per ignem amoris divini, quem idcirco eius in diuisit Spiritus sanctus. Quando hic ignis de celo descendit, exordium mox persecutiones & martyria habuere, tuncque aduersus Petri naviculam levissime exortae sunt tempestates. Et tamen hoc non obstante ibane Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habitus sunt pro nomine Iesu conuictum pati. Ad hujus ignis bonam custodiavit utilissimum nobis Abalon Abbas monitum subministrat dicens: Attendant quilibet Apostolorum filius, si igne divini amoris intus ardeat: iste enim in altari cordis debet esse perpetuum, nec unquam extinguitur, quamdiu in hac vita militamus. Secus enim idem nos supplicium experietur, quo Deus olim filios privavit Aaronis, qui ab igne devorati fuere, eo quod thuribula sua igne instruxissent alieno: Quis est iste ignis alienus? Ignis alienus est luxuria, qua est in cubilibus & impudicitia: ignis alienus est iracundia, qua est in dissensionibus & consumelio: ignis alienus est inuidia, qua est in detractione aliena virtutis. De hoc igne dicitur per Prophetam: Quia incensa ignis suffossa ab interpretatione vultus tui peribunt. S. Vincentius Ferrerius illum Ezechielis textum: Introducam in vos spiritum, & virvetis, adducens similitudine quadam utitur a viribus lignis defunctis: Sicut enim illa primo exsiccata fuit oportet, antequam ad ignem concipiendum dilposa fuit; ita quoque Apostoli primo jejuniis se afflixerunt, in oratione perseverarunt, atque ad aliquantum temporis a communis hominum turba se subduxerunt, & solitudini vacaverunt, hacque ratione divinum iustitum incendium fructuosè conceperunt.*

Variæ

Variæ adducuntur rationes, cur Spiritus sanctus super Apostolo-
rum aliorumque capitibus insederit; simulque sessionem
hanc stabilitatem denotare ostenditur.

DISCURSUS DECIMVSTERTIVS.

Seditque supra singulos eorum. Act. Apost.

cap. 2.

REceptus & solemnis in Ecclesia mos est, linguas Spiritus sancti veluti super Apostolorum capitibus defixas representare; inquit ipse met S. Lucas, qui pictor pariter & Evangelista fuit, illum capitulo incidentem depingit: *Seditque supra singulos eorum.* Interlinearis hic ait: *In singulis rotis, nec in multis diversus aut divisus.* Et Salmeron super eadem verba dicit: *Id est, rotis in quovis; quia totus Christus, & omnia ejus mortis merita, ac proinde totus Spiritus, cuius applicantur. Divitiarum tamen coelestium abundantia major aut minor fuit, secundum beneplacitum Spiritus illius: qui dividit prout vult.* Cur super caput? interrogat Theophylactus: *Quia Apostoli orbis terrarum Doctores designabantur & ordinabantur: Ordinatio non sicut nisi in capite; igitur per hoc, quod lingua erant super capita, ostenditur figura ordinacionis, super caput enim manu extensa posita ordinatio fit.* Estque hic Ecclesiæ usus & ritus antiquissimus, qui etiamnum hodie conservatur. Quia vero communicatio Spiritus sancti invisibilis est oculis nostris, ideo nunc capiti Episcopi ordinandi liber Evangeliorum superimponitur, qui in substantia aliud nihil praeterquam linguam quandam igneam capiti ejus incidentem significat: *Lingua propter predicationem; ignea propter eum qui dicebat: Ignem veni mittere in terram.* Salmeron Ammonii Alexandrinii, super Acta Apostolorum scribentis testimonium adducit, dicentis, hunc ignem super capitibus comparsuisse: *Quia Apostoli ordinabantur orbis Ma-*

*gistri. Quædam tamen hæc observanda est differ-
entia in communicatione Spiritus sancti sacro
Apostolorum collegio hodie facta, & in communica-
tione, qua le Spiritus sanctus alias ipsis fide-
libus visibiliter insinuavit; prout ex Actibus Ap-
ostolicis plenius constat: nam quando super
alios fidèles dilatipus est, super capitibus eorum
sedisse minimè dicitur, licet id hodie factum suis-
se constet. De Samaritanis namque legitur: *A-
sciebant Spiritum sanctum.* De Cornelio cen-
turione: *Cecidit Spiritus sanctus.* Super Corinthios
venit Spiritus sanctus. Hodie autem di-
citur: *Seditque supra singulos eorum.* Scitissime
causam curita factum sit? Illi omnes privati ho-
mines erant, quibus participatio quædam me-
diocris sufficit; non vero tales erant Apostoli,
ut potest columnæ erant firmamenta Ecclesiæ.
Et ideo sedis ad sedendum super ipsos tene com-
positum, in ipsis velut in propria residentia, aut sic
ut in proprio centro substitut & quievit; siquidem
omnes suos etiam prodigiössimos effectus in
ipsis operaturus erat.*

2. Seditque supra singulos eorum. S. Cyrillus Cath. 17.
Hierolymitanus ait: *In specie linguarū igne-
rum sedis super illos, ut nova corona spirituales
per linguas igneas imponantur capiti eorum.* Principes terræ declarandi erant: *Constitues eos
Principes super omnem terram;* ideoque hæc
eorundem capitibus diadema imponere vo-
luit. S. Bernardinus super illud verbum: *Sedit, serm. de
ita scribit: Id est, una flamma lingua super ca- 7 donis
pus unius, & alia super caput alterius: primò Spiritus &
in signum superioritatis, secundò tranquillita- c. 9.
tis, tertiò gravitatis.* Et quidem in signum supe-
rioritatis non solum in ordine ad ipsos, verum
etiam

etiam in ordine ad hunc sanctissimum Spiritum, ad denotandum videlicet quietum regimen, quod illos gubernando obtinebat. Et ipse quoque sedens in eis quiete regnabat, carne subiecta rationi, & ratione subiecta Deo. Unde quilibet *Apoc. 5, 10.* illorum meritò dicere poterat: *Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. In signum tranquillitatis; qui quoque ingreditur Spiritus sanctus, pax ibi, quies, & bona conscientia serenitas perpetuo dominatur: Pacemque doxes protinus.* Seditque, id est, inquit *S. Bonaventura*, *Sedentes nos facit per quietem contemplationis.* Interlinearis vero, cuius est hac interpratio: *Quod sedet, regia potestas est;* subiungit: *Vel quia requiescit in Sanctis; vel addi potest, quia requiecerat eos facit.* Nazianzenus hac de re ita scribit: *Sessio hac regia in Spiritu sancto dignitatis excellentiam designat, ejusque super Sanctos requiem; quandoquidem Deus quoque pro throno Cherubinos habet.* Verum enim vero quia throni Dei mentionem facere coepimus, Iciendum est quod Tertullianus hoc verbum sedet interpretando, scribat: *Seditq[ue] ut ostenderet quemvis hominem, qui alicuius muneris & operis administrationem atque functionem suscipit, esse solium Dei.* Tertium hujusce sessionis mysterium juxta sanctum Bernardinum est, quod sederit *In signum gravitatis*, id est, Spiritus sanctus idem est quod firma & solida in adversis constantia. In cuius confirmationem *S. Bernardinus* illum Psalmi textum adducit: *In populo gravilaudabo te, id est, in populo discipulorum, non cadenti omni verbo persecutionum, per populorum conversionem laudem & gloriam tibi dabo.*

3. Seditque suprasingulos, Oecumenius dicit: *Super singulos sedet stabilitatem ac permanentiam significans; dictio enim, sedet, idem significat quod permanescit.* Si Bonaventura id ipsum quasi dicit: *Potest tamen & melius in sessione Spiritus sancti significari, quod ipse sit mansuetarius in perseverantibus.* Etenim Spiritus sanctus in nobis non solum perseverantia author est, ut porè quæ donum ejus est; verum etiam per hanc sessionem nos in hac tam necessaria stabilitatis virtute instruere & perficere voluit: unde memorandum, quod quando Christus hunc Spiritum sanguinem Apostolis Iuis promisit, in eodem tempore hujus quoque persistentie

mentionem pariter fecerit: *Alium Paraclitum dabit vobis (inquit de Patre suo) ut maneat 10a. 14. 16. vobiscum in eternum; gratias enim illas & locupletissima dona quæ receperant, nunquam amis-*

suri erant, ut potè confirmati in gratia, Sedendi verbum, inquit etiam Chrysostomus, stabilitate In Ada, & mansionem declarat. Regius Propheta Da-

vid spiritu quodam principali à Deo confirmari postulabat, dicens: Spiritu principali confirmari Ps. 50, 6

*me. Qualis autem hic, quem petebat, spiritus fuerit, S. Gregorius declarat, dicens: Sciebat enim quod in firma sit omnis anima, nisi Spiritus sancti virtus fuerit firmata. Porro omnes gratiae & dona, omnesque alia divitiae cœlestes, quas in nostras animas clementer depluit, quantum est ex parte sua, sunt permanentes, nisi illas culpâ nostrâ à nobis abjecerimus; ac proinde, ut Salmeron ait: *Ejus sessio denotabat stabilitas esse dona, quæ dabat, nisi nostro vitio ea respuamus.* Verum, eheu! quot sunt è Christians hodie, quibus idiump[er], quod obstinatis Hebreis olim S. Stephanus, exprobare possumus dicentes: *Durâcervise vos semper Spiritui sancto resistitis.* S. Philippus cuidam roganti, ut à Deo hanc gratiam obtineret, nimis ut manum suam super caput illius extensam lervaret, eumque ab omni quod offendere posset, protegeret, respondit: si vis ut Dei manus super te semper protensa permaneat, cura ut ipsum semper & firmiter tecum retineas; quo responso eum monebat, ut in bonis propositis, operibusque virtuosis stabilis semper persistaret. Quot sunt qui in bono fatigantur, ideoque per rasi convertuntur retrosum! Guer-*

Serm. 1, de rius Abbas ait: Sanè quanto mirabilior Dei Pent.

*gratia predicatur, tanto damnabilior hominis auritia convincitur, si gratiam vel oblatam recusat, vel acceptam non servet. Apollonus ad Galatas ita scribit: Ex operibus legis Spiritum Cap. 3, 4, accepistis, an ex auditu fides? sic futilis estis, ut cum spiritu cœperistis, nunc carne consumimini! Quibus verbis impenitus illud damnata insinuant, quod sibi conciliant, qui Spiritum posthabentes & deserentes ad vomitum redeunt, omniumque bonorum operum mentita dissipant & desperant: *Tanta passi estis sine causa.* Equi illi five mystica animalia, qua Ezechiel quando dicit vastum illum currum, cui Deus infidebat, protrahentia ibant, & non revertebantur; scilicet Ezech. 10 tisne quamobrem id fecerit? Vbi erat impetus*

Spiritus

*Serm. 1, de
Pent.*

*Orat. 4, in
Pent.*

Eph

spiritus, illuc gradiebantur, nec revertebantur, dum ambularent. Quia electi sic ad bona tendunt (inquit Hugo Cardinalis) ut ad mala perpetrandam non redeant: qui enim perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit. Num tortasse aliquando ad illum apostoli textum refle-

Ephes. 1.13. xisti, quo dicitur: Signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostra? quemam est istha c. Spiritum sanctum inter & pignus similitudo? quisquis pignus manu sua tenet, securus est de eo nequaquam perdendo, monet tamen Estius: Arrham ab eo custodiri debet tunc representandam, quando res promissa accipienda est; quod nisi fecerit, ius accipendi amittit. Unde hanc elicit conclusionem: Quare nisi Spiritum sanctum pro pignore acceptum qui servaverit usque in finem, excedet hereditate promissâ. Regius ille Psalmographus Deû ita precabatur, dicens: Spiritum sanctum tuum

ne auferas à me. Quæ verba Hugo Cardinalis ita exponit: Donum spiritus sancti, quo peccatum meum cognosco, confiteor & paeniteo, ne auferas; petit perseverantiam & præsentiam spiritus sancti, continuam. Seraphicus Doctor Serm. 6. de spiritu sanctum olim sibi in columba forma descendisse considerans: Vidi spiritum sanctum descendente quæsi columbam de cœlo. Et manentem super eum; hanc inde ad nostram instructionem elicit moralitatem, dicens: In quibus verbis tria attenduntur, qua maximè ad perseverantiam in bonis operibus necessaria sunt: humilitas, mititas, stabilitas: humilitas in prosperitate; unde dicit spiritum descendente, non ascendentem: mititas in adversis; unde dicit: Quæsi columbam; in qua mansuetudo significatur: stabilitas in voluntate; unde ait: Manentem super eum.

Ex quibusdam vini proprietatibus, nonnulli quos spiritus sanctus in nobis operatur, deducuntur effectus.

DISCURSUS DECIMVSQVARTVS.

Musto madere deputant, quos spiritus repleverat.

1. **M**nes universim admiranda officia, que spiritus sanctus per linguarum multiplicatatem & varietatem, per donum sapientie, scientie, miraculorum operabatur, necnon omnes alios stupendos effectus admirabantur; unde hec omnia, sacrum & divinum illud mysterium ignorantes, vini potentiae & efficacie adscribant: *Musto madere deputant, quos spiritus repleverat.* O vasaniam, ô malitiam inauditam! (ait Glossa) atqui ne tempus quidem illud habebat mustum; mustum namque dulce vinum est, quod ab ipso fuit torculari. Veruntamen quia spiritus sanctus in iis, quos thesauris suis accumulat, multos operatur effectus, iis perfimiles, quos vinum largum pota-

tum operari solet, ideo opere pretium erit, ut alias id ipsum declarantes analogias exactius examinemus.

2. **Musto madere deputant.** Quondam Poëta ille cecinì: *Facundi calices quem non fecitre disertum?* quisquis largius bibit, in verbis quoque copiosior esse solet. Apostoli quidem ex receptione spiritus sancti facti suè eloquentes & diserti, cum hac tamen ab ebriorum loquacitate notanda differentia, quod ebrii multum quidem & folito copiosius loquantur, pauca tamen dicant ad propositum & rectam rationem spectantia: hi verò tametsi multorum hebreorum incapacitati extra propositum loqui videbantur, in hoc tamen graviter errabant; si quidem cœperunt loquii variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Etenim ignis hisce linguis altissima declarabant mysteria, humanam intelligi-

intelligentiam longè transcendentia ; unde in Hymno de sanctissimo Spiritu cecimus : Sermonem ditans guttura. Fuitque adimpta illa quondam nobis à Salvatore facta promissio :

Luc. ii. 15. Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes adversarii vestri. Audivimus eos loquentes nostris linguis magnaria Dei. Ita passim protestabantur omnes.

Horat. l. 1. Epist. 5. 3. Musto madere deputant. Quotidiana latitatis testatur experientia, quanta cum facilitate secreta in ebrietate revelari soleant: Quid non ebrietas designat? aperta recluuntur. Unde Sapientus ait: Nullum secretum est ubi regnat ebrietas. S. Bernardinus illum Psalmi locum declarans: Caeli enarrant gloriam Dei, & opera manserim de 7. nunc eius annuntias firmamentum, dicit, per donis Spi- hoce cœlos Apostolos denotati; licet enim co- ri vius S. c 9 li denominentur à celando, atamen mystici hi cœli post adventum Spiritus sancti omnia mani- festerunt secreta cœlestia; Omnia quacunque audiri à Patre meo, nota feci vobis. Eructabant abscondita à constitutione mundi. Videamus Apostolos, inquit Salmeron, quod metu cœlaverant, quod in oculio didicerant, nunc in vulnus effundere, & prædicare super tecta. Et quidem quænam excogitari possunt lecra magis arcana & incognita, quam in unius Dei unitas, & Trinitatis Personarum? vel Verbi aterni incarnationis in utero Virginali? vel ejus de cœlo descendens abique eo quod ab aeterni Patris huius descenderit? vel totius Dei & hominis in unica panis modica specie inclusio, quem cœli capere non possunt? vel Spiritus sancti tanquam amans à Patre & Filio processio talis, ut eā non obstante ambobus patet & omnino a qualis. Qui cum Paire & Filio simul adoratur & conglorificaatur. Protectio quisquis hæc aliaque similia mysteria audiret, abique eo quod interius in eo per vivam quandam fidem operaretur Spiritus sanctus, credidisset utique verum quendam effectum ebrietatis effectum.

4. Musto madere deputant. Quid vinum liberalius haultum in homine operetur, expositiōne non iudicet; siquidem ipsam experientia latitatis evidenter ingentem in ebriis ostendit affectum, inclinationum, & motuum mutationem, quæ tamen eoque dumtaxat perdurat, donec quod biberunt vinum in ipsis fuerit digestum. S. Petrus Damianus ait: Nunquid non quadam

divina ebrietas est præsentia & præ oculis posita cuncta despicer, atque ad ea qua non videantur, toto mente desiderio medullitus anhe- late, mollia quoque & jucunda contemnere, dura vero & aspera pro divino libenter amore perferre. Porro fidelibus aliisque omnibus, qui Spiritus sancti inspirationibus corresponebant, satis manifestum erat, Apóstolorum cūlibet accidisse idipsum, quod primo Iudaëi Regi fuerat prædictum: Infiller in te Spiritus Domini. & *1 Reg. 10. 8* mutaberis in virum alium. Siquidem divitius paupertatem, contumelias honoris & gloria humana, voluntatibus vitæ alperitatem, mortem deinde viræ longè anteponebant, nihilque aliud præterquam peccationes, nuditatem, famem, & quidquid mundo & carni opponitur, desiderabant. Unde S. Augustinus ait: Hoc musto ipsi. *Serm. 18.* tuales anima inebriata, & penitus commutata de tempore abstinentiam delitii, vigilias dulcibus somnis, paupertatem divitie anteponunt; arduum contra vitia laborem jucundissimam computa- tant volupiatem. Saulus mox ut hoc divino igne accentus fuit, sive ut hoc multo incaluit, admiranda mutatione sua neminem non obstepe- scere faciebat: Stupebant autem omnes qui au- diebant, & dicebant: Nonne hic est qui expu- gnabat in ierusalem eos, qui invocabant nomen istud? Panter inter se velim mores nobilis aliquius delicate enutriti, mundique vanitatibus totaliter deduci juveni, cum ejusdem vita quam dicit, postquam in eum ingressus est Spiritus sanctus, jamque in inaustissima religionis coquidam claustrum reclaudens, perfectione religiose te tocum consecravit, utriusque, in usum, viæ mores inter se velim combinevis & coaserem; certus sum enim id line stupore & extasi ex parte vestra herine quamquam posse. Unde S. Augustinus ait: Hoc musto inflammatur, & hoc præclaro poculo quotidie inebriantur etiam corda fidelium, & anima convertentium; quod frequenter fieri videmus, quando prædesiderio ja- luis sua parentes & patriam suam fugiant; exēunt, nullo compellente, a terra & cognatione sua; & mori si huic mundo alios spiritualiter animarum acquirunt parentes; & liberi sub iugulo veniunt, & paulò ante elati atque suelimes, humilia affectant. Enimvero apud hanc quædam ad præfens propotionem de juvene quodā re- fertur historia, qui cum poli habitam cum mulier- culâ

Tom. 12.
Tr. 12.

Serm. de Spir. S.

Act. 9. 21.

Loco cit.

In e
Ad

Ser.
Pen

The

cula quadam minus honesta incautam familiaritatem vita superioris pertulit relipuisse, die quadam eidem mulierculæ obvius factus, cum illa fixis eum oculis intuita, vita præterita lascivos amores ei revocare in memoriam conata fuisset, ipse eam se non agnoscere squalens; cum illa ego tunc illa tibi nota amica, ei dixisset, mox ipse, sed ego non sum ille qui fui, prudenter subjunxit,

5. *Musso madere deputant. Vinum latificat cor hominis;* maximè si abundanter & in copia bibatur. Spiritualiter obrii orant (inquit Dionysius Carthusianus) hi sancti, introducti in cellam vinariam, & torrente voluptatis desice usque ad plenum potum; in quibus illud ex Cantico fuit impletum: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi; etenim fervor amoris sapientia sapor gaudiorum excessus inebriaverat eos. biberuntque vinum quod Christus Sapientia Patrius misericordia. Porro Apostoli ex recepro Spiritu sancto adeo hilares erant, quod ibant gaudentes à conspectu Concilii, quoniam digni habitu sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* In hodierna Missa sacrificii Sequentia, legimus hac verba: *In labore requies in austeri temperies, in fletu solatium Angelicus quoque Doctor ideo Spiritum sanctum Paracletum denominari scribit, quia verè nos confortatur, idque tribus principiis modis efficit: Primo, cœlestes consolationes largiendo; in cuius probationem illum S. Pauli textum adducit: In tribulatione multa cum gaudio Spiritus sancti. Secundo, Dona charismatum nobis in tribulationibus augmentando, juxta illud ad Romanos hunc in modum scribentis: Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem: Spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum. Tertiò denique nos confortatur, Quanta sint gaudia, qua recipiemus pro illis modiis tribulationibus, demonstrando. Id quod Apostolus ad eosdem Romanos scribens inferre voluit, dum ait: Ipse Spiritus reddit testimoniū spiritus nostro, quod sumus filii Dei; si autem filii, & heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Ac tandem Apostolus prolequitur dicens: Existimo enim quod non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, qua re velabitur in nobis.*

6. *Musso madere deputant. Vinum corpori Mansi Sanduarii Tom. II,*

vigorem & vires ministrat, confortat stomachū, alias debilem & languidum; faci que bibentes animos atque audaces. Quantam igitem vinum hoc è coeli penuria depromptum Apostolis, cunctisque aliis Christi sequacibus animositatem olim suggerit, Rupertus Abbas vim hujus vim declarat dicens: *Vinum Domini Spiritus est Lib. 4. in Domini; sicut vino non solum extinguitur Zach. situs, sed & vegetatur calor naturalis: ita dulcedine Spiritus sancti provocatur mens ad amorem Dei.* Unde Christus Dominus noster tyrannidem infernalem, omnesque alios persecutores expugnatur, alia suis arma non ministravit, quam Sp̄ritum sanctum. Unde S. Bonaventura ait: *Mittens Apostolos contra violentiam tyrannorum, & astutiam demonum, voluit eos primò donis & armis spiritualibus munire & virtute Spiritus sancti corroborare.* Ab hac autem Spiritu sancti a matura aede fuerunt Apostoli corroborati, ut S. Thomas de Villa-Nova Apostolorum & discipulorum Christi in tormentis, cunctisque aliis in prædicatione Evangelii occurrentibus difficultatibus fortiter sustinendis intrepidum animum considerans exclamat: *O vini potentiam inestimabilem! o musi fervorem immensem! inter candentes prunas, & micantes gladios, inter stridentes feras, & rugientes leones, inter laniantes ungulas & discerpentes latabundit laudes & gloriam Christo Domino decantabant*

7. *Musso madere deputant, quos spiritus repeverat.* Id quod ins accidisse mihi non est; nam Animalis homo non percipit ea quia sunt spiritus. Quando S. Philippus Neri ex motivo mortificationis, ut se contemptibilem omnibus redderet, primā die Augusti publicē in platea juxta basilicam S. Petri ad vincula saltavit; actus hic passim ab omnibus stultitia manifesta esse censetur, eo quod spiritum quem ipse imbiberat, sicut & sequens Apostoli confitum minime intelligerent, dicit enim Apostolus: *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens.* Per hoc autem (inquit Lyranus) quod maligni illam varietatem linguarū imputabant ebrietati, boni verò gratia Spiritus sancti; significatur quod homines perversi orationum & prædicationum varietates & exercitium deputant fatuitates; illi verò quis sunt devoti, deputant beneficia Dei.

X Deebrie-

In cap. 2.
Act.

Ser. in die
Pent.

Theff. 1.1.

Serm. 4. de
Pent.

Conc. 1. de
Pent.

De ebrietate spirituali, quam mysticum hujus sanctissimi Spiritus multum in nobis operatur.

DISCURSUS DECIMVS QVIN TVS.

Non, sicut vos estimatis, hi ebrii sunt.

Hec summus sacerdos, Anna Samuel matrem ferventissimae orationi insisterem, velut ebriam olim calumniatus fuit: *Loquatur in corde suo, tantumque labia ipsius movebantur, & vix penitus non audiebatur; exsimitavit ergo Heli eam temulentam, dicitque: Vsgue quod ebri erat?* Relponso autem, quam ipsa hoic reprehensioni subiunxit, non solum cum summa innocentia, verum etiam cum profundissima humilitate & modestia conjuncta fuit: *Nequaquam inquit, Domine mihi, nam mulier infelix nimis ego sum, vinumque & omne quod inebriare potest, non bibi; sed effudi animam meam in conspectu Domini.* Ecce tibi in hac historia figuram illius effigiatam, quod prout Rupertus Abbas observavit, Hierotolymis hodie accidisse nosciter. Quando enim Collegium Apostolicum loquebatur variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, Hebraimi five synagogæ Hebreorum sacerdotes, omnēsque alii irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti. S. Petrus autem Anna manuetudinem sectatus, majori cum modestia calumniam refellere, leque & ceteros collegas Apostolos justificare non poterat, quā dicendo: *Non, sicut vos estimatis, hi ebrii sunt, cùm sit hora dies tercia.* Sed hoc est quod dictum est per Prophetam Ióel: *Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Observandus autem est modus, quo S. Petrus ex iudeum Spiritus sancti instinctu respondit: *Non, sicut vos estimatis, hi ebrii sunt;* quasi diceret: equidem holce ebrios esse nequaquam nego; sed non sunt ebrii, sicut vos estimatis; id est, ex vieno. Quamvis irridebant (inquit glōsa) mystice

¶ Reg. 14.13.

*Liber. 5. in
Matth. c. 5.*

tamen verum dicebant, quia non vino veteri, quod in nuptiis Ecclesi defecit, sed musto gratia spiritualis erant impleti. Eiusdem cum Gloria sententiae alii quoque fuerunt facili interpretari, qui Spiritum sanctum vinum appellarent, ob variorum effectuum, quos cum vino communes habet, miram inter te analogiam. Christus Magister noster in aliis quoque locis, ut Salmeron scribit, per hanc vini allusionem doctrinam suam significavit Evangelicam: *Cum musto rumpi veteres utres dicebat, hoc est, corda, quae per peccatum in vetere erunt, non facile suscipiunt vinum novum spiritum:* Apostoli autem cum corda haberent renovata, mustum hoc continevere poterant, & cum Propheta dicere regio: *Calix meus inebrians quām preclarus est; verè enim temulentī erant Apostoli;* sed Spiritus. B. Cytilius Hierosolymitanus dicit, quod tam-
erit. Judæi Apostolos irriserint illos, quāl lat-
giter nimis bibissent, calumniando & attamen quadrantibus id, quod verum erat, assertebant: *Vera dicunt Iudei, sed irridendo; novum enim illud vinum novi testamenti gratia.* Declara-
turus autem ē qua vite vinum hoc expreßum fuisse, dicit: *Inebriati sunt bibentes venum spiritu-
ritualis vitus illius, quā dicit: Ego sum vita, vos
palmitos.* Porro sponsam in sacris Canticis Ec-
clesiam præfigurare certissimum est; haec autem dicit: *Introduxit me Rex in cellam vinariam,
ordinavit in me charitatem.* Centum quoque & virginis illi viri, qui in coenaculo Sionitico congregati erant, Ecclesiam repræsentabant: *Ego autem* (inquit per os Davidis Christus Do-
minus noster) *constitutus sum Rex ab eo super
Sion montem sanctum ejus.* Hic igitur Rex Ec-
clesiam sponsam suam in hujus cœlestis vini pe-
nituarium gratiosè introduxit: *An non tibi vide-
tur cella fuisse vinaria illa domus, in qua erant
disci-*

Tom. 12.

Tr. 11.

Cath. 17.

Cant. 2. 4.

Ps. 2. 6.

Serm. 49.

in Cante-

narium

gratiosè

introduxit:

An non tibi vide-

tur cella fuisse

vinaria illa domus, in qua erant

disci-

discipuli pariter congregati, cum factus est repente de caelo sonus tanquam adveniens spiritus vehementis. Et replevis totam terram ubi erant sedentes; ubi repleti spiritu sancto discipuli, multo ebrii à populo putarentur? At dominum applicationem prosequens dicit: Tunc tanquam amicus sponsi pro sponsa stans Petrus in medio eorum dixit: Non, sicut vobis estimatis, hi ebrii sunt. Attende quod non omnino ebrios; sed ebrios, sicut ab illis estimati sunt, denegavit: erant enim ebrii spiritu sancto, sed non multo.

Tom. 7.
serm. de
7. donis
spiritus S.
A&B. 3. c. 4.

S. Bernardinus verba illa Psalmi: Visita isti terram, & inebriasti eam, de hac ebrietate spirituali explicavit; per hanc etenim terram Apostolos intelligit, quia tunc nobiscum demorabantur in terris: Visita nos O mens ex alto. & inebriasti eam, id est, intus spiritu sancto multiplicasti locupletare eam charismatibus atque donis, ita quod flumen Dei, id est, Apostoli, repletum est aquis, id est, spiritus sancti donis. S. Ambrosius lib. de Elia & jejuno, benè considerat factum illud, quod in Exodo nobis describatur, quando Moyses post rigorosum quadraginta dierum jejunium, data sibi à Deo supra montem legis tabulas, eidem populo vix promulgatas, ad ejusdem quoque montis radices fructum comminuit: Indignum judicans, ut ebrio populo lex daretur; itaque tabula legis, quas accepit ab finientia, rumpi facit ebrietatem. Enimvero Apostolis datus hodiernus die spiritus sanctus, ut mundo novam promulgarent legem Evangelicā, illosque proinde ebrios esse voluit, sed ex hoc vino hodie de caelo delapsi. Atque hinc est quod nemini mirum videri debebat, quod vinum ab Hebraeorum synagoga propinatum, idololatrie & factilegē adorari fecerit vitulum; econtra vero per hoc vinum id effecerit, quod quovis in loco in terram dejicerentur passim falsa idolorum simulachra.

Serm. 3. de
Pent.
2. Ebrii sunt. S. Bernardus dicit: Hoc vinum vera illa vita fuderat de excelso, vinum letificans cor hominis, non statum mentis evertens. Id quod Ambrosius confirmat dicens: Ebrietas illa magis sobrium facit. Advertendum est autem, quod secundum discursum humanum hujus contrarium potius verius esse videbatur, quia animalis homo non percipit ea qua sunt spiritus Dei. Adhac Poëta ille quondam cecinit, quod ebrietas In pralia trudit inermes, Id quod

etiam spiritu sancto ebrii accidere solet. Apostoli etenim, & tot ali ioc solo spiritu armati inter medios compedes, enses, carafas, equuleos, feras, igneaisque fornaces ultrò circue lete conjiciebat. Unde S. Augustinus ait: Panis & cruciatis roborantur, calefacti & accensi de temp. mero Dominica charitatis exclamant: Non sunt condigna hujus temporis passiones ad futuram gloriam; dilectionis magnitudinem sanguinis effusione testantur. Clemens Alexandrinus ebrietatem appellare solebat compassione dignum mentis ac discursus naufragium. Scriptor quidam modernus de quibusdam ebriis in una domo pariter congregatis narrat, quod iidem se in medio mari inter procellosas qualdam tempestates constitutos, navigiumque sarcinis nimium onussum exonerandum esse arbitrantes omnem substantiam suam & supellectilem domesticam per fenestras in publicas plateas ejecerint: eosdem prorsus effectus vinum illud ecclaste in multis operari videtur; siquidem omnes quas habebant facultates & bona sua inter pauperes erogabant, & iuuendum pretium ad pedes deterentes Apostolorum. Unde S. Augustinus ait: Hoc spirituali mero calebant Martyres, quando abiectientes & post se jacantes omnia &culi blandimenta ibant ad passiones, obliviscentes facultates, & affectiones, patrimonia & matrimonia sua. Eusebius Emblemenus, vel quis. Hom. de quis alias author est, id quod in multis, qui spiritu Pent. ritui quem receperunt, perfectè cooperantur & correspondent, accidere solet, considerans, de uno ex hisce spirituali ebrietate astante ita scribit: Affluenti offenditur, inediā pascitur, jejunis delectatur, corde humiliatur, habitu mutatur, affectorem prodigum despiciens, & spem avidus sequens dimittit quod possessione tenet. & quarit cogitatione quod non videt, animam caelo inserens; quod amat, odit; studet velle quod noluit. Quando hic spiritus animam quandam possidere incipit, admirabiles protinus in ea metamorphoses causat: Annuntiante inter gentes opera ejus, Aquila vertit: Mutationes ejus. Quam translationem sequens Theophylactus dicit: Revera mutatione fuit rerum omnium maxima, qui quondam inimici erant, amici facti sunt; longinqui, proximi, servi, filii; qui in ignorantia erant, in cognitione sunt; qui in tenebris, in luce; in spe vita, qui

Pf. 9. 181

2.2. q. III.
a. 1. a 1.
ad 2.

morts ieraut. S. Thomas de Aquino in ea est opinione, quod quando David coram Achis stulum se fuxit, id ipsum ex peculiari fecerit spiritus sancti instinctu. *Immutavit vultum suum* S. Hieronymus vertit: *Osiuum.* Aquila legit; *Gustum suum.* Symmachus, *Mores suos.* Chaldeus: *Cogitationem suam.* Hebreus. *Con filium & rationem suam immutavit;* qui omnes sunt effectus, quos in nobis divinus hic operatur Spiritus, quando vere animam quandam ingreditur, eamque Deo prouersus deditam esse facit. Eorum qui ad ebrietatem usq[ue] biberunt, proprium est multa, que vix verisimilia esse videntur, fidesque humana difficulter admittere potest, effluiere: arque ideo nil mirum, si de Apostolis quoque dixerint: *Quia multo pleni sunt isti;* siquidem Spiritus sanctus non tollit effectus superhumanos atque admirabiles operas: fuerat, verum etiam Apostolorum, discipulorum, omniumque aliorum fidelium linguis ad mystica omniem humanam intelligentiam trancendentia annuntianda laxaratur. Solet ventus communiter aque secutore prodromus seu etiam bajulus esse; hic vero spiritus dum instar vehementis cuiusdam venti in cœnaculo prorumpit: *Tanquam advenientis spiritus vehementis;* inde secum subinfert: *Tanquam ignis.* Ignis quoque proprietas est, sursum ad sphæram suam ascendere, hic autem deorsum delapsus in terram descendit. Ignis urit & comburit; haec autem flamma nec quicquam ostendit, quin potius benefica est omnibus, omnesque restaurat & fovet. *In abstemperies.* Lingua facies centri loco habet, haec autem lingua super Apostolorum vertice conqueverunt. Solent etiam pescatores inter idiotas rudissimi maximèque ignari esse, adeo ut vix verba formare sciant: & tamen tide hodie in unico momento eloquentissimi sunt oratores, apti q[uod]i celeberrimos totius mundi Philosophos confundere & convincere valeant. Unde S. Bernardus ait: *Sobria illa ebrietas vero non mero ingurgitans; non madens vino, sed ardens Deo.* Cui omnino concordat quod fan-
zin Ps. 118. Ambrosius scribit: *Bona ebrietas spiritua-*

lis, qua turbare nescit corporis incossum, levare mentis novit vestigium, qua maiestatiam peccati aboleat conscientia, jucunditatem vita infundit aeterna.

3. *Ebrii sunt.* De hac sancta ebrietate vere dici potuit, eam in illos quoque transufam esse, qui auditam S. Petri predicatione compuncti sunt corde; hi namque cum veritate huic faciendo Spiritu dicere poterant: *Potasti nos vino com. Ps. 59. 5.* punctum. Ablalon Abbas ait: *Transfer te ad Serm. 30.* vinum, quod propinas Engaddi vinea, vinum scilicet lachrymarum & compunctionis; de hoc genimine vita bibit Petrus, cum recordatus est verbi, quod dixerat Iesus; & egressu foras flevit amare; de hoc bibit & ille Publicanus, qui percutiebat peccatum suum dicens: *Deus propitiatus esto mihi maximo peccatori.*

4. *Ebrii sunt.* D. Gregorius super illa verba: *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem;* ita ait: *Quid per cellam vinariam congruentius, quam ipsam arcanam aeternitatis contemplationem accipimus?* Audire qualem spiritum David, aeternitatem meditatus, conceperit; dicit enim: *Annos aeternos in Ps. 76. 6.* mente habui. Sed quid inde lecetum est: *Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabam & scopebam spiritum meum.* Nihil aequum facile alicui ebrietatem conciliat, quam vinarum diversitas; dum nimis nunc bibuntur vina dulcia, mox acida; nunc aspera, mox amabilis; nunc alba, mox rubella, & sic de aliis. Sunt quoque in hac Spiritus sancti cella vinaria varia vinarum genera; vinum felicet dulce beatitudinis bibitur, quando mens & animus noster ad gaudia paradisi elevatur. Est quoque ibidem venumasperum considerationis inferni. Est ibi venum amabile, felicet consideratio misericordia Dei. Est & acidum, scilicet nostra erga beneficium Deum ingratitude, que post se trahit rigorosa supplicia. Per hanc etenim aliasque similes considerationes ebrietatem spiritus nobis facile conciliabimus.

Tract. de
diligendo
Deo.
Serm. 21.
in Ps. 118.

Tractatur

Tractatur de Spiritu sancto sub symbolo aquæ; & per allusio-
nem ad hanc varii considerantur illius effectus

DISCURSUS DECIMVS SEXTVS.

Fons vivus.

Idemmet Spiritus, qui in specie ignis lu-
per Apostolos descendit, quique, ut Dil-
urū immediatè præcedente vidimus,
vnum denominatur, aqua etiam appellata
ur à sancta matre Ecclesia: *Fons vivus.*
Et inerit; siquidem ipsa quoque aeterna
Patri Veritas, à qua procedit, hoc eum nomine
appellat; die enim quadam ex industria hunc in
modum exclamate cœpit: *Si quis sit, veniat
ad me, & bibat; qui credit in me, sicut dicit
Scriptura, flumina de ventre ejus fluunt aqua
viva: hoc autem dixit de Spiritu, quem accep-
turi erant credentes in eum; nondum enim e-
rat Spiritus datus.* Porro Ecclesia hunc Spiritu-
tum nobis primò sub aquæ symbolo, ac cum de-
mum sub specie ignis repræsentavit; siquidem
heri in Milla Introitu legebatur: *Effundam su-
per vos aquam mundam, & mundabitini ab
omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis
spiritum novum.* Per hoc namque aquarum &
luminum gratum nomen, dona, gratiae, aliisque
celestes thefauri, quos è paradiſo ad nos de-
scendens Spiritus sanctus, animabus nostris at-
tulit, nobis describuntur: *Ab hoc die imbrecha-
risatum,* (inquit S. Leo) *flumina benedictio-
num, omne desertum & universam aridam ri-
gaverunt.* Magnam habet aqua proportionem
ad hoc, ut per cœlestium gratiarum abundantiam
summa cum facilitate effundatur & dilatetur:
*Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per
Spiritum sanctum.* Ubi Chrysostomus ait: *Non
dixit: Data; sed Diffusa, laxitatem ostendens;*
ac demum progreditur dicendo: *Cumulatè ac
plena manu bonorum fontem effudit.* Hujus
quoque divini Spiritus effectus sub fontis vivi
similitudine egregie declarantur; sicut enim hic
terram fecundat, herbas, omnesque alias plan-
tas humectando, seque uniuscujusque naturæ &

qualitatì accommodat, efficiendo ut flores,
frondes & fructus producant; ita divina haec a-
qua corda nostra subingrediens per dona & gra-
tias suas efficit, ut variae producantur virtutes,
merita, sancta que operationes. Unde Euthy-
nius ait: *Sicut aqua de cœlo descendens nutrit
ac vivificat; cùmque sit unus species, vario
modo operatur, dealbatis in lilio, denigrans in
narciso, rubricans in rosa, purpurans in vio-
la, dulcorans in fiscu, amaricans in absynthio:* ita
divinus quoque Spiritus de cœlo descendens,
nutrit ac vivificat animum, cùmque unus sit,
variae operationibus gratiam dividit ac vir-
tutem. Item sicut aqua non producit eundem co-
lorem, saporem & odorem in floribus & fructi-
bus; ita quoque hic Spiritus, tametsi in omni-
bus idem prorsus sit ac unus, eisdem tamen mi-
nimè operatur effectus. S. Bernardinus Senensis
spiritu præditus erat benigno & miti; econtra
vero beatus Joannes Capistranus spiritu age-
batur austero & rigido. Simon Salus stultitiam
publicè proferebat, cùm tamen alii Sancti
magna cum seriositate ac circumspetione vi-
vere soliti fuerint. Unus hic idemque Spir-
itus alios cogit ad martyrium, ad eremos &
solitudinem alios, alios ad castitatem conju-
galem, ad virginitatem vero alios; & sic de sin-
gulis.

2. Fons vivus. Scitis utique quod postquam
populus Israëliticus ab Ægypto egressus usque
in Mara pervenit, ibidemque aquas usuales fal-
fas esse deprehendit, easdem immisso certo
quodam ligno inducerebat: *Inde venerunt in Exod. 15.
Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, &
septuaginta palme, & castrametari sunt jux-
ta aquas.* Porro aqua haec amara, quam in
prima mansione sua competerunt, legem figu-
rat Mosaicam, de qua S. Petrus ait: *Inugum quod
X 3 neque*

Serm. 1. de
Pent.

Hom. 2. ad
pop.

neque vos, neque patres nostri portare potueris; quæ tamen Christi ligno, id est, Cruce mediante suavis evasit; hac nimurum legie in Evangelicam gratia legem transmutat: Iugum meum suave est, & onus meum leve. Per duodecim dulcium aquarum scaturientes sive fontes, duodecim figurantur Apostoli, qui salutarem hanc aquam per universum mundum diviserunt. Per septuaginta denique palmas intelligi possunt Discipuli; at verò omnis hæc distributio opus fuit Spiritus sancti, qui Ferebas super aquas; hic etenim omnibus legis gratiae operationibus virtutem impertebatur & efficaciam: *Castrametatis sunt juxta aquas, id est, juxta virtutes, dona, omnesque alias cœlestes divitias ab hoc sanctissimo Spiritu diffusas: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris; fons ille alius non est quam Spiritus sanctus, qui dicitur Fons vivus.* He aquæ prius amaræ erant, quia in antiqua lege *Accepérunt spiritum servitutis in timore;* at verò in lege gratiae *Accepérunt spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater,*

I/6.12.3.

Rom. 8.15.

Cant. 4.15

Serm. 17.

in Ps. 148.

v. 8.

Reg. 18.

3. Fons hortorum; ut habetur in sacris Canticis: Puteus aquarum viventium, quasi fluit impetu de Libano. Ubi S. Ambrosius ait: *Descedit impetus à Libano, quando collectis in unum Apostolis, & pluribus credentibus factus est repente de celo sonus, tanquam vi magnâ spiritus ferretur.* In Regum libris de Elia scribitur, quod postquam sanctissimus hic Carmelijneola & Monachorum Protho-patriarcha in veri Dei testificationem varia operatus fuisset prodigiola miracula, tandem ut populum Israelis idolatriæ vehementer dedicatum à Baalitico cultu pro viribus diventeret, ccelum quasi repagulis obstruxerit, ut non plueret super terram; tandem verò ut eundem populum de erroribus suis convinceret, concordibus votis in hac pacta congressi sunt, ut videlicet duo assumerentur boves: unus quidem ex parte Pseudoprophetarum; ex parte autem Eliae alter; hiisque boves in partes dispergerentur, ac tandem congregatis super utrumque bovem lignis, caveretur ne ullus in altari utrumque accenderetur ignis, quin potius ille cœlitus vel ab Israelis Deo vivo & vero, vel à Pseudoprophetarum idolo Baalim expectaretur; hunc enim in finem hi invocare jubebantur Baal, Elias verò Deum suum invocare sa-

tagebat; denique per utriusque partis compromissum ita inter ipsos convenerat, ut is pro Deo vivo & vero ab utraque parte agnoscetur, qui invocatus ignem in alterutius partis bovem cœlitus demitteret. Verum negotium istud Prophætis non ita feliciter ad intentum & votum ipsorum successit, sicut evenit Eliae, qui attemptis duodecim lapidibus, altare quoddam erexit, per cuius circuitum aqueductum fieri curavit, in quo superpositum bovem, necnon ligna bene multa congesta, tribus vicibus ingenti aquarum imbre irrigavit, adeo ut aqua torrentis instar ab altari in terram defluere, & aqueductum inundareret; factaque hac oratione: *Exaudi me Domine, exaudi me, ut discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, Cecidisti ignem Domini, & voravit holocaustum & ligna.* Moxque universus populus uno oce & corse confessus est: *Dominus ipse est Deus;* omnesque Pseudoprophetæ ab Elia internectioni traditi sunt. Ut hanc historiam proposito nostro applicemus, revocanda sunt vobis in memoriam ea, quæ hactenus audivimus à Salvatore nostro patrata miracula, in facta in deserto panum piliciumque multiplicatione, in cæcis, surdis, mutis, paraliticis, moribundis, aliisque similibus miraculose sanatis, variisque defunctis resuscitatibus; & tametsi haec manifestissima fuerint divinitatis Christi testimonia, attamen eo tempore non nisi à paucis admodum verus esse Deus agnoscerebatur, quin potius per universum mundum Baal adorabatur, immo Christus ab impiis Judæis in Crucis ligno miterè dilaniatus fuit, non obstante quod latro & centurio ipsum Dei Filium esse conterentur. Deinde luminosus instar Solis resurrexit à mortuis, & veluti aquila quadam ad cœlos ascendit; & tamen idolatriæ inde nec quicquam commota aut obliterata fuit: at verò quando flumina de ventre ejus fluxerunt aqua viva, quando super duodecim illas petras, id est, Apostolos, ignis ille divinus à cœlo empyreo descendit, tunc nulta etiam contumacissimorum hominum millia conversa fuerunt, qui omnes orationibus intenti & simul congregati, viso ignis illius delapsu una voce confessi sunt: *Dominus ipse est Deus;* ac tum demum dissipatus est omnis idolatriæ cultus, atque in veri Dei adorationem religiosam est commutatus. *Nunquid ingressus est has au-* lob. 38. 22.
ros nivis? aut thesauros grandinis aspergisti,

Iff. 9.19. que preparavit in tempus hostis, in diem pugnae & bellorum, inquit verum illud patientia speculum dorum. Verum quenam est haec mix, quam ista glacies, quam Deus ad inimicorum suorum dissipationem preparatam conservat? Hi thetauri ad instar nivis per calorem supervenientem resoluti fuerunt Apostoli, qui prae timore gelidi obrigerant, quando in coenaculo reclusi habebant propter metum Iudeorum; timidi erant quando Auster ille celestis nives halce refolvens eosdem aspiravit, tunc ad instar copiosissimi torrentis universam ad aquarunt terram: *Flo- minis impetus iustificat civitatem Dei;* quia cunctas provincias Deo tributarias reddidit, omniaque regna legi Christi subiecta, universaque infernalis inimici tyranndem profugavit. *Quis dedit,* inquit Job eodem in loco, *vehementissimo imbris cursum,* & viam sonantis tonitrui, ut plueret super terram absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur? Hanc divinam pluviam, quae deserta germinare fecit plantas paradisi, quando deserta Aegypti refertissima esse fecit tot servis Dei sanctitate celebrantis, hanc, inquam, pluviam hodie operatus est Christus: *Cum venerit quasi fluvius violentus, quem Spiritus Domini coegerit;* ita vaticinando loquutus Ieray Propheta. Ubi S. Hieronymus ita scribit: *Si scire volumus quomodo Spiritus sanctus fluvius violentus sit,* Acta Apostolorum relegamus, ubi factus est subito de caelo sonus quasi spiritus vehementis. Hoc flumen ab hoc vento vehementissimo cum impetu agitata, secum traxere integras nationes, civitates, populos, hunc enim in modum hic Spiritus sanctiorrens ad veri Dei & Evangelii fidem & agnitionem attrahere debebat universa mundi regna, provincias & nationes. Theodosio legit: *Quasi fluvius oppugnans;* Vatablus vero vertit: *Spiritus Domini vexillum excitabit contra eos.* Quando enim ingens flumen istud super terrae faciem dilatatum fuit, tunc omnes sub cruento Crucis vexillo in militiam Christi fuere conscripti, profligatiique sunt omnes ejus inimici.

Lib. 1. de Spiritu S. &c. 20. 4. *Fons vivus.* Aqua propria est omnes eluere maculas; id quod spiritualiter in animabus nostris operatus est Spiritus sanctus. De quo S. Ambrosius ait: *Discant Spiritum sanctum non solum aquam, sed etiam flumen di-*

ctum. Isaias quoque predixit: *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio ejus in spiritu ardoris.* Ecce tibi hic ad vivum descriptum Spiritum sanctum, qui tanquam aqua lavat, & velut ignis purificat. In Hebreo legitur: *in spiritu combustionis.*

5. *Fons vivus.* Aquæ sitis extinguitur. Quisquis enim sitibundus est, ad unam hujus aquæ vivæ featuriginem labia sua admoveat. Spiritus enim sanctus per dulcissimas gratiarum suarum aquas illam cuiuslibet nostriū innatam inextinguibilem terrenorum bonorum sum perfecit, & extinguit. Unde Salvator ad Samaritanam *Iohann. 4. 13.* sicut: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sicut in aeternum; sed aqua quam ego dabo ei, sicut in eo sons aquæ salientis in vitam aeternam.*

6. *Fons vivus.* Viatores in ardentiissimo Solis astu juxta fontem qui aquas featurit frigidas & limpidas, reficiuntur, restaurantur, confortantur. Insimus quoque, qui febris ardoribus depascitur, majus refocillamentum non habet, quam si ei haustus aquæ frigiditulæ libandus portrigatur. Quamdiu velut viatores ad caelestem peregrinando tendimus patriam, adversus concupiscentiae ardores animam nostram deparentes aliud non habemus efficacius refrigerium, quam Spiritum sanctum, qui dicitur *in aetate temperies.* Quod in horto quadam amoenissimo, herbis & floribus confortissimo, a stavo tempore tons est, hoc in animabus nostris est Fons vivus Spiritus sancti; sine illo enim animæ nostræ nec flores nec fructus aliquos bonorum operum, immo ne quidem salutarium desideriorum germinare possent. Samson gloriosam quidem aduersus Philisthaeos reportavit victoriam, at tamen ardentiissimâ quadam siti astuans lamentabatur dicens: *En stimorior;* mox vero ut arqua divinitus scaturirecepit, *Respicitavit spiritum & vires recipit.* Septuaginta legunt: *Revertit spiritus ejus, & revixit.* Nos quoque nisi divinus hic nobis assisteret Spiritus, sine ullo proflus remedii solatio infernalis inimicis nostris nobis preparatas infidias & dolos incurseremus.

7. *Fons vivus, ignis, charitas.* Sancta mater Ecclesia in hisce verbis post aquam, ignem quoque protinus adjungit. Qua de te Chrysostomus ita scribit: *Spiritus sancti gratiam nunc signem.*

ignem nunc aquam Scriptura appellat, ut nobis non substantia, sed operationis has intelligentias esse demonstret: ita Spiritum ignem appellat, ut excitamentum & fervor rem gratiae, & peccatorum absumptionem significet, aquam autem ut ablutionem & refrigerium, quibus ipsum accipientes animi fruuntur. Et quidem quod præstat refrigerium, tale est, ut etiam inde cor in medio planeta exsiliat præ gaudio; unde dicitur: *In fletu solatium.* Et ideo S. Ephrem huic Deo dicere solebat: *Contine Domine unius gratia tuae.* Et Xaverius: *Satis est Domine, satis est.* Sanctus quoque Philippus Neri ob nimiam qua cor ejus superabundabat, Spiritus sancti suavitatem & dulcedinem inter suspiria deficiebat.

8. *Fons vivus.* Quantò magis aqua in mentibus subterraneis restringitur & coërcetur, tanto magis accumulatur & crecit, atque cœlum versus magis erigitur; quantò plus descendit, tanto quoque ascendit altius. Eodem modo quanto magis hæc divina aqua constringitur & coërcetur, quanto quis magis solitariè ab omnibus terrenis abstractus vivit, tanto amplius in spiritu proficit, tantoque majorem meretur gratiarum abundantiam, maximè si in humilitate & demissione animi se contineat. Unde Cæfarinus A-

relatenus ait: *Sicut de fonte terreno & corpore Hom. 34. raliflui non potest quis bibere, si se noluerit inclinare, ita & de vivo fonte Christi, & Spiritus sancti fluvio nemo aquam vivam haurire poterit, nisi se humiliiter inclinare voluerit; propter illud quod scriptum est: Deus superbis resistit, humiliis autem dat gratiam,*

9. *Fons vivus.* Aliud quoque valde considerabile bonum ab aquis recipimus, dum illis mediantibus ab uno polo mundi ad alium navigamus, omne que provincia & regna, quantumvis inter se distantia, & quoad clima, mores, & religionem diversa, inter se communicant, cumque in genti Republica humanæ beneficio communes merces suas faciunt. Parte quoque ratione aquæ Spiritus sancti nos ab hac terra ad cœlum trahicere posse faciunt. Unde gloriosabatur Apostolus: *Conversatio nostra in cœlis est, licet etiamnum hic in terris commorarerit.* Unde Chrysostomus ait: *Quem Ecclesia Christiana, immo Pent. cœlum hodie suscipit, fæda est res ipsa cœlum, & cœlestes homines efficit, qui cœlestem Spiritum intraferant.*



Verborum

Verborum illorum Apostoli ad Ephesios : NOLITE CONTRISTA-
RE SPIRITUM SANCTUM , variæ adducuntur interpretatio-
nes, in quibus monemur, ne Spiritum sanctum
contristemus.

DISCURSUS DECIMVS SEPTIMVS.

*Nolite contristare Spiritum sanctum.**Ad Ephes. 4. v. 30.*

Apostolus ad Galatas scribiens , & fructus Spiritus sancti sigillatim enumeraens , secundum locum gaudio assignat dicens : *Fructus autem Spiritus charitas, gaudium.* Similiter in Sequentia seu Prosa hodierna de ipso legimus : *In fletu solitudo. Habet iste Spiritus (inquit Absalon Abbas) opera sua, qua sunt gaudere latitudo spirituali.* Porro certum est quod cum Spiritus sanctus sit tertia sanctissime illius Triados Persona, omnes quoque paradisi Beatos suâ fruitione lætiticet ; ideoque nonnulli potest esse passionis, & multò minus melancholias alicui aut tristitia subjectus, ac proinde quomodo monere nos S. Paulus potest dicendo : *Nolite contristare Spiritum sanctum.* Solemnis sacra Scriptura mos est in rebus doctrinaliter tradendis phrases aliquas capacitatibus & intelligentie nostra adaptatas adhibere. Sic in Isaia scribitur : *Angeli pacis amare flebunt ; cum tamen omnis planetus & luctus proflus sint incapaces.* Apostolus igitur, nisi fallar, denotare vult tristitiam, quam habiturus esset Spiritus sanctus, si illius capax existeret, dum nos ei minimè correspondemus, quin potius sanctas ejus inspirationes negligendo contemnitus.

Serm. 37. *Nolite contristare, id est, ut S. Thomas inquit, eum fugare, vele expellere per peccatum.* Spiritus iste odit fordes, ait S. Bernardus in hoc sermone prædicans, nec habitare potest in corpore subditu peccatis; cui enim proprium est peccata

Cap. 33. 7. *Manu Sanctorum Tom. II.*

repellere , ipsi & proprium est peccata odire. Verbum aternum , a quo procedit Spiritus sanctus, in terram descendebat, ut implacabile bellum peccato indicaret ; idemque acuratissime præstabilit : quia Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum; ut peccatus mortui, iustitia vivamus. Vix quoque resurire exerat, cum ecce primâ vice, qua Spiritum sanctum suis Apostolis est impertitus, id eo solum sine fecit, ut peccatum extingueret & aboleret : *Insufflavit in eos dicens: Accipite Spiritum sanctum ; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Quanta illa futura esset injuria , si magnum quendam Principem in domis nostris hospitio habentes, à quo magnis essebimus beneficiis cumulati , eum nihilominus à nobis ejiceremus, ut tantò major nobis facilius esset vilissimum quoddam mancipium inimicum suum recipiendi. Spiritus sanctus in Prosa ecclesiastica hujus festi *Dulcis hospes anima appellatur* ; & hunc à nobis propulsumus, ut diabolo inimico ejus aditum dare valeamus ! Quot sunt qui hodierna die Spiritum sanctum in confessione, communione, aliisque devotionibus suis receperunt, & tamen illum haecadem pro una voluptate sensuali , aut pro vilii lucro, vel pro alia quadam indigna satisfactione turpiter è corde suo ejiciunt ! Quando Noë columbam extra arcam suam foras emisserat, reversa est ad arcam, eo quod non invenisset locum, ubi Gen. 9. 9. requiesceret pes ejus ; atque ideo reversa est ad eum in arcam ; liquidem omnia præluto sordida erant. Ita quoque metuendum est, ne mystica illa columba Spiritus sancti , quæ pro nostra salute

Serm. in
Vig. Pent.

salute ad nos de cœlo descendit, absque ulla in nobis sumptuose quiete, cordis denuo repeatat, eo quod nos omni vitio confupcatus esse inventat. Quia de re S. Vincentius ita scribit: *Noe, id est Deus, de arce, de cœlo mitet columbam spiritum sanctum, venit ad palatium dominorum temporalium,* & invenit eos plenos de iniquitate, rapina: non inveniens ubi requiesceret pes ejus, venit ad mercatores, hōque progeditur exemplificando per omnes personarum statut, ac tandem concludit, quod in nomine ferē aditum inveniat, ita id causantibus eorum peccatis, & affectu quo in peccata ferantur; ideoque sine ullo post se fructu religio in cœlum denuo revertitur.

2. *Nolite contristare Spiritum, nimisrum ejus respondo subidia & gravis auxilia, quæ nobis in tanta cōpia pro salute nostra ministrat.* Sanctus Ambrosius hac de re ita scribit: *Gaudet Spiritus sanctus salutis nostra, non sibi qui non indiget letitiam: ita è contrario si obedientes ei non fuerimus, contristatur, quia non habet profectum in nobis; non tamen sic contristatur ut patiatur, quippe cum impossibilis sit: sed cum eum contristatum dicit, nostrī causā hoc significat, quod deserimus eum contemnendo monita ejus: contristatio itaque ejus indignitas nostra est.* Id quod Concilium Tridentinum hinc verbis magis declarat, dum ait: *Deus suā gratiā semel justificatos non derit, nisi ab eis prius deseratur.* Ea autem est nostra infolentia, ut non solū nullum Spiritui sancti indulgēamus ingressum; sed & quando hunc ei permittimus, ipsum à nobis per peccatum turpiter ejiciamus. B. Laurentius Justinianus ait: *Neminem prorsus nisi se contemnentem relinquit, nullumque quantum in se est, gratia sua cupit esse exortem.* Verūm ingens hoc malum nostrum est, quod diligimus magis tenebras quam lucem. Nulla dari potest major sollicitudo, quām qua Spiritus sanctus salutem nostram curat, atque ideo altera ex parte tantò erit damnabilior nostra negligētia. Unde S. Augustinus ait: *Quanta est auctori cura pro instauratione factura sua! Ecce iterum insimos per seipsum Majestas divina visitare di-*

gnatur. Eo tempore, quo Deus Spiritus sanctus ad contumaces & rebelleres Hebreorum animas salvandas tanta cum admiratione ab empyreo cœlo decendit, ipū non solum Apollolos, sed & ipsi umquam Deum derident & subiannant, spiritum sanctum insultum esse existimantes: Alij autem irridentes dicebant: *Quia multo pleni Ioā. Formi sunt isti. O & itatem! o ingratitudinem! eos in Acta, aeris dñe qui tanta bona afferunt: ex unius cordium medallis opererbas gratias persolvere dignas tantis bonis; sed ecce illi derisi sunt: annon etiam hoc fieri videmus jam in hoc perverso mundo?* Quot sunt qui spiritualiter viventes ridentur & ludiantur, digito monstrati & vulgi fabula facit: *I Vos Spiritus sancto resistitis,* ita exorobrabat illis S. Stephanus, *cum esset plenus spiritu sancto.* Ubi Diocylus Cathulianus ait: *Resistitis, ejus infinitum nō prosequendo, & verbi sanctorum contradicendo.* Vel etiam juxta Hugonis Cardinalis interpretationem: *Quia nunquam penitentiam egistis.*

14. *Nolite contristare Spiritum sanctum.*

S. Bonaventura in Serm. 1 de hodierno tercio id exponit dicens: *Nolite eum per mala opera fureare; quia qua participatio iustitia cum iniquitate aut qua societas luci ad tenebras? qui consenserit templo Dei cum idolis?* Ablalon Abbas de Spiritu sancto ita scribit: *Habet iste Spiritus opera sua, quæ sunt fervere spiritu, devo-torare, vigilanter insistere lectio[ni], & sancta meditatione rimari coelestia, & alia hujusmodi, quibus in tantum dulcoratur anima, ut vis-lescat ei mundus cum delectationibus suis.* Enimvero in quoconque homine opera mihi hujus invenerit, audacter de eo dicite, quod furgatus ab eo sit Spiritus sanctus: numerate quo se septem dona Spiritus sancti, & insuper omnes ab eo dimanantes fructus ab Apostolo ad Galatas enumeratos, quorunq[ue] sunt omnino duodecim; & in quoconque contraria hinc virtutibus opera comprehendenteris, cum omni veritate & rotundo ore dicere volatis de eo licebit, ab eo in fugam actum esse Spiritum sanctum.

5. *Nolite contristare Spiritum sanctum, usurpando licentiam loquendi obsecra, maledica, aut similia:* *Omnis sermo malus ab ore vestro non procedat, se si quia bonum ad edificationem fidei, ut de gratiam audientibus;* & paulo post subdit: *Nolite contristare Spiritum sanctum.*

Serm. 6. c. 11.

Serm. de
Pentec.

Serm. 185.
de temp.

etum. In superioribus Discursibus varia tetigimus mysteria, ob quae linguarum figuram libi vendicare voluerit; præter alia autem hactenus recentita mysteria aliud quoddam est, idemque maxime præcipuum, videlicet quod in lingue figura apparet voluerit, ut linguam nostram co-eretur & refranaret. Legitote S. Jacobum Apóstolum, qui ait: Lingua ignis est, universitas iniquitatis.

Iac. 3,6. Lingua igitur figuram aliquipfit Spiritus sanctus, qui est universitas sanctitatis, ut huic lingue nostra virtutem infereret, ut se intra modestia & honestatis limites continere posset. Chrysostomus in moralitate hujus textus ita scribit: Os habes spirituale obsignatum spiritu sancto, cogita qua sit oris tui dignitas; cogita qua mensa signatum sit os tuum, qua contingat, qua degustet. Albertus Magnus inter alias rationes, cur Spiritus sanctus in specie linguarum descenderit, hanc quoque assignat, quia Fideles debent os & linguam non solum à malo, sed etiam ab otioso verbo refranare. S. Bonaventura illa verba ponderans: Dabitur enim vobis in

Hom. 14, ad Eph. illa hora quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis; dicit: Quoties ergo utilia & a dicatoria loquimur, Spiritus Patris cœlestis est in nobis; in eis autem qui detractoria & increpatoria, contentiosa & scurrilia, ac carnalia verba loquentur, patris iſernalis spiritus loquitur. E: quidem, ehem! quād circumspecti fumus, ne personam aliquam magnæ authoritatis & estimationis verbo aliquo temerario offendamus! Qua de re S. Petrus Damiani ita loquitur: Perpendant miseri, que illa letitia in vanis sermonibus potest lenocinante obrepere, quibus sciunt se non potenter facili, non etiam quemlibet sanctum hominem, sed ipsum Spiritum sanctum, qui procul dubio Deus est, contristare. S. Basilius lib. 1, de Baptismo ita scribit:

Cum Apostolus tradiderit nobis, quod & hic, qui bonum verbum prolatum non ad salvationem fidei dispensat, contristet Spiritum sanctum; ita debemus etiam attendere, quod sit iudicium ei- jus, qui indignè edit & bibit, id est, Eucharistie Sacramentum.

Serm. 1, de Pentec. 6. Nolite contristare Spiritum sanctum, id est, ipsum peccatum vestrum ad iracundiam pro-

vocando. Dulcissimus quidam in Deo Spiritus est (inquit Bernardus) benignitas Dei. Advertendum est autem, quod sicut ex potenti & ge- neroso viro forte quoddam præparatur acetum, ita quoque si Spiritum sanctum, qui ipissimus Deus est, exasperaverimus, thesaurizamus no- bis iram. Verum quidem est, quod Spiritus san-ctus ab Ecclesia possim appelletur Dator mune- rum, lumen cordium, consolator optimus, dulcis hospi-tes anima, dulce refrigerium; simili tamen temper memoriam nobis recolendum est, quod idem Spiritus sanctus in specie quoque ignis,

qui ardet & urit, & tanquam impetuoso quidam ventus, qui tempestates excitare solet, ad nos de- scenderit. Olim quidem in specie columbae ap- paruit, hodie autem velut ignis quidam descen- dit ad condemnandam eorum obstinationem, qui ei resistunt, sūque bonitate abutuntur. Un- dē Rupertus Abbas ait: Spiritus, qui ut columba visus fuerat, quasi ignis demonstratus est, glor. Trin. quia non per ignorantiam delinquit, sed vo- cus, luntariè peccati subversi, & proprio iudicio Cap. 63, 10 condemnati. In Iaia scribitur: ipsi ad iracun- diam provocaverunt, & conversus est eis in inimicum, & ipse debellavit eos. Quibus verbis de electo Israelitarum populo, tot à liberalissima Dei manu beneficijs cumulato loquitur, qui tamen adeo se poste à erga Deum fete ingratum exhibuit. Unde meritò factus est deinceps omni- bus aliis populis in ludibrium, & velut grex qui- dam mancipiorum per omnes nationes disper- sus circumvagatur. Verum ut ad nos quoque Ca- tholicos propriū accedamus, quis est quiigno- ret, quantum in Gracia olim tum fides, tum san-ctitas, tum denique doctrina floruerit? Et tamen quia eadem Gracia progressu temporis Spiritum sanctum à Patre & Filio simul procedere obsti- natè negavit: Conversus est eis in inimicum, & debellavit eos; siquidem ipsamet Gracia me- tropolis uis Constantinopolitana præ- sé tertio die Pentecostes Turcis in prædam turpiter cessit,

Ostenditur quo modo Spiritus sanctus dexteræ Dei dicitur nominetur.

DISCURSUS DECIMVS OCTAVVS.

Dexteræ Dei tu digitus.

PRIMÆ facie haud immerito non iemini videri posset, quod lauta Dei Ecclesia per hoc Spiritui sancto ab ipsa attributum epithetum, quo illum appellat. Dexteræ Dei digitum, aquilatati Spiritus sancti cum Patre & Filio multum præjudicet; siquidem nulla est inter brachium & manum ex una, & digitum ex altera partibus proportio: attamen in præfenti Discursu v. debimus hunc titulum ob multa mysteria eidem apertissime convenire. Tametsi enim dexteræ divinæ digitus est, eadem tamen cum Patre & Filio participat aequaliter: Patris & Filii, & Spiritus sancti una est divinitas, aquilis gloria, & cœterna maiestas, dicitur in Symbole Athanasiano. Brachium & manus sunt ejusdem substantiae cum reliquo corpore; at verò quid brachium, quid manus proderit, si digitorum ex pers fuerint? Merito autem digitus appellatur: quia si per brachium Patrem, per manum verò Filium intelligamus, Spiritus sanctus utique ab utroque procedit, sicut & digitus à brachio & manu. Scendum vero est quod ipsius Spiritus sanctus se quondam per os & calatum factorum Chronistarum hoc eodem titulo & nomenaverit, dum Salvator noster ait: *Si in digito Dei ejicio demonia.* Unde S. Augustinus scribit: *Nonne digitus Dei Spiritus sanctus intelligitur à lege Evangelium, & vide; quia ubi dicit unus Evangelista, dicente Domino: Si ego in Spiritu Dei ejicio demonia; alius dicit: Si in digito Dei,* Hugo cardinalis ait: *Idem appellatur digitus & Spiritus; manus Filius, digitus Spiritus sanctus, à quo diversa dona, quasi iunctura; & scilicet manus & digitus à brachio, ita Filius & Spiritus sanctus à Patre.* Rupertus Abbas in ligno monach. *Filiij.* Rupertus Abbas in ligno monach. *Filiij.*

tus fendi soli tertiaz Triados Personæ ita approprieatur, ut hoc nomen illi solitariè proprium existat, cum tamen & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus spiritus sit, & omnes quoque sint lantici; ac tandem dubium hoc relolvit dicendo: *Nimirum qua tota Persona hujus operatio nō aliud, nisi sanctificatio est.* S. Bernardus autem aliam hujus questionis adserit resolutionem, dicens: *Serm. 3. de Filiis spiritus, Pater spiritus, Spiritus sanctus Pent.* *Spiritus est; Spiritus tamen sanctus, quasi sp̄ecialiter spiritus dicitur, quod ab utroque procedat firmissimum & inassolubile vinculum Trinitatis; tanquam propriæ sanctæ, quod sit dominum Patrum & Filii, omnem sanctificans crearam.* S. Leo paritatem hanc, quæ inter has omnes divinas personas intercedit, hilice verbis de praedicat: *Cum ad intelligendam dignitatem Spiritus sancti mentis aurem intendimus, nihil diversum ab excellentia Patris & Filii cogitemus; quia in nullo ab unitate sua discrepat divinitatis essentia.* *Serm. 1. de Pent.*

2. *Dexteræ Dei tu digitus.* Digitus viam, vel alia quevis, quæ prolequi aut declinare desideramus, indicat, monstrat & docet: *Ductores sic te prævio vitemus orbe noxiom; canit Ecclesia de Spiritu sancto.* Unde Albertus Magnus dicit: *Viam certè demonstrat Spiritus sanctus; unde ipse dexter digitus appellatur Deus.* *ipse enim est index, indicat & demonstrat nobis viam salutis, sanctus Propheta David in hac ærumpnola huji vita via, omnem spem & fiduciam suam in hoc duce collocatam habebat: Spiritus tunc bonus deducet me in terram rectam.* In Iaia quoque scribitur: *Spiritus Domini ductor ejus fuit.* Unde meritò S. Petrus Damianus hilice verbis nos exhortatur: *Quarat assidue anima nostra Spir. S. hunc Spiritum, quo vegetante vivat, quo illuminante videat, quo docente sapiat, quo ducere inoffenso*

Luc. II. 2.

De verb.

Apost.

In cap. 3.

Epiſt. 2. ad

Corinth.

Lib. 1. de

glo. &

monach.

Filiij.

Ps. 17. 22.

offenso amoris cursu ad patrem tendat. Et ideo idem David gloriatur dicens : Custodiri viae Domini, nec impidi gessi à Deo meo ; quoniam omnia iudicia ejus in conspectu meo, & ero immaculatus cum eo, & observabo me ab iniestate mea. Hugo Cardinalis ait: Duxit via est Spiritus sanctus ; Spiritus tuus bonus ducet me in terram rectam. S. Bonaventura quoque in hoc digito orationis quoque notavit annolum, cum ait: Cum autem Spiritus sanctus digitus Dei dicatur, annulus hujus digitus donum est Spiritus sancti, quo mens nostra sigillatur.

3. *Dextera Dei tu digitus.* Per Dei dexteram in nonnullis sacrae Scripturæ locis nobis laborabilis quedam & propria Dei altissimi assistentia subindicatur : Salvavit sibi dextera ejus, & brachium sanctum ejus. Atque ideo merito Spiritus sanctus hujus dexteræ digitus esse dicuntur ; hic namque Dei assistentia & patrocino Spiritus sancto mediante fruimur, sicuti mediante digito operam manu participamus. Qui Paracitus diceris, id est, advocatus, defensor, tutor.

de Gloss.

Serm. 138. de temp.

Dam. 13.

20.

z. Cor. 3.3.

Tertullianus Spiritum sanctum ad Apostolos misum esse dicit: Ne illos quodammodo pupillos, quod minimè decebat, relinqueret, & sine advocate & quadam tuore desereret. S. Augustinus Spiritu sancto huic titulum attribuit, ut dicitur *Vicarius Redemptoris*, ut beneficia, quæ Salvator Dominus inchoavit, peculiari Spiritus sancti virtute consummet, & quod illi redemit iste sanctificet; quod ille acquisivit, ipse custodiat. Ehem in quantis angustiis innocens Sulana inter circumstantes manus ad illam lapidandam, lapidibus armatas habentes constituta erat ! At vero suscivit Dominus Spiritum sanctum pueri junioris. Ad manifestandā namque calumniam Deus dispōsuit, ut Spiritus sanctus Danieli viam & methodum inspiraret, per veros illos & libidinosos senes falsitatis convincendi, adeo ut Spiritus sanctus regio hoc pueri mediante factus sit Susanna's advocate.

4. *Dextera Dei tu digitus.* Lex illa verus, quam Deus olim Moysi contulit, ipsomet Dei digito in tabulas lapideas incisa fuit; unde & hodie lex illa amoris hoc eodem digito conscribitur: Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi. Hinc eidem digito unicè debemus universum sacrarum literarum volumen,

ut potè quarum primus & veridicus author est Spiritus sanctus, adeo ut nō atramento, sed Spiritu Dei vivi exarata fuerint. O quām inops & egena esset lācta Dei Ecclesia, nisi hunc thesaurum felicissimè possideret ! In quantis ignorantiae tenebris immersi & sepulti jaceremus, si hac luce, de qua dicitur: O lux beatissima ! destituti essemus ? Paraclitus Spiritus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecunque dixerim vobis. Tom. 5. Præterea S. Ambrosius scribit: Implet igitur epist. 33. ad Spiritus sanctus organum suum, & tanquam Demetria filia chordarum tangit digitus Dei corda sanctorum. Hic etenim Dei dignus sanctorum corda tangens, sanctam quandam & gratiam celo harmoniam resonare facit.

5. *Dextera Dei tu digitus.* S. Augustinus dicit: Ideò dicitur Spiritus sanctus digitus Dei, propter partitionem donorum, qua in eo dantur, unicuique propria sive hominum, sive Angelorum ; in nullus enim membris nostris magis appetat partitio, quām in digitis. Divisiones gratiarum sunt, (scribit Apollonus) idem autem Spiritus ; ali⁹ quidem per Spiritum datur sermo sapientia secundum eundem Spiritum ; alteri fides in eodem Spiritu ; ali⁹ operatio virtutum ; ali⁹ prophetia ; ali⁹ discretio spirituum ; ali⁹ genera linguarum ; ali⁹ interpretatio sermonum : hac omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singula prout vult. Quibus verbis Apostoli Tertullianus hanc Glossam subjungit: Hic est qui Prophetas in Ecclesia constituit, Magistros erudit, linguas dirigit, virtutes & sanitates facit, opera mirabilia gerit, discretiones spiritus porrigit, gubernationes tribuit, consilia suggerit, verè multiplex Spiritus, qui tam multipliciter filii hominum inspiratur. Ac tandem S. Bernardus ait: Vi non sit qui se abscondat à calore ejus ; siquidem conceditur eis Pentecostes ad usum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solitum, ad fervorem.

6. *Dextera Dei tu digitus.* Per digitum Dei pariter intelligitur operatio miraculorum, quæ ad Spiritum sanctum peculiarissimè pertinet, maximè in ordine ad inimicos infernales penitus debellandos: Si in digito Dei efficio damna. Digitus Dei est hic. Fatebantur olim magi Pharaonis, quando ex una parte praefigia & incantationes suas inutiles & delusas esse ; ex altera

verò prodigiosa Moysis miracula aduersus eos prævalere cōspexerunt. Notandum quoque quod vix Spiritus sanctus S. Petro collatus hodie fuerat, quando mox miracula patrare coepit, et quod verisimile idipsum quoque ab aliis spiritu sancto donatis præstatum fuisse. Editis miraculis occurrit & docet Petrus falsa profari perfidos, lohele teste comprobans, canit in hodierno hymno S. Mater Ecclesia.

Pf. 20.9.

Dan 5.5.

Serm 1. de
Pent.

Iob. 10. 9.

7. *Dextera Deitu digitus.* Per hunc quoque Dei digitum, rigidum quod ab inviolabili illius derivatur justitia, intelligi potest suppliū & poena. *Dextera tua inveniat omnes qui te oderunt.* Spiritus etenim sanctus à nobis offensos, nos id impunè fecisse minime permittit. Quando sacrilegus ille Balthasar sacra templi vala prophanavit, tanto cum opprobrio Deo vivo & vero insultando, luis verò idolorum simulachris acclamando: *Apparuerunt dīgitī quās manus hominis scribentis*, qui regni pariter & animæ totalem jacturam eidem intimarunt. Unde Glosa ait: *In qua conscriptione scribens est Deus Pater, manus Filius, dīgitī Spiritus sanctus, & de ipso cantat Ecclesia: Tu septiformis munere, dextera Dei tu dīgitus.* S. Leo illum S. Matthæi textum adducens, quo dicitur: *Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saculo, neque in futuro.* Dicit idipsum de Macedonianis intelligendum esse, qui Spiritum sanctum Patre & Filio inferiore esse autemabant; *Permanens itaque in hac impietate, sine venia est, quia exclusit eum à se, per quem poterat confiteri; nec unquam per venit ad indulgentia remedium, qui patrocinantem sibi non habet advocationem.* Porro hic textus ex mente S. Augustini unus est ex difficultioribus, qui in sacra Scriptura inventur. Et quidem variazè sacris expositoribus huic loco adhibentur interpretationes; ea verò, quæ vel maximè propolito nostro deservi, est sequens, nimirum, quod illi præcipue Spiritum sanctum offendant, qui contra attributa ipsi præceteris specialissimè convenientia peccant; etenim Patri potentia adscribitur, Filio sapientia, Spiritui sancto bonitas attribuitur. Porro qui per humanam fragilitatem peccat, contra potentiam Patris peccare dici potest; qui proindè facile excusare se poterit, si Deo dicat: *Memento quoso quod sicut lutum feceris me. Qui peccat*

per ignorantiā, Filii sapientiam offendit, qui proindè cum Apostolo dicere poterit: *Sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci.* At verò qui peccat per puram & meram malitiam sciens & volens, hic contra bonitatem peccat Spiritus sanctus, atque ideo nec viam mereatur, nec excusationem: *Sciens voluntatem Domini Luc. 12. 47 sui, & non faciens, vaporabit multis.* Enimve-
tò Spiritus sanctus quoad animam hominis locupletandam, donorum & gratiarum fumarum liberalis est distributor; etenim lumen eius infundit ad cognoscendam veritatem, co-dipli continuo sanctas inspirat cogitationes & affectus, multa ei subministrat auxilio suum subidia, & in finum ejus omnes infundit totum paradisi thesauros; atque ideo si posthanc Spiritus sancti munificatiam peccator nihilominus indies magis magisque evadat rebellis & ingratus, & ultrò dæmoni & peccato in prædam se dare velit, tunc ve- è peccat in Spiritum sanctum. S. Thomas circa illa verba: *Non remittetur eis, dicit: Peccatum irremissibile est, non quia impossibile sit quod remittatur; sed quia tanta labes est peccati, quod ex divina justitia sit, quod non paniteat.* Unde tali animæ dici potest: *Sicut lumen ejus, ita & tenebra ejus.* Porro Concilium Tridentinum sell. 14. cap. 28. de satisfactionis necessitate rationem reddit, cur adulto in baptismo condonetur omnis culpa & poena, non verò in Sacramento penitentie, & dicit: *Divina justitiae ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint, aliter verò qui semel à peccati & dæmonis servitute liberati, & accèpto Spiritus sancti dono, scienter templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidaverint.* Guericus Abbas verò in eo Serm. 1. de torus est, ut divinam hanc lucem quantum est ex Pent. parte sua, omnibus communicari demonstret. *Cui enim non offertur? inquit, super quem non fulget lumen illius? quis se abscondit à calore ejus?* Deinde ostendit, quod solem suum oriri facit super bonos & malos. At quid tandem concludit? *Sed ve illis qui sunt rebellis lumini, id est, resistunt Spiritui sancto, nec acquiescent veritati quam intelligunt;* & sicut lutum ex calore Solis, ita ex bonitate & beneficiis Dei duriores efficiuntur.

De

De multiplicitate effectuum , quos operatur Spiritus sanctus : necnon de bonis multis quæ confert.

DISCURSUS DECIMVS NONVS.

Veni dator munerum.

Tom. 5. 1.
serm. 36.

Sanctus Joannes Chrysostomus de hodierna festivitate, id est, de sancta Pentecoste prolixè transiens, scribit : *Multa quidem sacerdotum numero de celo in terram generi humano delapsa sunt bona; qualia vero demissas sunt hodie Jacob. 1. 17. no die, nunquam anteā.* S. Jacobus Apostolus omnia bona Patre luminum descendere dicit : *Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.* Hęc autem dona & bona Spiritui sancto specialiter in acceptis referenda sunt. Quia de re Conc. 2. de S. Thomas de Villa-Nova ita scribit : *Pater alius divitias, delitias, honores & dignitates, excepte sibi sapientiam, eloquentiam, prophetiam, ingenium, aut quavis alia clariora charismata : ego Spiritum ipsum mihi volo & ex opto istorum omnium largitorum.* Et quidem bona , quæ ab hoc paracleti thesaurario recipimus , verè sunt innúmera, ponderemus velim nonnulla in hoc Discursu, juxta quod divini illius Spiritus nobis fugeret instinctus.

2. Dator munerum. *Si non esset Spiritus sanctus.* (inquit Chrysostomus) Dominum Iesum dicere non possemus ; nemo enim potest dicere Dominum Iesum nisi in Spiritu sancto : si non esset Spiritus sanctus , Deum erare fideles non possemus ; dicimus enim : *Pater noster qui es in celo; ut igitur Dominum vocare non possemus , sic neque Patrem Deum vocare possemus.* In confirmationem vero prædictorum q.

lum Apostoli textum adducit : *Quoniam autem est filii , misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem Abba Pater;* adeoque non solum dum operamur , verū etiam dum cogitamus bonum, id totum Spiritui sancto unicè debemus. Unde S. Augustinus illum hisce Lib. medit. 6. 9. verbis invocat, dicens : *Veni sancte Spiritus mandator scelerum, curator vulnerum, fortitudo fragilium, relevator labentium; veni humilium Doctor, superborum destructor;* *veni omnium viventium singulare decus , morientium unica salus.* Chrysostomus quoque quicquid pro salute nostra servientibus, boni habemus , Spiritus sancti donum esse sic probat : *Quid enim quæso eorum, quibus salutis nostra continentur , non per Spiritum dispensatum est nobis ?* Per ipsum à servitute liberamur, in libertatem vocamur, in adoptionem descendimur; ac denuò, ut ita dicam, fingimur grave fætidumq; peccatorum onus deponimus. Et paulò infra immensa, qua Ecclesia ab hoc Spiritu recepit , bona considerare prosequitur, dicens : *Per Spiritum sanctum sacerdotum cernimus choros, Doctorum ordines habemus ; ab hoc fonte manant & revelationum donationes, & gratia sanitatum. & reliqua omnia, quibus Ecclesia Dei condicari solet , in dñe promuntur.* Denique S. Thomas de Villa Nova ei, in quo liberalissimus hic donator adeſt, nihil unquam deesse posse attestatur, dicens : *Vbi Spiritus Dei adeſt, deesse quid potest ? Spiritus operatur omnia in omnibus ; Spiritus scruta-* Seru. 37. de S. Pente.

tatur secreta Dei, loquitur mysteria, docet omnem veritatem; testimonium perhibet spiritui nostro, quod simus filii Dei. Spiritus adjuvat infirmitatem nostram; Spiritus interpellat pro nobis; si in peccato sumus, ipse nos arguit de peccato; & si in servitute, ipse liberat: Quia ubi Spiritus Domini, ibi libertas. Omnis namque gratia, qua à demonis tyrannie liberamur, ipso mediante nobis confertur.

Serm. i. de Pentec. 3. *Dator munerum.* Fidei donum utique est unum ex majoribus donis, quæ à Deo possumus recipere, hanc autem à Spiritu sancto habemus; unde Spiritus sanctus à sancto Leone inspirator fidei appellatur. Verum quidem est, *Ex Corin. xiv. 9.* Videntibus illis elevatus est,

Serm. I. de
Pentec.

Hom. 7. de
Pent.

Ioā. Feru
in Acta.

Serm. 185
de temp.

卷之三

tatur secreta Dei, loquitur mysteria, docet omnia ueritatem: testimonium verhibet spiritui dem, ut quæ Spiritus sancti gratiam in nostris animis accenderit.

4. *Dator munorum.* Inter cætera epitheta
Spiritus sanctus etiam Paracletus titulo decora-
tur: Idè Spiritus sanctus dicitur Paracletus,
(sinquit S. Gregorius) vel advocatus, quia pro In cap. 14.
errore delinquentium apud iustitiam Patris in- Job.

ter venit, juxta illud Apostoli: Postulat pro nobis gemitis inenarrabilibus. Confirmat idipsum Iacobus dum ait: Vides Scrum de

sum B. Laurentius Justitianus, dum ait: *Vias Serm. de quoniam Spiritus sancti adjutorio indiges, ut S. Iacobo. postules quod non noceat, sed quod deceat, quod-*

que expedit : ipse namque Spiritus orantibus
nobis, nostrorum erudit cogitatus, informatatus,
ad nos efficit ut non nihil modice licet, po-

*inflammatus affectus, ut non nisi quod licet, posse
stulemus. Hugo Cardinalis illa verba ponderans: Ipse spiritus reddit testimonium spirui in Ps. 141.*

*nostro quod sumus filii Dei, inquit: Hoc testatur
spiritus sanctus quinque modis. Primo, quan-
do perennitatem dulcis est homini. Secundo, quan-*

do pœnitentia dulcis est homini. Secunum quando homo abominatur & fugit, quicquid credit Deo dispergere. Tertio, quando dolet vehementer.

ter de malis, quæ fiunt ab alijs. Vnde David dicitur: Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitus fiunt verba tua iniuriae. Quartò, quando

*tis sunt verba tua inimici mei. Quarto, quando
dolet de malo, quod infertur bonis, 3. Reg. 19.
Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum;*

altaria tua Domine destruxerunt. Quinto, quando dolet quod non potest plus boni pro Domino facere. Servit quoque nobis Spiritus loco

*minofacere. Servit quoque nobis Spiritus loco
correctoris & pædagogi : Dabit vobis alium
Paraclitum; quæ verba Euthymius interpreta-* Serm. de

tur hoc modo: Alium admonitorem & praeceptorum. S. Petrus Damianus id ipsum per atboris similitudinem praeclarè explicat: sicut enim

amflo in arboris radicibus humore vegetativo
ejusdem quoque frondes, flores, rami, imo &
cetera, sicut exsiccantur. Sic de anima

truncus triple protinus exsiccantur: Sic & anima nostra, nisi spiritus sancti gratia fuerit rore perfusa, funditus arefacta ad nullius sancta o-

per iugum, juxta illam in genito, et in pectus, et in pectora, et in operatione germin potest esse facunda : ille enim lumen mentibus ingerit, desiderium excitat, vivere impunitus, et illustrat, siquidem ut quidemus.

*res infundit; illustrat siquidem ut vidamus,
provocat ut velimus, roborat, ut bona qua ve-
lamus, implere valeamus.*

5. *Dator munerum.* Christus Magister noster de hoc Spiritu nobis firmiter promisit, dicens: *Docebit vos omnem veritatem;* at *Ioā. 16. 13,* tamen ideo denominatur *Spiritus veritatis:*

◎ 112

DISCURSUS XIX.

275

- p. 14.*
- Lib. 9. c. 4. q. 18.* *Quia procedit à Filiō, inquit S. Cyriillus, S. Hieronymus autem hunc titulum Spiritus sancto id est attribui existimat: Quia figuræ & umbras antiquæ legis declarat. Quis unquam Evangelistus aut alius factorum Canonorumque librorum scriptoribus creditur fuisse, nisi ab iis scriptis, ab infallibili Spiritu sancti veritate authenticâ fuisse. Hugo Cardinalis circa illam Davidis petitionem: Spiritum rectum innova in viscerebus meos; ita scribit: Dicitur rectus, quo sit ut anima in veritate quarenda deviare atque errare non possit. S. Vincentius Ferrerius ait: Nulla veritas potest esse nec in corde, nec in ore, nec in opere alicuius personæ, nisi à spiritu sancto. Eius fidei altissima, imperitabilitia, atque incomprehensibilis Christianæ religionis nostra mysteria commissa sunt: Videlicet Deum esse trinum & unum, (inquit S. Thomas de Villa Nova) Dei Filium, hominem pro hominibus factum, Virginem peperisse, eundem crucifixum mortuum resurrexisse, hominem verum in cœlos ascendisse, futuram quoque omnium hominum post cimeres resurrectionem; peccatorum in baptismo ablutionem; Corporū Domini in synaxi assistentiam; hec, inquam, & hujusmodi quæ Catholica fides firmiter complectitur, quis unquam hominum credere potuisset, nisi exteriorius resonante Apostolicâ turbâ, interiorius Spiritus sancti potentie fulciretur. Ecclesia, ut Chrysostomus ait, sustineri non posset, nisi ei Spiritus sancti assistentia adesset: Nisi esset Spiritus sanctus, sermo sapientia & scientia in Ecclesia non esset, Pastores & Doctores non essent, nam ipsi per Spiritum sanctum sunt, sicut & Paulus dicit: In quo vos Spiritus sanctus posuit Pastores & Episcopos. Nisi Spiritus adesset, Ecclesia non consisteret; si vero consistat Ecclesia, dubium non est quin adsit Spiritus sanctus.*
- Serm. 36. de S. Pent.* 9. *Dator munerum.* Præstantissimum quoque Spiritus sancti donum in nobis est, quo operatur, ut lingua nostra ad eo sit refranata, ut non loquatur nisi de Deo, aut sermonem proferat adiutoriorum; sic enim de Apostolis dicitur, quod postquam linguas hasce receperint, loquebantur prout Spiritus sanctus dabit eloqui illis. Antea juxta passiones suas loquebantur: Falsa est contentio inter eos, quis eorum videtur esse maior: duo illi fratres primas in regno Christi sedes ambo in eis sollicitarunt: omnes denique curiosi Mansi Sanctorum Tom. II.
- tate duxi interrogârunt: Quando resistues re- *Act. Apoll.*
gnum Israel? at verò postquam in eos descendit
Spiritus sanctus, loquebantur magnalia Dei.
4. *Dator munerum.* Ad obtainendam efficaciter animatum conversionem, prædicationi Evangelii efficaciâ & energiam subministrat. David primò postulat à Deo: Spiritu principali *Ps. 50. 15.* confirma me: ac tandem subjungit: Docebo in te quos vias tuas, & impius ad te converterunt. In illis, quibus sele inibat, admirandos profutus præstat effectus: Ab omni peccatorum immunitatia potenter pargat (inquit S. Gregorius) quia *Lib. 2. c. 2.* ut se menti infuderit, eam protinus in vitorum in lib. 2. odium, & in virtutum amorem infallibiliter Reg. excitat: facit enim statim odisse quod amabat, & quod odio habuerat, ardenter diligere, atque in utroque validè ingemiscere: quia & mala quæ odit, se damnabiliter amasse recolit; & bona quæ diligit, odisse. Pacem quoque nobis & bonae conscientia serenitatem infundit: Sicut Diadochus, mare cum turbatur, oleo infuso cedit natura c. 33. de suâ tempestas, bonitate olei procella extingueat. Perfecte; sic anima gratia Spiritus sancti iucundè spir. tranquillatur, ut pius quidam spiritualis Magister devotè meditatur. Vebum quoque auribus nostris infonaret inutiliter, nisi cor nostrum aperiret Spiritus sanctus: Frustrè vox doctrina (inquit S. Bonaventura) extra terreret, nisi Spiritus S. *Serm. 7. de intus cor in contritione ad modum sagitta vul-* *Pent.* neraret; utinam hac sagitta nunquam exeat de cordibus nostris. Spiritus sanctus qui: o hominis tangit. Unde S. Jo. Chrysostomus de Apostolis ait: Elingues, imperiti, simplices, & idiota adversus impostores & circumventores, adversus Sophistarum, Rhetorum ac Philosophorum turbam; & tamen, hosita superavit Petrus, quasi cum mutis pīcib⁹ certamen fuisse.
8. *Dator munerum.* Quippe inter alia etiam dulcedines & consolationes spirituales communicat. Consolator optime, imploragan Cap. 9. dent viscera, afflata sancto Spiritu. Sanctus *Serm. 36.* Augustinus in suis meditationibus ait: Potame torrente voluptatis sua, ut nihil jam mundanorum degustare libeat venenata dulcedinis. Absalon Abbas de hoc igne ita scribit: In eo quod lucet, sua uitatem divina consolationis notat; in eo quod ardet, favorem sancti desiderii.
6. *Dator munerum.* Tandem etiam in operatione-

Z

tioni-

2. Cor. 3.5. tōnibus nostris singularē nobis virtutē con-
ferrit : Non quid sufficiētes simus cogitare ali-
quid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiētia no-
Serm. 2. de stra ex Deo est. Innocentius Papilius ait: Verbo
Pent. Domin: cœlesti firmati sunt, & spiritu oris ejus o-
mnis virtus eorum. Omnis enim virtus, omnis
firmitas à Deo Putre per Verbum in Spiritu san-
cto confertur. Unde S. Thomas de Villa Nova

piè nos exhortatur, ut à Deo petamus : *Spiritu principali confirmame*; ut jam quidem recte *Cone. 2. de Pent.* pratendentes, ac benè volentes suā virtutero boret ad opus, ut quid ardenter desideramus, efficaciter implam̄us; qui operatorius spiritus meriti principalis vocatur; quia in eo maximè vita consistit: ex operibus enim & non ex solis affectibus judicabitur quisque.

Caſtitatis virtutem infundit nobis, atque tentationes carnales
vincendas opem singulariter præbet.

DISCURSVS VIGESIMVS.

Infirma nostri corporis, virtute firmans perpeti.

I. Nec alia dona, quæ nos hodie inā dñe à Spiritu sancto petere do: et fan-
cta mater Ecclesia, unum, idque val-
dè precipuum est, ut petamus ut de-
bilissima huic nostri corporis parti
virtutem & fortitudinem submini-
strier, vel quod idem est, ut conti-
nentiam carnis nobis donet, fructum nimurum,
quem sublimis hæc arbor progerminat: *Fructus*
Cap. 9. autem *Spiritus continentia, caſitas*. Veni san-
cte *Spiritus*, ita meditabatur S. Augustinus, forti-
tudo fragilium, & confirmata virute no-
stram debilitatem. Portio autem hujus nostri
compositi debilior non est anima, sed corpus;
non spiritus, sed caro: *Spiritus quidem prom-
ptus est, caro autem inſirma*; atque ideo hac
valde opus haber, ut ab hoc sacro sancto Spiritu
corroboretur; ipse etenim est, quem S. Leo hoc
glorioſo epitheto decort: *Signaculum caſti-
tatis*. Unde postquam S. Agatha S. Lucia dixi-
let; *Iucundum Deo in tua virginitate habita-
culum preparasti*; ipsa S. Lucia celebre hoc
subjunxit responsum. *Caſte viventes templum*
Serm. 14. de sunt *Spiritus sancti*; hæc etenim columba can-
didissimi maximè sibi complacet, quando sibi in
anima quadam pura veluti in nido suo conque-
scere iacet. *Cum omnes templum simus Dei*, (in-
Renti. quit Tertullianus) illato in nos & consecrato
Spiritus sancto, ejus templi auditua & austera pui-
ditia, qua nihil immundum nec profanum.

inferri finat. Verum quonam modo efficere
poterimus, ut in nobis de hoc Hospite verifice-
tur illud epithetum Ecclesiasticum: *Dulcis ho-
spites anime*? certè si volumus ut ei gratum sit
hoc hospitium, in hac nos exerceamus castitatis
virtute. Nam ut ait S. Augustinus: *Anniverſa-
rium diem celebramus de adventu Spiritiuſ*
de temp. *sancți, sed nos ita agamus*, ut quotidie eum ad-
nos castis operibus & castis pectoribus invite-
mus. Hæc virtus ad conciliandum cordibus
nostris cœlestem hunc ignem sufficiens est, san-
ctus Bernardus Iermi, de hoc festo hoc nobis
post lectionem reliquit insigne documentum:
*Seis vas tuum possidere in sanctificatione & ho-
nore; & non in passione desiderij; Spiritum san-
ctum accepisti*. Dicamus igitur corpus nostrum
cultidore immaculatum & castum, quia sic in no-
stra facultate habebimus Spiritum sanctum. Co-
lumba non inveniebas locum ubi requiesceret pes-
ejus, subito reversa est in arcum. Sed inquires for-
tasse, quomodo corvus emissus locum quietis in-
venire potuit, maximè cùm columba post cor-
vum emissâ fuerit; si igitur hæc nullibz quiescere
potuit, quomodo ille quevit & notandum est igi-
tur, quod corvus insidere soleat cadaveribus ani-
malium, quæ figura sunt hominum carnalium &
laſcivorum; nec fastidiebat corvus lutum: at ve-
rò columba symbolum Spiritus sancti, nusquam
invenit ubi quiescere posset, quia omnia luto
plena erant; abhorret enim *Spiritus sanctus* om-
nem.

**Decultu-
fæm. c. 1.**

nem umbras sensualitatis. Non permanebit
 Gen. 6. 3. *Spiritus meus in homine. Quomodo? quia*
caro est. Apostolus ad Galatas scribit: *Sed quo-*
 Cap. 4. 29. *modo tunc is, qui secundum carnem natus fue-*
rat, persequetur eum qui secundum spiritum,
ista & nunc. Per Iacobenum figuratur caro,
per Iacobum spiritus, per Sarum virtus; hæc autem
nequam permittit, ut duo illi simul inter se
convenientur aut ludant: quia Caro concupiscit
adversus spiritum, & spiritus adversus car-
 Hom. 7. in
 c. 21. Gen.
 Serm. 1. de
 Pent.
 Iud. 14.
 nem. Unde Origenes dicit: *Hujusmodi blandi-
 menta acerbissimam persecutionem reputat*
*Paulus, id est, Iuliam Iacobum cum Iacob, qui pre-
 figurat carnis conspirationem adversus spiritum*
*pervertendum. Albertus Magnus inter alia mo-
 nita, que in via spiritus ambulantibus post se
 reliquit, illud quoque habet: Debent immundis
 cogitationibus repugnare, & contra incentiva
 carnis quotidie litigare, contra omnem delecta-
 tionem faciem trepidare.* Idem quoque monitum
 S. Thomas à Villa-Nova Conc. 1. de hoc festo
 nobis tradit sequentibus verbis: *Si quis illece-
 brosis turpitudinibus torpidatur, in hunc spiritu-*
*Dei non intrat, hunc Spiritus sanctus non in-
 habitat, quoniam puritatis amator est.* Unde Sa-
 pient. cap. 1. de Spiritu sancto dicitur: *Spiritus*
santus auferet se à cogitationibus, qua sunt sine
intellectu: è quibus verbis Richardus à S. Victo-
re hanc deducit consequentiam: Perversæ co-
gitationes separant à Deo; & præfatum textum
adducens dicit: Auferet se à cogitationibus qua
*sunt sine intellectu: quid fieri de his cogitationi-*Gen. 6. 5.**
bus, quas admittere non possumus sine turpi &
*illecebroso afflitu: vel de his quæ libenter acci-
 pimus non sine pravo quodam consensu; si ab*
his se auferet Spiritus sanctus, quæ sunt sine in-
selectu? Nōrā passim est omnibus illa Samsonis
 historia, cuius in Discursu 6. mentionem suprà
 fecimus, quando leonem sibi obvium dilaniavit:
 sed quomodo? quibus viribus? quibus desique
 armis: *Irruit in Samson Spiritus Domini, &*
dilaceravit leonem. Leo animal est calidissi-
 mum, ideoque concupiscentia carnalis est lym-
 bolum; vult igitur Scriptura sacra per hanc hi-
 storiam insinuare, hanc concupiscentiam me-
 diante Spiritu sancto totaliter superari. Porro à
 primis annis *cœpit Spiritus Domini esse cum eo,*
 scilicet Samone, qui proinde prodigiis illam
 ei communicavit fortitudinem, per quam tot he-

roicorum facinorum patratores factus. Verum
 enimvero qua ratione, aut qua culpâ hunc Spir-
 itum sanctum amavit? Dalila, cuius amore inescu-
 tus erat, Dormire eum fecit super genua sua, &
 in sinu suo reclinars caput; vocavitque tonsor-
 em, & rasi septem crines capitū ejus. Per hunc
 tonsorem intelligi potest vitium sensualitatis,
 quo nobis septem praescinduntur capilli mystici,
 id est, privamur septem donis Spiritus sancti. At
 verò quid tandem ei accidit? Et cœpit abiecere
 eum, & a se repellere, traditus est in potestatem
 iniicitorum suorum, & eritis oculis velut ju-
 mentum quoddam ad circumagendum molendi-
 num est destinatus. Eheu quot sunt hodie, qui
 bus eadem miseria accidit? qui postquam diu
 Spiritum penes se conservarunt, postquam multo
 tempore permanserunt continentes, in eam
 tandem incidunt ignominiam, ut una Dalila ille-
 cebris & blanditiis suis omni eos spiritu denu-
 der, eosque in irreparabilia præcipia proturberet
 diximus suprà, quod ex quo Spiritus sanctus aliud
 in sua societate spiritum secum non patitur nec
 admittit, ideo censendus sit velle, ut eorum qui
 illum recipiunt, cunctæ cogitationes & affectus
 eò tendant, ut spirituales sint, & totaliter ad
 Deum dirigantur. Enī vero num forte argu-
 mentum desideratis evidenter, quo nobis Spir-
 itum sanctum in homine sensuali habitare non
 posse, aperiè demonstretur? ecce tibi igitur il-
 lud; qua ratione Spiritus sanctus habitare in eo
 poterit, qui præter delicias & voluptates aliud
 mente suā non volvit, aut cogitat? talis autem
 est homo sensualis & carnalis: *Videns Deus quid*
cuncta cogitatio hominis intenta erat ad malum
omni tempore. Gustato spiritu, inquit san-
tus Gregorius, despis omnis caro; ubique
enim Spiritus locum obtinet, ibi semper efficit,
ut homo celestum consolationum suarum ex-
periatur suavitatem, totalemque concipiatur deli-
tiarum carnalium naufragia.

2. Valde etiam considerabilis est ille Spiritus
 sancti effectus, qui hisce verbis insinuatur: *In*
affliti tempore, Videmus in media & state flores,
herbas, omnesque alias plantas à Solis ardoribus
veluti decoctas & depastas; nocturno vero tem-
pore eosdem flores & herbas è frigidioris stil-
licidio denuo refoveri & refocillari; unde & nos
pro interioribus concupiscentiæ ardoribus fe-
dandis & mitigandis cœlestem hunc rotem pro
 Z. 2. nostro

DE SOLEMNITATE PENTECOSTES

nostro refrigerio à Deo postulare debemus , ut scilicet *sui roris intimâ aspersione* fœcundet . Columna illa , que diuturno tempore à Solis ardoribus protegebat , nocturno vero tempore lumen ministrabat , illa , inquam , juxta Lyraeum , præfigurabat Spiritum sanctum : Fuit columnæ nubis in protectionem contra astum Solis de die , & columnæ ignis contra tenebras de nocte , & hoc fuit in figura gratia Spiritus sancti danda Christi discipulus in signo visibili , qua protégit ardorem contra concupiscentiam , & illuminat contra tenebras ignorantia . Idem Spiritus sanctus etiam in monte Thabor ad instar nubis appauuit : Hic est sol ladens , inquit S. Gregorius Nyssenus de igne sensuali , quando ejus astus non arcetur à nube Spiritus , quam expandit Dominus ad tegumentum . In vita S. Irenæus scribitur , quod cum tyrannus virginitatem ejus violari præcepisset : Castissima mulier Spiritus sancti gratia tanquam quibusdam radiis obumbrata , pudicitiam conservavuit ; ut nemo turpe aut impurum in eam moliri præsumeret . Similiter ex eo , quod circa Sosianam accidit , fatus clare deducitur , quām sollicitè Spiritus sanctus defendat castitatem ; cum enim latcivis illis libenibus calumniaretur , quæ innocens & pudicitia ac honestatis conjugalis speculum erat , ac deum lapidanda ad locum educeretur supplicii : Suscitavit Dominus Spiritum sanctum pueri junioris , detectaque calumniam mundo ejus pudicitiam per omnia saecula celebrem reddidit . Optime igitur magna quæcum efficacia Clemens Alexandrinus ad voluptrates carnales fugiendas adhortatur , & quidem vel maximè eum , qui in illo peccati genere habituatus est : Fugiamus consuetudinem , fugiamus tanquam scopulum difficilem , aut charybdis minas aut fabulosas syrenes ; mala est insula accumulata ossibus & cadaveribus , in ea autem canit formosa meretricula voluptas . Sed quale ad scopulum hunc fugiendum adhibendum est remedium ? Fertibi opem divinus Spiritus ; si solum velas , vici spiritum interitum , & ligno alligatus eris solitus ab omni exitio ; gubernabit te verbum Dei . & ad portum colorum te adducet Spiritus sanctus . In Olea scribitur : Adducet ventum urentem Dominus de deserto ascendentem , & siccabit venasejus . Rupertus Abbas per hunc ventum intelligit Spiritum sanctum : Ventum urentem in

*Hom. 2. in
Cant.*

Dan. 13. 20

*In Exhort.
ad Gen.*

Ose. 13. 35.

*Lib. 6. in
Ose.*

hoc loco Spiritum sanctum dicit ; hoc fieri non definit per ventum de deserto ascendentem , ventum urentem , id est , carnis petulantiam & humores vitiorum suo calore defurantem . Sanctus Leo ferm , i. de hodierna solemnitate , valde nobis recommendat jejunium : Ad presentem solemnitatem etiam ista nobis est assumenda devotio , ut jejunium , quod ex Apostolica traditione subsequitur , sanctâ obseruantia celebramus ; redditque rationem , cur in adeo præcipua solemnitate hec instituta sit afflictio corporalis : Quia & hoc inter maxima Spiritus sancti dona numerandum est , quod nobis ad versus ille cebras carnis , & infidias diaboli jejuniorum sunt collata præsidia , quibus omnes tentationes Deo adjuvante vincamus . Elias Cretensis in primam orat . Nazianzeni observat acutè , quod Spiritus sanctus lese apud illos infinuet , qui quantum est ex parte sua , adhibitis virtutum exercitiis ad illum recipiendum tele studiose disponunt ; adducitque Apostoli exemplum , qui de le scribit : In patientia multa , in tribulatione , in necessitate , in angustia , in labore , in jejunis , in Spiritu sancto . Videsne quemadmodum Spiritus sancti potentiam tunc posuerit , postquam ipso partes suas explevit : ergo Spiritui quidem ipse confudit , sed tamen quod etiam munera sua est , præstat , nec corpori habens laxat , dicens : Castigo corpus meum . & in servitutem redigo . S. Bonaventura ad idem intenit hoc texu utiliter . Mysca morientes perdant suavitatem unius . Pentec. Serm. II. dicit : Muscas morientes perdant suavitatem unius . Pentec. hanc multæ volantes , melisque adhærescentes , declarat dicens : Superflua cogitationes , curiosæ , rancore affectiones , carnales delectationes . Omisari , ecce myscas corpori importunas abigit ; mus diligeret ; & myscas anima sustinemus nocivas negligenter ! Denique Chrysostomus Hom. 45. dicit : Panem quidem coelstem magnâ prædi . in loanum esse virtute ad hunc concupiscentiae ignem in nobis extinguendum ; veruntamen advertere nos jubet , quod panis ille hanc virtutem à sacraissimo Spiritus sancti numine accipiat : Si quis astutus , ad hunc fontem se conferat , & recreabitur ; mundat squalorem & sordes , astus mitigat , non solares , sed quos ignita sagitta imprimit ; multi hujus fontis rivi , quos Paracletus diffundit .

De septem

De septem donis Spiritus sancti , necnon de fructibus ejusdem,
aliisque gratiis.

DISCURSUS VIGESIMVS PRIMVS

Tu septiformis munere.

Cap. s. 6.

Videlicet mystica fuit illa visione, qua S. Joannes in Apocalypsi quondam vidit Agnum , qui erat quasi mortuus , qui paulo ante fibi demonstratus fuerat ad instar victoriosi leonis:
Ecce vicit leo de tribu Iuda. Hic idem leo visus est illi ad instar Agni occisi : *Agnum stantem, tanquam occisum , habentem oculos septem.* Quidnam oblecro hic latet mysterii , quod idem met qui videbatur simul fuerit leo & agnus ? Victor & quasi extensus seu mortuus ? Nimirum denotat , quod Christus in Resurrectione sua fuerit velut leo victor , sed tanquam agnus mortuus in sua passione . Dixi , tanquam mortuus , quia verè quidem mortuus , sed ad vitam immortalem resurrecturus . Nec est quod hi septem oculi , quos S. Joannes in hoc agno vidit , monstrositatem aliquam in se habere videantur , quia subjungit : *Oculos septem qui sunt septem spiritus Dei , missi in omnem terram.* Quinam autem sunt hi septem spiritus in universum mundum diffusi , nisi septem dona Spiritus sancti ? si quidem *Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Audite S. Bonaventuram : *Nota , inquit , quod de Agno tanquam occiso dicitur , quod habebat oculos septem , qui sunt septem spiritus Dei , missi in omnem terram.* O quād magnum esset , qui nobis in signum dilectionis unum oculum mitteret ; & ecce noster Agnus nobis septem oculos , id est , septem dona Spiritus sancti mittit , quibus videre possumus veritatem , & omnia ad salutem necessaria ; dona Spiritus sancti oculi nobis sunt ad cognoscendum . Prophetus Evangelicus de thesauris gratiarum , qui-

bus Messias aliquando locupletandus erat , transitanus , omnes septem enumerat dicens : *Requiescit super eum Spiritus Domini , spiritus sapientiae & intellectus , spiritus consilii & fortitudinis , spiritus scientiae & pietatis , & replebit eum spiritus timoris Domini.* Hugo Cardinalis multas adducit figurae ex sacris literis in ordine ad hoc septiforme donum explicandum : *Hi sunt septem oculi in lapide uno , Zach. 1.* Ha sunt septem lucernae candelabri , Exod. 27. *Ha sunt septem stella in dextera filii hominis , Apoc. 1.* Ha sunt septem lampades ardentes ante thronum Dei , Apoc. 4. Inter omnes autem figurae , quæ spirituum S. cum septem donis expressiūs præstant , nulla est quæ id excellentius faciat quam magnum illud candelabrum aureum , quod Deus præcepit fieri ut in Tabernaculo suo continuo arderet cum septem lucernis suis : hoc namque totum aureum erat ex eodem pretiosissimo , & quo conflata erat mensa panum propositionis , necnon venerandum illud Arcæ Fœderis oraculum , ad denotandum quod Spiritus sanctus ejusdem sic substantie cum Patre & Filio , à quibus procedit ; siquidē oraculum prædictum , Patrem ; mensa vero panū , Filium perspicue repræsentat.

2. Septiformis munere. Porro primum dominum est sapientia , quæ nihil aliud est quam virtus Christiana , per quam bona contemplantur æterna , & juxta quam estimamus omnia reliqua . Donum vero scientie , quod est secundum , illud est , per quod judicamus , seu ut melius dicam , in æquissima lance ponderamus bona æterna & temporalia sive terrena , in quantum hæc ad bona æterna , animaque salutem promoventia adjutorio esse possunt , nosque illis ad eundem finem utimur ; unde Poëta ille optime

Opimè cecinit, qui illa benè eadem estimantibus, veram ad Factorem illorum calam esse dicit. Donum autem intellectus est virtus illa, per quam obscuriora sacrae Scripturæ mysteria penetramus, estque privilegium quoddam facris Expositoribus & Doctoribus peculiariter concessum. Donum autem consilii idem est quod prudenteria Christiana, qua mediante omnia opera nostra ad finem honestum dirigimus. Adhac donum fortitudinis eo præcipue spectat, ut omnes in via Dei occurrentes adversitates viriliter sustineamus, imo si ita opas fuerit, martyrium quoque subire non refugiamus. Donum quoque pietatis ad religionem, necnon cultum & reverentiam erga Deum spectat. Timor denique, per quem non is qui servis dicitur, sed qui filialis est, quique ab amore & dono Spiritus sancti derivatur, intelligitur: *Est consummatio quædam dilectionis, & quasi fons & complementum omnium.* Et quidem veritatem est Hugonem Cardinalem ad septem hæc dona suos directissime oculos, quando septem alios sacrosancti hujus Spiritus effectus expoluit, dicens: *Spiritus descendens septem facit: Mente renovat; Emette Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ; A servitute liberat; ubi Spiritus Domini, ibi libertas; Infirmum adjuvat; Spiritus adjuvat infirmitatem nostram; Deo reconciliat; Columbia reportat ad arcum ramum olivæ; Gemitum suscitat; Spiritus postulat a nobis gemitibus; Ad celum elevat; Quis dabit mihi pennas, sicut columba? Cormundat; Cor mundum crea in me Deus, & Spiruum rectum innova in visceribus meis.*

3. Enimvero Spiritus sanctus, prout in precedentibus Discursibus insinuavimus, non solum nos septem donis locupletat & auger; verum etiam per duodecim suavissimos fructus ab ipso derivantes, atque à S Paulo in Epistola ad Galatas recentiores nos spiritualiter nutriti; sunt autem ex S Paulo sequentes: *Fructus autem Spiritus est charitas gaudium, pac, patientia, benignitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* Dicuntur fructus, i.e. quia S Thomas, in quantum mentem sincerâ dilectione resciunt. Vel etiam ut Anselmus ait: *Quoniam ex bona arbore, sicut optimi fructus prodeunt, ut refectionem perpetua saturitatis praebeant electi.* Fructus Spiritus (inquit san-

ctus Thoma) dicuntur opera virtutum, quia habent in se suavitatem & dulcedinem. Porro primus fructus Charitas est, ut pro è quæ merito primum inter alias virtutes locum obtinet, tæquam Regina omnium aliarum virtutum: Major autem horum est charitas, quia diligitur Dominus & proximus. Unde S. Anselmus & S. Fulgentius dicunt, quod signum inseparabile commorantis in anima spiritus sancti sit charitas: quia Deus charitas est. Secundus fructus est Gaudium, quod, ut S. Thomas docet, ab objecti amati pœnitentia & fruitione procedit; unde quisquis charitatem & amorē Dei habet, Deum ipsum in sua habet potestate; siquidem Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo; & ab hoc in corde nostro gaudium procedit & latititia. Tertius autem magna hujus arboris fructus Pax est, quæ pacem & conscientiam tranquillitatem communicat: *Pax Ps. 118, 62, multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum;* unde Dionysius Carthusianus ait: *Pax tranquillitas est mentis.* S. Anselmus pacem ab amore erga Deum derivari demonstrare volens, dicit: *Pacem quoque servat erga Deum, qui diligit illum, quia in quantum potest, caret eum ostendere; pacem cum proximo custodit, non inquietans eum, si diligit eum.* Hostem repellas longius, inquit in hodierno hymno Ecclesia, pacemque dones protinus. Monet autem S Augustinus, quod *Ab hoc dono Spiritus sancti prouersus alieni sunt qui oderunt gratiam pacis, qui societatem non retinent unitatem.* Quartus fructus est Patientia, quæ facit adverfa patientem tolerare. Ita S Thomas & Dionysius parvioriter dicit: *Patientia est aqua nimio permissio contrariorum.* S. Anselmus autem per patientem condonationem intelligit injuriarum: *Per quam injuria & adversitates agno animo tolerantur.* Quintus fructus est Benignitas, id est largitas rerum. Unde S. Thomas de Aquino super illa verba: *Hilarem enim datorem diligere Deus,* dicit: *Benignitas dicitur, quasi bonaigneitas, que facit hominem fluere ad subveniendum necessitatibus aliorum;* in cuius confirmationem illum ad Colosenses locum adducit: *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti & dilecti in viscera misericordia benignitatem.* Per benignitatem vero idemmet Doctor Angelicus voluntatis nostræ reddititudinem intelligi dicit: *Sæ homo*

In cap. 5
Luca.

Cap. 5. 22.

In cap. II.
Isa.

Homo omnes alias potentias bonas habeat, non potest dici bonus, nisi habeat bonam voluntatem, secundum quam omnibus aliis, benè utitur. Longanimitas est longitudo animi patienter adversa tolerantis, & aeterna premia diu expectantia; ita hanc virtutem S. Antelmu explicat. Lyranus autem dicit: Mansuetudo cohibet iram. Denique S. Thomas ait: Quantum ad mala ab aliis illata, ut mansuetè ferat ac sustineat; Dicite à me quia misericordia Proverb. Mansuetus dabit gratiam. Acutè quoque notat Chrysolomu, quod S. Petrus postquam ab hoc cœlesti igne sub lingua specie dilapso cor eius accentum fuisset, solito longè facilius sit mansuetior; cum enim Iudei Apostolos tanquam ebrios deriderent: Alii vero irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti; ipse calumniam istam lumina cum exultate & mansuetudine à se repulit dicens; Non, sicut vos astutus, hi ebrii sunt; non dixit, sicut vos subfannati; neque sicut vos rideatis: sed sicut suspicamini. Fides quoque est alius hujus sanctissimi Spiritus fructus: Quia, ut S. Thomas ait, est cognitio quadam in usus vobis cum certitudine. Vele tam juxta Lyranum, per fidem intelligere possumus fideliatem, per quam non infertur neque per fraudem, neque per odium nocumentum proximo. Modestia dirigit actus exteriores corporis, actibus seu dictis modum imponit; id quod etiam S. Thomas dicit: Continentia ubi ab illicitis actibus carnis temperatur (inquit S. Antelmu) cum jam caro sedata fuerit, castitas dicitur: continentia in luctamine est; castitas etiam in pace: non enim castitas, sed continentia dicitur, ubi adhuc ei resistit adversitas voluptatis. Dionysius Carthusianus in diplomate contentum ait: Continentia refranatio voluptatis laboriosa; castitas, id est, repressione concupiscentiae in labore & impugnatione.

4. Verum sciendum est, quod præter duodecim fructus ad Galatas enumeratos, idemmet Apostolus ad Corinthios scribens, varias quoque gratiarum Spiritus sancti divisiones recordat: Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus; alijs quidem per Spiritum datur sermō sapientia, alijs autem sermo scientia; alteris fides in eodem Spiritu, alijs gratia sanitatum; alijs operatio virtutum, alijs prophētia, alijs discretio spirituum, alijs genera linguarum, alijs interpretatione sermonum: hac omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Quas Spiritus sancti gratias S. Thomas ita interpretatur: Sermo sapientia, ut possit persuadere ea, qua ad cognitionem divinam pertinent: sermo scientia, ut per creaturas ea, qua sunt Dei, manifestare possit; Fides, pro certitudine fiduci, quam aliquis habet excellenter. Gratia sanitatis, virtus & potestas est sanandi infirmos: Super agros manus imponent, & benè habebunt. Operatio virtutum est donum ad prodigiosa paranda miracula opportunum. Prophetia est infallibilis quadam eventus futuros videndi, & prævidendi ac prædicendi certitudo. Discretio spirituum corda & intentiones ingrediens fines maximè internos detegit. Unde S. Thomas finem hujus gratiae esse dicit: Vt scilicet homo discernere possit, quo spiritu aliquis moveatur ad loquendum, vel operandum, putat utrum spiritu charitatis, vel inuidie, Joan. 4. Nolite omni spiritui credere, probate spiritus, sis Deo sunt. De linguarum varietate luprā egimus.

Interpretatio autem sermonum, ut idem S. Thomas ait, est expositio difficultium Scripturarum.

DE FESTO
S A N C T I S S I M Æ
T R I N I T A T I S
D I S C V R S V S O C T O .

DISCURSUS I. Sanctissimæ Trinitatis mysterium credere oportet, eò quod à Deo nobis revelatum sit. Similiter per similitudines aliquas de Unitate essentiæ & Personarum Trinitate tractatur.

DISCURSUS II. Ut tribus divinis personis laudes & gratias referamus, invitamur; non verò ad adeste sublime mysterium capendum astringimur.

DISCURSUS III. Deus magis se cognoscendum præbet iis qui studeni devotio- ni, humilitati & bonitati vita, quam qui literis operam navant.

DISCURSUS IV. Ad capienda incomprehensibilia sanctissimæ Trinitatis mysteria corporiùs quam intellectus adhiberi debet.

DISCURSUS V. Scientia cognoscendi Deum, potius per viam amoris, quam studii acquiritur & comparatur.

DISCURSUS VI. Spiritum sanctum ad sublimiora & ineffabilia Divinitatis mysteria intelligenda interpretem nostrum esse ostenditnr.

DISCURSUS VII. S. Ilaias Propheta ante sanctissimæ Triados thronum duos Seraphinos, non verò Cherubinos vidit, ad denotandum quod ad divinorum mysteriorum intelligentiam habendam, amor potius quam scientia viam nobis aperiat.

DISCURSUS VIII. Ostenditur nefas esse si quis per brevem intellectum investigare secreta cœlestia velit; ut potè quæ credenda potius sunt nobis, & vene- randa.

Sanctissimæ

Sanctissimæ Trinitatis mysterium credere oportet, eo quod à Deo nobis revelatum sit; Tractatur etiam de unitate, essentia, & personarum Trinitate per aliquas similitudines.

DISCURSUS PRIMVS.

Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus; Et hi tres unum sunt. 1. Ioan. 5. v. 9.

Cum hoc sanctissimæ Tri-
nitatis ineffabile mysterium, cuius creato intel-
lectui, quantumvis is-
perspicat, & elevatus exi-
cit, incomprehensibile
sit, ideo ad hoc ut crea-
tur, testimonio quodam nobis opus erit adeo
veridico & infallibili, quale ab ipsis met tri-
bus divinis personis derivari poterat: *Tres
sunt, qui testimonium dant in cœlo, pater, Ver-
bum, & Spiritus sanctus.* Et quidem si verum
est, sicut est verissimum, quod Christus Re-
matt. 3.16 demptor noster æterna illa veritas dixi: *In
ore duorum vel trium testimoniis stat omnis ver-
bum, quam expectare possumus fidem hujus
sanctissime Triadis attestatione majorem?* Sanctus Joannes, qui ejus, qui de semetipso di-
xit: *Ego sum veritas*, fidelissimus Secretarius
fuit, postquam proposita verba recensuisset, mox argumentum quoddam formata ceperit, cui nullus hominum contradicere potest, dicen-
do: *Si testimonium hominum accipimus, testi-
monium DEI majus est.* Quot sunt, que vel
ideo solum credimus, quia à personis fide
dignis, expertis & eruditis nobis dicta fuere,
tamen illa nec oculis videamus, nec ratione
aut discursu naturali illa assequi valeamus:
Quanto igitur convenientius erit, ut tam
certo veridico, & infallibili testimonio,
quale est testificatio ipsiusmet Dei, fidem
habeamus? Etenim quanto est majoris au-
thoritatis persona testificans, tanto major
illí fides adhibetur, necessum est. Si rei illius
quam insinuare volumus, Rex, vel Impera-
tor, vel Papa aliquis testis oculatus esset,
major utique oriretur Fides, quam si idem
vidisset homo aliquis privatus. Si de aliquo
sacra Theologa, vel Scriptura dubio esset
inter doctos orta controversia, & unicus S.
Thomas, vel S. Bonaventura, vel sanctus Aug-
ustinus, aut S. Hieronymus vel alii similes alter-
utrius partis testes essent, quanta inde nasci-
tura Fides esset? *Verax est pater* (ita in qua-
dam Antiphona Martini cecinimus) *Veri-
tas Filius, veritas Spiritus sanctus, o Beata Tri-
nitatis!* Quantò igitur rationabilibus erit, ut
tribus hisce Divinis Personis fidem adhibe-
amus! *Quid hac veritate firmius* (inquit S.
Thomas de Villa Nova) *quid certius, quid* Serm. 2. de
sublimius, cui talia adstipulantur testimonia? *Penth.*
*non Angelos non Archangelos misit in testimo-
nium, sed ipsa Majestas venit, ipsa descendit,* &
testimonium perhibuit.

2. Præterea cum hoc mysterium adeo
sit arduum, atque ad capiendum difficile; mi-
noris autoritatis, quam Divini testimonii
pondus minimè sufficiebat. Tametsi enim
pater, Filius, & Spiritus sanctus tres personæ
sint, veritas tamen Catholica est, quod ha-
tres personæ unicus duntaxat sit Deus; *Et hi*
tres unum sunt. *Quid sibi vult iste absque nu-
mero numerus?* querit S. Bernardus: *Si tria*
*quomodo non numerabis? si unum, ubi num-
erus? sed habeo quid numerem, & quid non nu-
merem? substantia una est, persona tres;* atque
hac ratione inter se conciliantur unitas es-
sentiæ, & personarum Trinitas. porrò natu-
ra summi & insinuati boni, quale Deus est,
convenit, ut sui ipsis sit communicativum.

Sic enim Pater æternus per divinum intellectum suum generat Filium, eique substantiam suam communicat: cumque hi unam eandemque numero voluntatem habeant, seque mutuo infinitè diligent, tertiam producent personam, scilicet Spiritum sanctum, cui etiam eandem essentiam & Deitatem suam communicant. Verum enim verò, sicut de anima nobis constat, quod hæc sit tota in toto, & tota in qualibet parte, ita quoque ut S. Fulgentius de Fide scribit: *Per hanc unitatem naturalem totius pater in Filiō, & Spiritu sancto est totus Filius in patre & Spiritu sancto est: totus Spiritus in patre & Filiō.* Nullus horum extra quemlibet ipsum eorum est; quia nemo alium aut procedit aeternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate. Nulle admittuntur alia emanationes, præterquam illæ quæ per viam voluntatis habentur. In hac simplicissima substantia distinctionem habemus personarum; *pater, Filius, & Spiritus sanctus.* Ecce tres personæ distinctæ, & tamen non nisi unica sunt substantia & essentia, quia omnes tres unicus duntaxat Deus existunt. Et hi tres unum sunt. Siquidem unica tantum est natura & essentia, quæ est in omnibus tribus. Estque hæc conditio naturalis in DEO, nec in ulla creaturarum invenitur, sive illæ sint rationales, sive intellectuales, homines vel Angeli; ubicunque enim in hisce una est substantia, ibi quoque unica tantum est persona. In illa verò natura divina, hæc est singularis excellentia, quod licet sit una essentia, tres nihilominus distinctæ personæ existant. Porro, differentia quæ inter Verbi Incarnationem & sanctissimam Trinitatem intercedit, in eo consistit, quod in illa habeamus distinctionem duarum naturarum in unica Christi persona conjunctarum, id est, Humanitatem & Divinitatem: In sanctissima Triade autem tres adoramus & confitemur personas distinctas, in una sola natura & essentia. In Incarnatione duae sunt naturæ, & una persona: in Trinitate una substantia, & tres personæ. *Alia est persona Patrii* (inquit S. Athanasius) *alia Filiij, alia Spiritus sancti, sed Patri, & Filiij, & Spiritus sancti una est Divinitas, equalis gloria, coetera Majestas.* In corde beatæ Claræ de monte Falco, quæ huic mysterio devotissima fuit, post ejus mortem tres parvuli globi carni inventi fuerunt, quorum unus in bilance positus tanti ponderis erat, quanti duo, & tanti duo,

quanti tres: Per quod miraculum Deus nobis demonstrare voluit trium divinarum personarum paritatem & æqualitatem.

3. Sanctus Apostolus scribit: *Invisibilis enim ipius à creatura mundi per ea qua facta sunt, intellectus conspicuntur;* semperna quoque ejus virtus & Divinitas, unicum enim esse debet rerum omnium visibilium, primum principium, uniuersus infinitæ potentiae & sapientiae DEUS, qui illas creavit, quique conservat & gubernat universum. Veruntamen qualis DEUS ille sit, nemo intellectu afferere aut capere poterit, nisi divina id revelatione ei manifestatum fuerit. Unde Nazianzenus ait: *Hoc est Deus, quod cum dicitur, non potest dici, cum estimatur, non potest estimari, cum definitur, ipsa definitione crescit.* Hoc adeò sublimè & imperfscrutabile sanctissima Trinitatis Sacramentum per viam rerum naturalium & visibilium cognosci non potest, quia cum effectus & partus sint DEI, in quantum is unus est, in ejusdem, in quantum in personis trinusest, cognitionem nos deducere minimè possunt. Nequa enim sive à providentia & gubernatione creaturarum inferiorum, sive à mundi creatione, sive à structura aut fabrica Empyrei, sive ab Angelicorum spirituum productione, arguere seu colligere possumus, quod DEUS sit trinus in personis & in essentiis unius, vel quod Pater per secundum intellectum suum generaverit Filium, aut verò quod ab hisce ambobus procedat Spiritus sanctus, tanquam indissolubile vinculum amoris. Unde etiam fit, quod omnes ad hoc mysterium quadantenus adumbrandum, ex rebus hisce creatis desumptæ similitudines imperfectæ sint & diminutæ, quia impossibile est aliquam in creaturis invenire perfectionem, quæ in adeò sublimem nos cognitionem deducere possit, cum infinita quedam distantia intercedat. Veruntamen inest rebus naturalibus, nescio, quod vestigium sublimis hujus mysterii licet imperfectissimum. Unde meritò assimilari potest pulcherrimo omnium operum, quæ unquam ab omnipotenti dexteræ altissimi profecta fierunt, id est, Soli. In hoc namque coelesti planeta tria, eaque admirabilia contemplamur & admiramur; videlicet Rotam sive orbem ejus immensem, lucem, quæ ab hac rota derivatur, inaccessibilem, & calorem ab ambobus procedentem. In rotâ Solis æternum Patrem intelligere possumus,

Hebr. 1.3. qui generat Filium, qui lux est, & quidem illa, de qua ipse dicit; *Ego sum lux mundi;* & de qua Apostolus scribit; *Splendor gloria, & figura substantia ejus;* ac denique Sapiens: *Candor lucis aeterna.* Spiritus sanctus qui ab ambabus procedit, in calore denotatur, qui à rota solari, eisque luce derivatur. *Unde S. Augustinus à gustinu patrem igni, Filium Splendori, Spiritus Bonaventurae sanctum calori comparat.*

4. Alia quedam haud impropria, nostro que intelligendi modo valde adaptata, hujus mysterii similitudo ab anima nostra desumitur, quæ cum unica tantum substantia sit, tres tamen in se continet potentias, in officiis & operibus suis inter se planè distinctas, cum tamen omnes tres in una eademque substantia simul unitæ existant; sunt autem haec scilicet memoria, intellectus, & voluntas. Memoria quidem Patri adaptatur, quia sicut in hac omnium scientiarum depositum recluditur; ita in Patre omnes Divinitatis divitiae asservantur: In intellectu Filius agnoscit, qui à Patre intellectu genitus esse noscitur. In voluntate, per quam amamus, adumbratur Spiritus sanctus, qui à Patre Filioque procedit. Sunt hic tres potentiae, & unica duntaxat anima, ita quoque in hoc mysterio sunt tres personæ, & unus tantum DEUS, unaque sola essentia. *Unde S. Isidorus ait:* *Appellatur, quod siat totum unum ex quibusdam tribus, quasi trium unitas: ut memoria, intelligentia & voluntas, in quibus mens habet in se quandam imaginem Divinae Trinitatis, nam cum tria sint, unum sunt.*

5. Ad subveniendum quoque humilitati intellectus nostri, alia insuper fieri potest reflexio, quasi unus qui naturæ, fortunæ, & gratiæ dona, quibus prædictus est, considerando, quandam sui ipsius in intellectu suo conceptum, id est, quandam esse suarum vivamque effigiem producit; unde demum amor quo seipsum prosequitur, procedit. In talia namque consideratione tria inveniuntur; scilicet homo qui super semetipso reflectit, bona à se possessa cognoscendo; deinde conceptus quem format; ac demum affectus quo hanc perfectionem seu bona ista diligit. Idem proflus in trium divinarum personarum emanatione considerare possumus: Etenim aeternus Pater, qui summum & infinitum bonum est, per suum intellectum generat Filium, tanquam imaginem quædam, divinarumque

perfectiōrum suarum effigiem, & ab his duobus, Patre scilicet & Filio se mutuo amantibus, procedit Spiritus sanctus, qui est amor. Veruntamen inter conceptum hominis, & conceptum aeterni Patris nonnullæ intervenient differentiae; Et hæc quidem inter alias plures, quod hic conceptus & amor nostri ipsius, in nobis sicut accidentia, cum tamen conceptus ille in Deo sit substantia: & ipsius Deus. Protinus ut nos speculum aliquod inspicimus, illud ipsum nobis imaginem nostram ad vivum representat; ideoque nil mirum si Pater aeternus, cuius potentia est infinita, semetipsum contuendo perfectissimam intra se Filii sui producat imaginem. Advertendum est autem, quod imago hæc increata sit persona subsistens, quæ se esse locum habet, cunctamen imago quam speculum representat, merum sit accidens.

6. In Arca Testamenti tria erant, scilicet virga Aaronis, tabula legis, & vas quoddam continens manna. Arca in seipsa una erat, ecce tibi essentiam Divinam, quæ tres in se concludit personas divinas. Virga potentia symbolum erat, Patrisque referebat potentiam: tabula legis ab increata sapientia dictatæ, verbum, quod Patris sapientia est, representabat. Manna quod suavissimum est, Spiritum sanctum, qui totus bonitas & amor est, denotabat. In Isaia de divina omnipotentiæ scribitur: *Appendit tribus digitis molem terræ, circa quæ verba Glossa interlinearis dicit, in tribus hisce digitis, tres personas divinas symbolizari, quæ unicam eandemque essentiam communem habent, ad eum modum, quo tres digiti in eadem manu, quæ unica est, reperiuntur. Quæ propositiones sive similitudines omnes incomprehensibile mysterium istud non adæquant, sed tantum aliquo modo repræsentant, ut potè quod sola divina fide cognoscitur.*

7. Jeremias ait. *A.a.a. Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum,* Ubi Chaldaeus legit: *Nescio vaticinari. Ubi nonnulli dicunt, Jeremiam triplices illud a.a.a, repetendo indicum edidisse lingua balbutientis, denotasseque tres illas uniformes literas, tres illas consubstantiales divinas personas; ideoque Prophetam indicare voluisse, sed tam alto & ineffabili mysterio, loqui penitus non posse. Nescio loqui;* siquidem omnis similitudo claudicat & deficit, quantumvis multæ adducantur humili & limitato intellectui nostro conformes.

Vt tribus divinis Personis laudes & gratias referamus, invitamur;
Non vero ad tam sublime mysterium capiendum adstringimur.

DISCURSUS SECUNDVS.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

O primè Rupertus Abbas Tuitiensis sanctissimam Trinitatem immensa humanæ naturæ impensa beneficia inter se pecuniarier distribuisse, considerat, dicens: *Humana quippe creatura est illud opus, quod eadem beatitudine Trinitas magna sibi dignatione divisit, ut Pater conderet, Filius redimeret, Spiritus sanctus ignaret.* Bona autem quæ a tribus illis personis Divinis receperimus, & continuo recipimus, innumera sunt & incomprehensibilia; quæ proinde gratitudinem nostram ad agnitionem extimulant. Etenim sancta mater Ecclesia non invitat nos ad ineffabile & imperceptibile mysterium istud intellectu nostro perscrutandum, sed potius ad referendas huic sanctissimæ Triadi devotissimas gratias: *Gratias tibi Deus, Gratias tibi vera & una Trinitas.* In Hymno quoque Matutinali hanc DEO supplicam præsentavimus: *Dadexteram surgentibus, exsurgat & mens sobria, flagrans & iu laudem DEI, grates rependat debitas.* Denique in Responsorio Matutinali, quod in ordine quintum est, Ecclesia dicit: *Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in secula sempiterna, o beata Trinitas.* Et merito ad hanc nos gratiarum actionem extimulat, si quidem ab immensorum nobis praesitorum beneficiorum mole opprimimur. Unde David tantis se beneficiis cumulatum agnoscens, non estimavit se aliquam erga Deum gratitudinem exhibere posse, nisi id faciat continuas DEO persolvendo laudes; ac pro-

Psal. 118. inde ait: *Septies in die laudem dixi tibi.* Unde etiam sancta mater Ecclesia hunc laudabilem usum introduxit, ut omnes Ecclesiastici in specie diu noctuque hunc DEUM in septem horis Canonis, aliisque divini officii, in

hymnis pariter & psalmis collaudent: *Te mande laudum carmine; te deprecemur vespere; te nostra supplex gloria, per cuncta laudes sacula.* Laudabilissimus quoque usus est, tribus hisce Divinis personis in fine cujuslibet psalmi, gloriam & laudes decantandi; sicut & in fine quorumlibet ferè Hymnorū, imò versus ille *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto,* est laudis hujus principale, cui reliquum Divinum officium, velut commentum & glossa deserbit. Optimè vero Ecclesiasticus monet: *Nos est speciosa laus in ore peccatoria;* ac proinde quomodo nos qui in peccato nati & concepti sumus, & in peccato semper vivimus, dignas & convenientes DEO laudes exsolvere poterimus & eò quidem vel maximè, quod psalmista dicat: *Magnus Dominus & psal. 144. laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis.* Ubi sanctus Augustinus ait: *Ideo dixit nimis: quia magnitudinis ejus non est finis: noli ergo putare eum, cuius magnitudinis finis non est, te sufficienter posse laudare.* Seraphini qui supremum illum Thronum propheta Evangelico in visione exhibitum, in quo ingens hoc adumbrabatur mysterium, circumstabant, velabant os suum, tametsi etiam Divinum vultum suum alis suis contextissent: *Velabant ora,* ut scribit Theodoreetus, ad denotandum, quod tametsi *Sanctus, Sanctus, Sanctus,* acclamarent, propter hoc ramen digni non erant, qui tanta Majestati laudem & gloriam exsolverent. Nihilominus hoc non obstante aeternum verbum incarnatum laudem & gloriam Divinitati suscitare quoconque tandem ore decantatam minime designatur; imò ad illam continuo persolvendam in oratione Dominiæ quotidiana, nos per primam illius petitionem erudit & invitari, dicent: *Sanctissimum nomen tuum.* La hodierno autem Feste

Festo ad eandem laudem dicendam excita-
mur & provocamur hinc verbis : Ben-
dicamus Patrem & Filium , cum sancto Spir-
itu; laudemus & superexaltemus eum in seculo.
Verum quidem est , quod Angeli in noven-
trum distinctarum Hierarchiarum choros
distincti , incessabili voce proclamant , San-
ctus , Sanctus , Sanctus Dominus Deus Sabaoth ,
notandum tamen quod ait Augustinus : Et ta-
men cum de illo nihil dignè dici possit ; admisit
etiam humana vocis obsequium , & verbis no-
stris in laude sua gaudere nos voluit ; tamet-
si vilissimi terræ vermiculi simus , nostras tamen
laudes pariter accipere minime dederuntur.
Cassiodorus de Deo scribit : Cujus definitio
est finem in sanctorum laudibus non habere .
Unde clare satis colligitur , quod tametsi ab
unoquoque etiam peccatore se laudari & be-
nedici gaudeat , magis tamen sibi in eo com-
placeat , si ab hominibus sanctis honoretur &
glorificetur.

2. Inter ceteros autem Deo gloriam
referendi modos unus est ei longè acceptissi-
mus atque gratissimus , nimirum si divina illius
attributa contemplando admireremur : San-
ctus Deus , sanctus fortis , sanctus & immorta-
lis . O altitudo divitiarum sapientia & scientia
Dei ! Benedictum nomen majestatis ejus . Quis
Deus magnus sicut Deus noster . Haec & aliae si-
miles sunt acclamations , quibus Ecclesia Dei in
officio hodierno utitur . Et quidem unum ex
Divinis hinc attributis est sapientia . De qua
Apostolus meminit , dum ait : Multiformem
Eph. 3. 10. sapientiam . S. Dionysius quoque Areopagita
De Divi . de illa dicit : Seipsum noscens divina sapientia
nomi. c. 7. noscit omnia . Et cap. 5. illam vocat Sapientiam
Sap. n. 21. omni sapientia superiorum . Hanc quoque lau-
dem Sapiens ei attribuit , dum ait : Omnia in
Ps. 146. 4. mensura , & numero , & pondere a ipsiusib[us] . Qui
numerat multitudinem stellarum , & omnibus
eis nomina vocat . Scribit etiam de eadem Pro-
pheta regius David .

3. Aliud horum attributorum est fortitudo :
Ps. 105. 2. Quis loquetur potentias Domini . Ubi Chalda-
eus legi : Quis poterit eloqui fortitudines Domi-
ni ? Appendix , inquit Job , terram super nihilum .
Et Isaías : Appendix tribus digitis terram . Ac-
demum item Job ait : Ad cuius eonspicuum co-
lumna cali contremiscunt & pavent .

Cap. 7. 10. 4. Adhac de Majestate Dei legitimus in Da-
niele : Millia millium ministrabant ei , & decies
millies centena millia assisterant ei . Sublimissi-

mi , maximèque scintillantes Seraphini , re-
verentia causa alas suas demittunt : Adorant
Dominaciones , tremunt potestates , Postquam
hoc sanctissimum Trinitatis mysterium in spiri-
tu duntaxat , Isaiae revelatum fuit , protinus
scribit , quod Plena erat omnis terra maje-
state ejus , prout in lectiōibus legimus . Præte-
rea Rex ille , cuius memori gloriōsus hic inscri-
ptus est titulus : Rex regum & Dominus Domi-
nantium ; omnium totius universi Regum &
Monarcharum voluntates & corda dominio
& potestati suæ subjecta coēcerat , unde Apo-
stolus scribit : Regi faculorum immortalis soli
DEO honor & gloria . Illi viginti quatuor se-
niores , qui sedebant super thronos , de quibus
scriptum est : In capitibus eorum corona aurea , Apoc. 4. 4.
procedebant & adorabant mittentes coronas
suas ante thronum .

5. Pariter inter attributa Dei recensetur
immenitas ejus : unde Cælum & terram ego Ierem. 23.
impleo , inquit in Jeremia . Et in Isaia scribitur : 24.
Cælum sedes mea , terra autem scabellum pedū Cap. 66. 1.
meorum . Omnes quoque nationes terræ quasi
stilla fistula & quasi momentum statera repu-
tata sunt . S. Isidorus Hispalensis de hoc attri-
buto ita scribit : Immenitas Divina magnitu-
dinis ista est , ut intelligamus eam intra omnia ,
sed non inclusam ; extra omnia , sed non exclu-
sam : & ideo interiorem , ut omnia contineat ;
ideo exteriorem , ut circumscripta magnitudinis
sue immenitate , omnia concludat . S. Diony-
sius Areopagita De Divinis nominibus , de hac
immensa Majestate scribens vocat illam ubique
presentem & nusquam .

6. De potentia ejus scribitur : Solus potens &
Psalista etiam , ut modo diximus , interro-
gat : Quis loquetur potentias Domini ? omnia
quæcumque voluit fecit in celo & in terra , in
mari , & in omnibus abyssis . S. Judas in Epistola
sua ita scribit : Soli Dei gloria , & magnifi-
centia imperium , & potestas ante omne sacu-
lum & nunc . & in omnia secula faculorum .
Cajetanus interpretatur Magnificentiam facti-
vam magnorum operum , eo quod unico verbo
vel unico nutu , mox unico duntaxat voluntatis
actu mille mundos de novo creare potest .
Si subverteret omnia (inquit Job) vel in unum Iob. 11. 10.
coarctaverit , quis contradicet ei ? unico verbo
disperdere cælum & terram prævaleret , quem
admodum adeo potens fuit , ut protinus ac
Dixit & facta sunt . Verbo Domini cæli firmati
sunt .

1. Tim. 1.

7. Aeternitas quoque indivisa est Divinitatis. Unde *Antiquus* dierum denominatur. Et Daniel habitationem ejus aeternitatem esse dicit: *Excelsus & sublimis habitans aeternitatem*. Ideoque nec principium haberet, nec finem, sed semper fuit & semper erit teste *Psalmista*, qui ait: *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient*. Similiter quando de aeterna ejus generatione agit, per os ejusdem Regis dicit: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te*.

Lib. contra gentes.

8. Pariter Dei illius qui trinus & unus est peculiare attributum esse noscitur Infinitas, pri-
matu causa es (inquit Arnobius) locus rerum ac spatium fundamentum cunctorum quacun-
ques sunt, infinitus, ingenitus, immortalis, per-
petuus, solus, quem nulla delineat forma corpo-
ralis, nulla determinat circumscriptio qualita-
tis, expers quantitatis, sine situ, motu & habitu,
Nazianzenus de hac infinite scribens, illam
vocat: *Interminatum Pelagus essentia*. Areopagi-
gita vocat illam *Infinitatem omnem essentiam superantem*.

Orat. 38.
de Myst.
Theol.

9. De providentia Divina huc verba in Collesta quadam ab Ecclesia dicuntur: *Deus cuius providentia in sui dispositione non fallitur*. De eadem quoque Spiritus sanctus attestatur, quod *Bene omnia fecit*. Omnes gubernat creaturas visibles & invisibles, rationales & intellectuales, curam sibi vendicans a primo Ange-
lo usque ad vilissimum terrae vermiculum. De ea-
dem quoque S. Augustinus ita meditatur: *Sic cu-
ras unumquemque nostrum, & sanguinem solum
eures, sic omnes & sanguinem singulos*.

10. Quodlibet de Divina bonitate nobis sermo-
fit, huic Apostolus incomprehensibiles adscribit divitias atque thesauros: *Divitias bonitatis ejus*; cum boni hec sit specialis proprietas, sui esse communicativum. Hanc quoque S. Dionysius Areopagita dicit: *Exuberare continua & nunquam interrupta largitione*.

11. Magnificentiam vero ejus intelligere quis poterit? *Tui sunt cali, & tua est terra, or-
bem terra & plenitudinem ejus, tu fundasti*. Et S. Jacobus Apostolus ob eam dicit: *Qui dat om-
nibus affluenter*. Unde S. Ambrosius Deum di-
xerat. *Opulenta largitatis, nec avarum munere*.

Rom. 2, 14

rum, nec beneficij parcum. Nazianzenus quoque scribit, *Deo Nihil esse tam proprium quam in omnes esse munificentissime liberalem*; & ali-
bi de eodem attributo loquens eam appellat: *Redundantem effusionem*.

Orat. 20.
Orat. 2 de Paschate,

12. Ad hanc misericordiam ejus quis infinitam esse ignorat? *Misericordia Domini plena est terra*. Per *Visera misericordia Dei nostri visitavit nos Oriens ex alto*, *Miserationes ejus super omnia opera ejus*.

Pf. 32, 5.
Luca 1, 78.
Pf. 14, 4, 9,

13. Inter Divina attributa Justitia quoque locum suum habet. *Iustus es Domine & rectum iudicium tuum*. *Cognovi Domine, quia aequitas iudicia tua*. Imò adeò justus est, ut S. Petrus dicat: *Angeli peccantibus non pepercis, sed rudi-
tentibus Inferni detractos in tartarum tradi-
dit cruciantos*.

Pf. 118, 135
Pf. 128, 75.
2. Pet. 2, 4.

14. Denique & immutabilitas Deo attribuenda venit: *Ego Deus & non mutor; nec Malac. 3, 6 non & pulchritudinis decor*: *In quem deside-
rant Angeli prospicere*. Hac inquam & multa alia attributa in omnibus hisce tribus Perfor-
nis Divinis agnoscere & humillimè venerari possumus: *Et hoc ipsum erit devotionis &
obsequii nostri aureum* Deoque acceptissi-
mum tributum. *Advertendum tamen*, quod Peccatori dixit Deus: *Quare tu enarras justi-
tias meas?* Hugo de S. Victore super illa verba:
Sanctificetur nomen tuum, dicit: *quidquid de
ilo dici potest, etum sanctum est; sed tibi non
est, si non diligis, si non revereris*. Unde Deo gloriari tribuere nihil nobis proderit, nisi nos mediante Christiana innocentia, ejusque sanctæ legis observantia nos gratia sua reddidimus dignos. Author-operis imperfecti su-
per eadem verba, ita scribit: *Sanctificamus
Deum in nobis, quando scientes eum sanctum simemus & sollicitè vigilamus, ne forte viole-
mus sanctitatem nominis ejus in nobis per opera nostra mala*. Chrysostomus dicit quod ly-
copol. dicit idem significet quod glorificetur; optimeque qua ratione dignas ei laudes & gloriam tribuere possimus, declarat, dicens: *Dignare vitam sic munda conversations servare, ut per nos cuncti te em-
mend glorificente*.

Pf. 49, 16.

Deus

Deus magis se cognoscendum præbet iis, qui devotioni, humilitati, & bonitati vitæ student, quam qui in literis operam navant.

DISCURSUS TERTIVS.

Abscondisti hac à sapientibus, & revelasti ea parvulis.

Matth. 11. v. 25.

Inter alios egregios gratitudinis actus, quibuscum increata illa & incarnata sapientia se erga æternum Patrem suum gratam exhibere voluit, unus fuit, quo ei gratias egit, quod altissima & incomprehensibilia judicia mundi hujus sapientibus absconderit, eosque celaverit, eaque econtra patet fecerit & manifestarit humilibus, devotis, ac demum iis, qui terrenorum contemptui, cœlestibus vero sibi comparand. sededit erant: *Confessor tibi Pater Domine cœli & terre, quia abscondisti hac à sapientibus, & revelasti ea parvulus.* Unde clare liquet quod si suprema mysteria, maximè vero illud sanctissimæ Trinitatis arcana intelligere avide desideremus, necessum sit, ut quis libimet ipsi vilescat, & humiliari, mortificationi, & devotioni totaliter deditus sit, siquidem potius flexis à nobis genibus, quam intellectu elevato nos ad æternam illam & cœlestem sapientiam, illam inquam supremam Theologiam, quæ omnem humanam & Angelicam intelligentiam transcendent capiendam idoneos efficiemus. Sunt quidem nonnulli qui fatuè fieri posse, credunt, quod per studia, disputationes, & argumentationes suas eousque penetrare possint, ut qualis sit essentia Divina perfedissime comprehendant, & in secretorum æternorum penetralia admitti possint, sed turpiter in eo hallucinantur; non enim res ita se habet, inquit sanctus Bernardus, nam in schola Divinae sapientiæ major per viam orationis & contemplationis, quam per assidue librorum lectorum prosectorum comparatur. Non ea disputatio comprehendit, sed sanctitas.

Sapiens Proverbi, cap. x. scribit, immortalem illam sapientiam die quadam sumptuom decreuisse, instituere convivium: *Sæ-*

*pientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Sed quos ad illud opiparum convivium invitatos fuissent existimatis? forte Aristotelem quandam, vel Platonem aut Socratem, vel Demostenem, aut Tullium, aliquem n. i. minime gentium. Quia potius convivarum invitorum qualitatem, ab iis quos ad invitandum quaqua-versum dimisit, conjecte: Misit ancillas suas ut vocarent ad arcam, & ad mensa civitatis: si quis est parvulus, veniat ad me, & insipientibus locuta est. Non invitat studiotissimo & perspicacissimo intellectu prædictos, ne forte perspicacia & studio suo se divina secreta, & incomprehensibilium illorum mysteriorum, omnem intellectum humanum longè superantium scientiam assecuros fuisse, gloriari possent. Unde beatus Laurentius Justinianus ait: *Hic namque in scientia Divinitatis re-dissimus noscitur esse profectus, ut quanto magis intelligis, minus te scire cognoscas.* cum incomparabiliter excedat, quod scire non valeas; id quod tibi innotescit esse sciendum. Unde si quis intellectus, quantumunque etiam elevatus & perspicax sibi persuadere prælumeret, quod Divinitatis intelligentiam, & reconditissimum sanctissimæ Trinitatis, aliorumque omnium mysteriorum cœlestium intimam notitiam per viam studii assequi posset; is utique manifesto signo proderet se in errore positum & ignorarem esse. Siquidem insipientibus locuta est increata sapientia; abscondit hac à sapientibus & revelat ea parvulis. Quoniam non cognovit literaturam, dicebat David, introibo in potentias Domini. In quam velim Academia David studiis operam dedit? In quanam univeritate literas didi-
xit?*

ps. 70. 16.

icit? nunquid à pecorum direzione absumptus, accinctus est gladio ad bellum; & tametsi aliquanto tempore in Saulis commoratus fuerit regia, certum tamen est, quod ibi non studuerit, nec libros multum tractarit; & tamen prout ex Psalmo videlicet audacter sibi promitteret, dicens: Introibo in potentias Domini. Et fatendum est, quod vera fane Theologie medulla in ejus sit comprehensa Psalterio: Super senes intellexit; verum enim vero prout ipse in eodem loco fatetur, ideo in penetralia Dei adire se posse confidit, qui totaliter Dei erat servitio dedicatus, & quia vitam suam in summa innocentia transgebat. Unde postquam dixisset: Introibo in potentias Domini, continuo subjunxit: Domine memorabor iustitiae tuae solius: Deus docuisti me à juventute mea. A DEO igitur scientia infusa eierat. Sanctus Thomas de Villa-Nova illam Salvatoris agnitionem, quam discipuli illi in Emmae abeuntes donati fuerunt, quando erga ipsum in hospitium invitatum, & ingredi ferè coactum, hospitalitatis beneficentiam exercere decreverant; Is inquam, agnitionem illam ponderans, optimè notat, quod hanc agnitionem non acceperint per sacrarum literarum explicationem & interpretationem, tametsi hanc ab ipsiusmet æternæ sapientiæ ore perceperint. Valde notandum est, ut inquit Gregorius, quod isti discipuli, quem non cognoverunt disputantem de scripturis, cognoverunt eum in fractione panis: quia sapientia contingit, ut major lux & cognitio Dei reperiatur in bonorum operum exercitio, quam in sacrarum Scripturarum scrutinio; sicut scriptum est: A mandatis tuis intellexi, Et iterum: super senes intellexi, quia mandata tua exquisivi. Joan. cap. i. scribitur. Sanctum Philippum Nathanaëli viro satis docto & in sacris literis versato, fortuito sibi obvianti dixisse: Invenimus Iesum filium Joseph à Nazareth. Cui vir ille hæc verba protinus subjunxit: A Nazareth potest aliquid boni esse? Ita enim est: scientia inflat, intellige humana, charitas vero adfecit. Et mox subiungit: Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit, quemadmodum oporteat eum scire; si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. Illi illitatum, qui amore Dei ardenter, & veræ sunt dediti devotioni, illi inquam soli illuminantur: Advertendum est autem S. Philippum, tametsi & ipse doctus esset, in nullam tamen

cum Nathanaële disputationem descendisse; non enim DEUS per viam enthymematum & questionum inutilium, sed per viam sanctitatis, & cœlestium contemplationum, charitatis & amoris agnoscatur. Potius igitur summa cum assibilitate ei dixit: Veni & vide, quasi dicere voluisset; sufficit mihi, quod illum video, neque enim dubito, quin protinus ubi eum videris, ejus quoque amore sis ascendens, cumque tunc perfectè agnitus: Non indignatur, non agrè fert (inquit Chrysostomus) utpote parum creditus, sed exceptat virum, ut ad Christum adducat. In Concilio Niceno, cui § 18. interfuerunt Episcopi, multique alii totius Christianismi viri doctissimi; eo quoque inter alios accessit Philosophus quidam subtilissimus, qui variis Episcopos, ad disputandum de altissimis fidei nostræ dogmatibus, quibus contradicebat, provocavit; cumque nullus ei se opponere, eumque erroris sui convincere aut arguere praesumeret, ex toto sanctissimo cœru prodidit sanctus Spiridon in sanctitate quidem eminentissimus, magis tamen baculo pastorali ad pecora pascenda, quam pervolvendis libris assuetus. Hic inquam petita à sacrofaneo Concilio cum hoc scientiæ tumido, elato, & obstinato Philosopho congregandi licentia, ejus quod nos Catholicæ credimus plenam substantiam, paucis inique simplicibus verbis ei exposuit, moxque Apostolico spiritu & generositate eum, an id ipsum pretermisstis tot disputationum ambagibus, & ipse simpliciter crederet, audacter interrogavit, qui confessim plane obmutescens, & interius in corde & animo suo omnino mutatus, se omnia hæc firmiter credere, & vias ei manus dare respondit, et que quod hæc ratione eum ad hanc agnitionem erudiendo perduxisset ingentes gratias egit; Ac tandem ad suos conuersus eidem dixit; quod si argumentis disputationis res commissa fuisset, utique responsurus, seque illis oppositus fuisset, nunc vero non credere & vias non dare manus non potuerit, ex quo DEUS inter eo suo loqui cœpit. Unde respondere potuisset cum S Bernardo: Non ea comprehendit (id est, sacramenta cœlestia) disputatione sed sanctitas. Beatus Salelius in Tractatu de amore Dei, de quodam Abbe Vercellensi S. Andrea, qui olim S. Antonii de Padua magister fuit, refert, quod in Commentariis suis quos in Diony-

Hom. 9. in
Ioan.

Conc. in
Fer. 2.
Pasch.

1 Cor. 8.

Parte. I.
l.6. c.4.

Dionysium Areopagitam conscripsit, s^epius reperat, quod amor eo penetret, quo nulla pertingit scientia, dicitque, multos Episcopos sanctissime Trinitatis mysterium optimè intellexisse, licet iadōcti essent, nec in ulla alia quam amoris schola literis operam dedissent; similius que fum admiratur discipulum sanctum Antonium, ut potè qui sine ulla scientia aquisita, quandam didicisset Theologiam mysticam admodum profundam; adeo ut instar alterius cuiusdam Joannis Baptista nominari posuerunt Lampas ardens & lucens. Sanctus quoque Bonaventura in vita sancti Francisci refert; Seraphicum Patrem interrogatum, s^umum placeret, ut fratres sui literis operam darent, respondisse: Mibi quidem placet, dum sumen exemplo Corisbi, qui magis orasse legitur, quam legisse, orationis studium non evitant. Primus autem qui in ordine Seraphico Theologiam suis prelegit, fuit idemmet S. Antonius, qui discipulorum suorum corda devotione potius accendere, quam curiosis & vanis questionibus obumbrare fategit.

Cant. 4.9. 3. Deus noster animæ Philothœz in faciis Canticis ait: Vulnerasti cor meum (oror mea sponsa) in uno oculorum tuorum. Verum quidnam in eo latet mysterii, quod ab uno duntaxat oculo raptum se esse dicat? Num forte monocula erat? aut vero lusca? Minime genitium; quia de ea idem Deus ait: Tota pulchra & amica mea, & macula non est in te. Unde potius ita accidisse credendum est, quod tametsi utroque lumine prædicta esset, illorum tamen unum alio pulchrius esset, quod proinde omnis erat virtu atque defectus expers. Sanctus Bruno ad sensum spiritualem recurrentes. De ornatis dicit: unum oculorum dixit, quoniam non de tu Eccl. c. pluribus, sed de una virtute loquebatur: habet tamen duos oculos soror & sponsa Christi, quorum altero terram, altero verò respicit celum: per hoc autem humilitas & contemplatio designatur, & plus saepe placet Deo oculus humilitatis qui terram respicit, quam oculus contemplationis, qui ex qua sciri non licet, aliquando perscrutatur. Quando Salvator noster triumphabundus ingressus est Hierosolymam, Commota est universa Civitas, dicens: Quis est hic? Interrogabant, quis esset, quia cum non agnoscabant, ne quidem unus ex sacerdotibus, scribis, legisque Doctoribus ejus aliquam notitiam habebat.

Mansi Sanduarij Tom. II.

Quis igitur illam tanquam Filium Dei, & proximum in lege Messiam acclamabat? Quibus nam se Deus cognoscendum exhibuit? iis nimis qui ex omni populo simplicissimi & devotissimi erant, qui nulla erant literatura imbuti. Populi autem dicebant: Hic est Iesus Propheta à Nazareth. Etenim non obstante quod in contumaciam & in illorum conspectu multa operatus est miracula, quæ clarum divinitatis sua reddebant testimonium, in sua tamen ignorantia & quæ profundè remanerunt se, multi. Imo verò indignati sunt, & dixerunt, audi quid isti dicunt? quibus Salvator confessum respondit: Veique nunquam legitis; quia ex ore infantium & Lactentiorum perfecisti laudem? & reliquias illis abiit: eoque in sua ignorantia deseruit. Nunquid non sapientia clamitat, & dat vocem juam? Quos igitur alloqui deliderat, quos vocat, quos invitat? Intelligite parvuli, & insipientes animadverte; audite, quoniam de verbis magnis locutus sum. Vult igitur sapientia increata, ut idiota & simplices, humiles tamen & devoti ad sublimum & incomprehensibilium mysteriorum notitiam pertingant. Quantos vidimus saeculares simplices (inquit sanctus Thomas de Villa-Nova) & sine literis, eleemosynis, & fraterni panis vacantes, bonis operibus servidos; devotissimos, illuminatissimos? quantos literatos & predicatores, Theologos, cepidos, mundanos sine lumine; illa lux vera qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; credite mihi, operibus & Eleemosynis potius & perfectius inveniuntur, quam in libris. In cujus confirmationem illum adducit Isaiae textum, ubi Propheta nos exhortatur, dicens: Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in modum tuum; cum videris nudum opere eum, & carnem tuam ne despexeras; tunc erumperet quasi mane lumen tuum, orietur in tenebris lux tua, & tenebra tua erunt sicut meridies, & impletis splendoribus animam tuam: Ita laodus hic Propheta scribit. In sancto Joanne legitur, quod saecidores aliqui synagogæ Principes aliquos ad Christum Magistrum nostrum capiendum, ablegarint justitiae ministros & lictores: Misericordia Principes & Pharisa ministros, ne apprehenderent eum Videri poterant eosque vesania devenisse, ut eum comprehensibilem esse crederent: Veruntamen notandum Prover. 8.5. Conc. cœ-
tata.

Bb est,

DE SANCTISSIMA TRINITATE.

est, quod miraculosa eius facundiam & sapientiam audientes, adeo ipsi capti remanebant, ut a principibus sacerdotum interrogati, cur eum, ut jussi fuerant, vindictum & captivum non adduxissent, responderint: *Nunquam sic locutus est homo.* Unde Principes illi mox subiunxerunt: *Nunquid & vos seducti estis? nunquid ex principibus aliquis creditit in eum, aut ex Phariseis?* sed turba hec que non novit legem, id est, qui nec quicquam studuerant. Alia quadam vice quando super humana & prodigiosa operantem miracula calumniantes, dixerunt: *In Beelzebub principe Demoniorum ejus est Dæmonia;* seque hac ratione omnes quotquot sapientes erant, in veri Dei hujus agnitione cœcos esse probabant. devo-
ta quædam mulier eum agnoscit, ejusque confessio est divinam essentiam acclamando: *Bea-
tus venter qui te portavit, & ubera qua suscepisti;* adeoque veritatem suam fortitudinem est verbum Christi dicentis: *Abscondisti hec à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Theophilactus utilem quandam & ingeniolam, nostroque proposito valde accommodam obser-
vationem instuit super illa verba: *Sunt lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in manibus vestris.* Notandum, inquit, quod primo iubetur lumbos præcincere. Secundo lucernas ardere, nam primo quidem operatio, secundo speculatio. Abraham Cethuram inætate fatis matura in conjugem duxit. Per quam mulierem denotatur sapientia: *Ego puto,* (inquit Origenes) *quod melius tunc uxor accipitur, quando emortuum cor-
pus est, quando mortificata sunt membra;* Ve-
rum inquires, quomodo hoc verum esse poterit, siquidem ad prolis conceptum corpus requiri-
tur vigorosum & juvile? *Omnia in figura con-
tingebant:* major enim ad sapientiam sensibus nostris capacitas inest cum mortificatio Christi circumfertur in corpore. Sapientia ita S Job interroga: *Jubi inuenitur, & quis est locus intelligentie? nescit homo pretium ejus, nec iuuenitur*

LUCAS. XI. 27.

Hom. 11.
in Gen.

Job. 28. 12.

in terra suaviter viventium. Claustra inge-
diamini Monachorum, ubi in vigilarum, ora-
tionum, eliciorum, jejuniorum austeriori-
bus continuo vivitur, ibidemque altissimorum
divinitatis mysteriorum scientiam & intelligentiam invenietis; hi enim sunt, qui lumine
& agnitionem Dei veram habent. Sanctus Ber-
nardus qui quoddam sæculi sui oraculum fuit,
quique quantum illuminatus fuerit, per edita
opera sua satis demonstrat, vice quadam in-
terrogatus, ubinam in facies literis tradendis
& explicandis comparasset sapientiam, sub-
videndo respondisse fertur: *Modicum hoc
quod scio quod certè plurimum erat*) inter
fagos & querces Claravallenses ego didicis.
Et hinc est, quod in Capitulo, quod ultimum
est de interiori domo, scripsit: *Deum cognos-
cere, plenitudo est scientie;* ac tandem declaratur,
quanam ratione ad hanc scientię plenitudo
pertingeret, dicit: *Ad hujus scientie
plenitudinem opus est potius intima compunctione,
quam profunda investigatione; suspicere,
quam argumentio, crebre lamentationibus,
quam copiosis argumentationibus: lachrymis
quam sententio, oratione, quam lectione, gratia
lachrymarum, quam scientia literarum.* Denique considerarunt nonnulli greci illos Orientales Magos, aurum quidem Jesu recens nato-
obulile, veruntamen junctum myrra & incenso, idque non sine mysterio sanctus Gregorius ait: *Aurum offerimus si sapientia lumine Hom. 10.
Splendemus.* Quid si autem hanc sapientię & scientię, quanam de mysteriis coelestibus nobis comparamus, oblationem DEO grata esse volumus, eandem cum incenso continua orationis, & cum continua mortificationis tam interne quam externe myrra conjungere & associare debemus, nam juxta salutare illud monitum atque consilium quod habuimus:
*Ad hujus scientie plenitudinem opus est
potius intima compunctione,*

in Evangelio

Ad capienda incomprehensibilia sanctissimæ Trinitatis mysteria cor potius quam intellectus adhiberi debet.

DISCURSUS QVARTVS.

Diligite illum, & illuminabuntur corda vestra.

Eccl. c. 2. v. 10.

Hec nobis ab Ecclesiastico facta promissio valde est considerabilis : siquidem ad hoc ut pertingamus ad agnitionem Divinitatis , per viam charitatis & amoris nos procedere jubet : *Diligite illum ferventius amando* (inquit Lyranus) & illuminabuntur corda vestra , clarus cognoscendo ; nam amor penetrare facit intima ipsius amati. Enimvero dubium quoddam hic nobis haud immerito subnascitur , cur videlicet ad acquirendam DEI cognitionem & notitiam voluntas nostra divina inflammari amore debeat , & non potius excitari & exaciui ipse intellectus , ut potè ad quem solum spectat intelligere & cognoscere , sicut ad voluntatem amare. Ad hoc tamen breviter responderetur , dubium hoc lolummodo vim suam in scientiarum humanarum scholis habere , nullum verò in Academia cœlesti nervum habere; In hac etenim sublimiores Theologiaz addiscuntur non per intellectum , sed per affectum ; non per studium , sed per devotionem. *Res ista non scholam querit , sed corsinquit Doctor Seraphicus*) non magistrum , sed sponsum ; Divinis mysteriis à sapientia intacta imbuimur , non tanquam à Magistro , sed tanquam à spenso , per viam amoris & non studii. Sapiens qui se ad mystera extendit divina , animam suam eruditur volens , eadem non per potentiam intellectivam , sed corde perquirit , illudque amore plenum esse debet eo præcipue sine ut præcepte & imperia divina adimpleat. *Præbe fili mi cor tuum mihi , non dicit: intellectum , & oculi tui vias meas custodiant.* David libris tractandis nunquam allueverat : *Non cognovi literaturam*

prouti jam diximus , & de se nihilominus dicit : *super senes intellexi* , quia ad perfectissimam divinitatis intelligentiam & agnitionem perductus & elevatus fuit ; idque quia paulo antea dixerat : *Quomodo dilexi legem tuam* Ps. 118. 37. Domine! tota die meditatio mea est; *Ab omni via mala prohibuis pedes meos* , ut custodiam verba tua. Ecce tibi securum quoddam medium secretorum cœlestium intelligentiam assequendi , quæ David tanta cum profusione revelata fuere. Enimvero circa Magdalenam penitentem nonnulli notant , quod hæc ad convivium Pharisæi dissipatis capillis , oculisque non solum à capillatura , verum etiam à fetu & plantu obscuratis ingressa Christum Salvatorem nostrum tamen inter multos convivas subito sine ullo errore cognoverit , eique humillimum & devotissimum illud uniuersique satis notum obsequium praefliterit ; at verò post ejusdem Salvatoris resurrectionem , cum nequaquam discernere potuerit , eum hortulanum illius loci , ubi sepulchrum erat , esse existimans ; cumque illum tangere veller , benignissimus Salvator id ei recularit dicendo : *Noli me tangere* ; cum tamen antea sanctissimos pedes suos ab ea tangi , & comis suis abstergi , ac demum iis ab ea oscula infigi permisit. Responderi quidecum posset , quod tunc eum per viam amoris inquisiverit ; *Dilexit multum* ac proinde cognovit quod Iesus accubuisse : alia autem vice eum investigasse videatur per viam scientiæ ; unde & eum Magistrus titulo honoraverit. *Rabboni* , quod idem Luke. 7. est , quod *Magister* . ideoque mirum non esse , quod eum non cognoverit ; quia res ista non Magistrum , sed sponsum querit. *Quis posuit in lob. 38. 34. visceribus hominis sapientiam* (interrogat Jo. bus)

bus autem quis dedit gallo intelligentiam? ubi ad-
vestendum est, quod non dicat: *Quis posuit
in intellectu sapientiam?* sed in visceribus, per
quæ affectus denotantur amoris & compati-
tionis; Et hinc est, quod Jeremias compassio-
ni & amori DEI omnino deditus, ideoque ve-
hementer illuminatus dixerit: *De excelso mis-
signe in ossibus meis,* & eruditivit me; adeoque
hæc eruditio & sapientia non ex studio na-
scitur, neque suam ab intellectu derivationem
habet; Notandum est etiam, quod in Hebreo,
vice nominis Gallo, legitur *Cordi:* *Quis dedit
cordi intelligentiam?* sed dices forsitan, quid
cordi & Gallo commune intercederit? Quotidia-
na nos experientia docet, quod Gallus canticu
suo omnes quotquot in domo sunt, excites, &
pergefaciat: id quod etiam de amore DEI dici
potest, hic enim cum in corde nostro centrum
& quietem suam habeat, omnes alias animæ
nostræ potentias exsuscitat. Unde Philo Car-
pathius scribit: *Hic est enim primus ille animi
affectus, qui omnia docet & monet.* Sicut etiam
omnium sentium nostrorum primum mobile
est, omnibus hujus corporis partibus mo-
tum, calorem, & vitam subministrando, eodem
modo amor est, qui cunctos stimulat & regulat
noctuosos affectus.

*2. Dilige illum, & illuminabuntur corda
vestra.* Fabulam esse existimo, licet Plinius eam
inter Historias suas recenset; nimur certam
quamdam gentem inveniri, que non nisi
in pectore oculum defixum habeat; Gentem
quandam, quam Bleoniam vocant, que oculos
tantum habet in pectore: Veruntamen non fa-
bula, sed veritas est, quod sanctus Paulus scri-
bit, dum ait: *Propterea & ego audiens fidem ve-
stram, que est in Domino Iesu, & affectionem in
omnes sanctos, non cessò gratias agens pro vobis,*
ut Deus de vobis Spiritum sapientie illuminato-
res oculos cordis vestri. Ecce tibi oculos qui hoc
coelesti sapientie lumen recipiunt, in pectore
constitutos, id est, prius accentos & praemore
ardentes: *Oculos cordis illuminatos.* Non nulli ex
Apostolis Christi, post ejus resurrectionem
piscationi operam dabant, cum ecce coelestis
aplorum Magister Christus eis apparente in-
terrogavit eos: *Nunquid pulmentarium habe-
nis?* S. Joannes autem qui factum istud recen-
ser, scribit: *Non tamen cognoverunt discipuli,*
quia Iesus est; *Quis igitur est ille, qui eum agno-
rit?* Dixit ergo discipulus ille, quem dilgebat
Iesus petro: *Dominus est;* *Scitisne causam, cuius*

dilectus hic Christi discipulus præ cunctis
aliis acutiorer, magisque Lyneos habeat oculi?
Chrysologus ait: *Primus qui diligitur, vi-* Serm. 78.
det, quia semper amoris oculus acutius instuetur,
& semper vivacius, qui diligitur, sentitur. Ibae-
sponsa in facris canticus dilectorum suum ma-
gna cum anxitate investigans: *Quasi vi, quem* Cant. 21.
diligit anima mea; *qui si illum & non inveni.*
Surgamus & circuibo civitatem, per vicos, & pla-
teas, quarum, quem diligit anima mea. Theodore-
retus itea est opinione, quod hic anima
quædam adumbretur, quæ prius secreta na-
turali investigans: *Circuibo civitatem, polles*
perveftigare intitut naturam Angelicanam: *Per*
vicos & plateas, custodes supra mea Civitatis mea
pervagans atque inquirentem conspicerunt. Tandem vero interrogat: *Num quem diligit
anima mea vidabis?* Sibi namque persuadet
coelestes illos Spiritus perfectè eum comprehen-
dissit: *Illi autem id negantibus, ab eis te-
elongavit, & paulo post dixit: Inveni, quem di-
lit anima mea.* *Quoniam autem ratione dilec-*
tum hunc tandem invenit & quando eouique
elevata est, ut ipsum incomprehensibilem esse,
omnique intellectus creari capacitate superiorem
esse agnosceret; *Inveni ipsum in iis, quatenus*
orationisq; vim atque intelligentiam superant:
Si potquam eum imperceptibilem & incompre-
hensibilem esse intelleximus, cum ulterius eosq;
cognoscere volumus, quoque humana nostra
fragilitas id faciendi capax est, necessario ei non
solum intellectu, sed etiam in corde preparandus
& assignandus est locus. *Quoniam incompre-
hensum illum inveni, intus eum tenui & in me-
dio cordis, Patrique coaternum esse cognovi.*

3. Inter alios Beatitudines haec quoque re- Matth. 5. 8
centur: Beatum mundo corde, quoniam ipsi De-
um videbunt. Porro Nazianzenus scribit, De- Orat. 40.
um lumen quoddam inaccessibile esse, quod in in Sacr.
intellectu humano intueri non possumus, ani- Bapt.
mam vero eo modo illuminare, quo sol cor-
poris res haec sensibili illustrare consue-
vit; lumen autem & agnitionem istam tanto
magis communicat, quanto homines mun-
diiores sunt, & puriores; sol etenim major
lucem Chrystallo alicui vel alteri corpori
diaphano & transparenti communicat, eo
quod objedum quoddam sit altero longè
mundius & purius; non tamen ita lumen
suum marmori aut lapidi cuiquam commu-
nicare poterit. *Eo se magis contemplandum no-*
bis prabens, inquit de hoc Sole divino, quo acu-
ratum

78.
31.
7. 18.
Serm. 76.
de Temp.

*Y*atis animos purgaverimus, eo denique magis cognoscendum, quo magis amaverimus. Sapientia illa incarnata altissimam hanc cceli sapientiam Apostolis suis, paulò ante idiotis pectoribus post suam ad ccelos ascensionem infundere disposuerat; sed quem id faciendo modum servavit? Numrum prius ipsos mediante Spiritu sancto amore suo accedit, & hoc igne corda ipsorum plenè purgavit: *A*dvenit ignis divinus, (ita in quodam matutinali Responsorio canit infra oīavam Pentecostes sancta mater Ecclesia) non comburens, sed illuminans: non consumens sed lucens, & inventis corda discipulorum receptacula munda. Haud dubie hujus nota erit illa tripla Angelorum Abrahæ facta apparatio, à quo & hospitio recepti fuere; Hi autem Angeli, juxta communem Patrum sententiam hoc sanctissime Trinitatis mysterium representabant; siquidem Abraham tres vidit, & unum adoravit: Unde licet ipsorum tres essent, ad ipsos tamen in numero singulari dixit: *D*omine si inventi gratiam in oculis tuis. Multa autem in hac Historia concurrunt proposito nostro optimè servientes circumstantiae. Et quidem in primis dicitur: *A*pparuit autem ei Dominus in cœllo Mambre in ipso fervore diei Observat au-
ten S. Augustinus, quod illicem Mambre in lingua Latina idem significat, quod visus; & subiungit: *E*rat enim mundus corde, ut posset Deum videre: in tali ergo loco & in tali corde potest Deus habere convivium Portio memoranda est, quam Philippus Christo nomine omnium confoditalium suorum proponeret: petitio, dum ait, *O*stende nobis Patrem; quando autem eis Spiritum sanctum promiserat, dixit eis: *I*n illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo: Qui diligit me, diligitur a Patre meo & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & manu-
ficiem apud eum faciemus. Ecce tibi tres divinas per sonas, in unico cordis Deum, arantis hospitio, siquidem ipsemet amor divinus nihil est aliud, præterquam Spiritus sanctus. S. Antonius Magnus, prout in ejus vita reseratur, di-

cere solitus erat: *A*nimam Deo servientem, si in ea permanerit integritate, qua nata est, plus scire posse quam Damones. *S*anctus quo- *H*om. 1. in que Chrysolomus dicit, ad divina mysteria Matth. perdicenda nihil nobis libris opus futurum esse, dummodo puram mundanque haberemus conscientiam. *O*bseruanda vero sunt verba quibus id ipsum enuntiat: *O*pertuerat quidem nihil nos indigere auxilio literarum, sed tam mundam in nobis exhibere vitam, ut librorum vice gratia Spiritus sancti uteremur. & sicut atramento illi, ita corda nostra inferiverentur à Spiritu. Non vult igitur, ut intellectus, sed cor sit hujus cognitionis, hujusque cœlestis intelligentiae hospitium. *P*ræterea *G*lossa futurum esse dicit, ut anima aliqua beata tanto majori cum perspicacia in cœlo obtutum suum fixura sit in divinam esentiam, quanto in hac vita habuerit puriores, mundioresque cordis sui oculos: *O*mnes ibi communis felicitate Divina *L*ib. 3. *R*eg. 6.7. vers. rursus, *S*cribit etiam Guericus Abbas: *Q*uanto autem verius illuminato corde Deus agnoscitur, tanto fiducialius in eo speratur. *Q*uis unquam in hac vita inventus fuit, aut deinceps ad finem ulque feculorum invenietur, qui majorem habuerit Salomonem sapientiam, si magnam DEI matrem excipias? Notandum est autem, quod sapientissimus hic Rex à Deo non intellectum aliquem subtilem, acutum & perspicacem possularit, sed oculum cordi imposuerit: *D*abis ergo seruo tuo cor docile, ubi Lyranus ait id est, illustratum à te; immo & Deus ipse dicit ei: *D*edi tibi cor sapiens & intelligens. Unde & Spiritus sanctus satis perspicue de eadem admirabili Salomonis sapientia attestatur, eandem potius in corde ejus, quam in ipsius intellectu sedem suam habuisse: *V*niversa terra 3. *R*eg. 10. desiderabat vultum Salomonis, ut audiret sapientiam ejus, quam dederat Dominus in corde ejus. Quam etiam David Pater ejus in altissimi cœli mysteriis illuminatus fuit, idque quia petierat & obtainuerat, dum ait: *C*or mundum crea in me Deus, & spiritum regnum innova in visceribus meis.

Scientia cognoscendi Deum potius per viam amoris quam studii acquiritur, & comparatur.

DISCURSUS QVINTVS.

In Charitate radicati & fundati; ut possitis comprehendere, quae sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum; scire etiam supereminentem scientiam charitatem Christi: ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

Ad Ephes. cap. 3. v. 17.

Sicutus Apostolus qui reconditissimorum secretorum Divinitatis particeps factus fuit, siquidem etiamnum inter homines in carne mortali vivens ad coeli penetralia sublevari meruit, unde audivit arcana verba, hic inquam optimum nos docet modum altissima & imperfcratibla intelligendi mysteria, sive divinorum attributorum, sive Incarnationis verbi, vel processionis trium Divinarum personarum, sive ut uno verbo dicam, ut impleamur in omnem plenitudinem Dei. Quodlibet enim thesauris illis losupletari volumus, de quibus scriptum est: *Thesauri sapientie & scientiae absconditie ecce tibi modum, quo id obtinere possis: In charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere.* Et quidem si unquam opus fuit, ut hujus intelligentiae nos capaces reddamus, nunc certè ad id necessitas maxima urget; siquidem ante octo dies corda & mentes nostræ hoc amoris igne succensæ ardere cœperunt; *Ut impleamur in omnem plenitudinem DEI.* Oecumenius & Theophylactus verba hæc de tribus personis, earumque attributis intelligenda esse declarant. Licer S. Bernardus alio quodam sen-

Coloss. 7.

su explicet; dum ait: *Divina essentia resuna Lib. 1. de cum sit, est tamen longitudo propter charitatem confidem, sublimitas propter majestatem, profunditas finis propter sapientiam.*

2. *In charitate radicati.* Ab ipso usque Platone, qui Divini novem ab antiquitate sofitus est, scriptum extitit: *Amor omnia scit; Amor in schola DEI, tanquam Theologus subtilissimus omnia penetrat & reconditissima secreta.* Utitur autem Apostolus Phrasil illa loquendi, *Supereminentem scientiam charitatem Christi,* per illam inuenire volens, charitatem & amorem Christi omni studio, omnique scientia superiorē esse; siquidem amor est, qui primus in scholam Christi pedem figit, non vero scientia aut sapientia; atque ideo S. Augustinus, qui intellectu adeo elevato præditus adeoque prodigiosa doctrina imbutus fuit, attamen dixit: *Qui vult habere notitiam Dei, amet.* In rebus quidem hisce inferioribus *In Manus datis perspicue videtur*, quod nihil ad voluntatis affectus transeat, nisi mediantibus notionibus intellectus; ideoque ordinariè nullum objectum tamari solet, nisi prius cognitum fuerit: at vero in rebus divinis contrarium frequenter accedit, siquidem ab amore communiter sumitur initium, & hunc postea sequi-

sequitur notitia, quæ afficit intellectum. Unde Doctor Gentium latius manifestè nobis insinuat, primo loco jaciendum esse fundamento Charitatis; In charitate radicati & fundati postea vero divinorum & supernaturalium mysteriorum scientiam promittit & cognitionem: Ut possitis comprehendere quæ sit. Et Elias in curru igneo in celum ascendit, & hoc ut S. Gregorius notat, symbolum fuit animæ cuiusdam, qua alii speculationes transcendit Empyreum; Per hoc quod Elias in igneo curru ascendit, significatur, quod ad culmen contemplationis plus facit dilectionis fervor, quam splendor cognitionis; unde dicit Commentator super cap. cœlestis Hierarchias ubi scientia foris stat, dilectio intrat. Consideres quo se primas & fundamentales Ecclesiae Dei columbas, nimirum S. Joannem Baptizans, Petrum, S. Paulum, & S. Joannem Apololum & alios similes, & semper invenies, quod supra omnes alios cœlestium mysteriorum lumen & agnitionem habuerint, temeti in nulla schola alia edocti fuerint, quam in schola charitatis & amoris Dei. Et tamen S. Paulus pruulquam in Academiam Christi pedem intaret, in lyngogis Judæorum sub Gamalielie legis Doctore studis operam dederit, p. e. amens latus aperte protestatur, dicens: Non judicaris me scire aliquid nisi Iesum Christum & hunc crucifixum, utpote qui liber ille est, in quo tanto cum protecu multis studere Theologi & sancti, & inter illos speciūlter Seraphicus Bonaventura.

3. Sanctus Joannes Apostolus Praecursor Christi Joanni Baptiste æternæ veritatis perhibet testimonium, dunt ait: Ille erat lucerna ardens & lucens; ubi per ardorem amor de notatur, scientia vero per lucem; ubi tantum advertendum, quod prius dicatur ardens, ac deinde lucens; quia amor est, qui illuminat intellectum. Unde S. Bernardus ait: Non ait lucens & ardens: quia Ioannis ex fervore splendor, non feror prodit ex splendore. Hic ardor lucem & agnitionem ei contulit, per quam digitus Filium Dei demonstravit, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Super ipsum aperti sunt celi, & altissimum Trinitatis mysterium ei manifestatum fuit; In Columba namque intelligitur Spiritus sanctus, in voce qua insonuit, redditur testimonium Patris, & Filius Dei incarnatus erat is quem manus suis contrectabat. S. Bernardus hunc texium adducit: Sapiens permanet

ut sol, stultus ut luna mutatur, quibus verbis sapiens verum sapientem Soli assimilat, qui calorem & splendorem in se complectitur, cum ramen luna econtra solum habeat splendorem, cui proinde similes sunt sapientes & scientifici hujus mundi, quæ cauæ est, quod sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum; habent namque exteriorum quidem apparentiam, per quam intumescent, & inflantur, non vero ad interiora & reconditiona penetralia usque penetrant, o quod Spiritus & charitas illis desit. Prius serm. 3. de verb. Isaia Bernardus loquitur) nec dubium, quin & splendor adiiciatur tibi.

4. In Charitate radicati S. Petrus ad semipaternam laudem suam, insignem illam divinitatis Christi confessionem, sibi ab æterno Patre revelatam: Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, aperte coram omnibus intritum. Nullam vero hac assequi poterat altiorem, eranteriorumque scientiam, videre scilicet carnem humanam eousque depressam & humiliatam, ut de semetipso Salvator dixerit: Ego autem Veritas sum, & non homo, opprobrium hominum &

Pf. 21. 7.

abjectione plebis, & tamen sub illa latenter venerari Altissimi divinitatem & Majestatem. Et quidem Petrum non in alia schola, quam in amoris Dei gymnasio edictum fuisse probatione nullatenus indiger, siquidem ipsemet id ipsum fasteatur, dum a Christo interrogatus: Petre amas me? respondit, Tu scis Domine, quia amo te. Et quidem non tantum senel sed ter circa hanc virtutem examinatus fuit. Phagoras solo naturali lumine instructus ait, quod qui bona terrena desiderat cognoscere, earum odio habere debeat, qui vero Deum cupit cognoscere, eundem necessario debeat intimè diligere. S. Joanni Apostolo (de quo sancta materna Ecclesia canit, Beatus Apostolus, cui revelata sunt secretæ cœlestia, ob quam causam de Apocalypsi quoque scribitur: Tot Sacra menta, quos apices) Aquila passim adscribitur, ut pote qui elevati intellectus sui oculum in immortalis & æterni Solis rotam præ quovis alio altius defixit, ejus in Evangelij sui exordio reddit testimonium, idque fecit, cum antea piscator & idiota fuerit, quem nullos unquam manus suis contrectasse libros scimus; soli ipsi in veræ sapientiæ librariam liber semper patuit introitus: Fecit Bibliothecam suam pectus Christi; quicquid autem in cœlesti

sapi-

¶ Reg. 2.

Lib. 5. mor.
cap. 28.

¶ Cor. 2. 2.

Ioan. 5. 35.

Serm. de S.
Ioan. Bapt.

¶ Cor. 3. 19

Serm. 3. de
verb. Isaia

Pf. 21. 7.

Ioan. 21.

17.

Ioan. 13. sapientia discendo proficit, id ardentissimi amoris sui meritis acquisivit. *Santus Thomas de Aquino* glossa sua illa verba illustrans: *Erat ergo recumbens unus ex discipulis ejus in sinu IESV, quem digebat IESVS*, dicit sanctum Petrum avidum sciendi quisnam Domini futurus traditor esset, magna cum instantia petiisse à Ioanne, ut hac de re Redemptorem interrogaret, sciens quod illi tanquam praeceteris dilectioni discipulo, nullum celaturus esse secretum, prout re ipsa accidit. Dicit igitur sanctus Thomas: *Mystice per hoc datur intelligi quod quanto magis homo vult divina sapientie secreta capere: tanto magis conari debet, ut propinquior fiat Iesu*; secundum illud ps. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini: nam divina sapientie secreta illis praecepit revelantur, qui Deo juncti sunt per amorem*. *Santus Thomas*, in cuius pectore sol depingitur, quasi super omnes Ecclesiae Doctores, quibus solis lucis titulus attribuitur: *Vos estis lux mundi, doctrina praestantia emineat*; quiique quidam in Theologia Angelus, seu Doctor Angelicus appellatur; his inquam licet multos in lucem libros ediderit, studiisque literarum sacrarum apprime deditus fuerit, de eo tamen scribitur: *Nunquam se lectio aut scriptio dedit, nisi post orationem jejunium adhibebar, dicere solebat, quicquid sciret, non tam studio, aut labore suo peperisse, quam divinitus traditum accepisse*. *Santus Bonaventura* quoque Doctor appellatur Seraphicus, cuius scientia admiranda fuit, omnemque humana intelligentiam transcendit, adeò ut ipsumm̄ oblitus pescere fecerit Doctorem Angelicum; A quo die quadam interrogatus, quosnam libros studendo per volveret, Crucifixi imaginem osculis fere detritam libri loco eidem ostendit. Scribitur etiam in Chronica sancti Francisci, Fratrem Egidium ealiquando dum Monisti Generalis officio fungeretur, dixisse, eos qui Magistri in Theologia, ideoque multa scientia imbuti essent, meliori & utiliori modo DEUM laudare & cognoscere posse, quam iple sibi similes idiota & simplices viri facere valerent; cui sanctus Bonaventura respondit: *Tametsi DEUS nullam aliam homini gratiam contulisset, quam ipsum amare posse, haec unica pre multis aliis abunde sufficeret*. Subiunxit igitur frater Egi-

dus, potestne igitur homo ignorans & idiota DEUM ita laudare, sicut homo literatus? Potest, utique respondit sanctus. ideo etiam ut anus seu vetula aliqua DEUM plus amare possit, quovis insigui in Theologia magistro. Ex quibus verbis consolatione plenus & animatus frater Egidius ad horum seculū contulit, & cum ingenti spiritu fervore ad Civitatem conversus altum exclamare cœpit: *O pauperula anus, idiota & simplex, ama Dominum IESUM Christum, & poteris Bonaventurā fieri excellentior*; Et hoc dicto per trium horarum spatiū in extasim raptus fuit. Similiter in vita beati Fratris Ruggeri de Provenza Franciscani legitur, quod cum aliquando interrogaretur, quoniam modo facienda esset unio voluntatis propriæ cum divina, responderit: *Quotiescumque vis legere, priusquam librum aperias cor tuum ad DEUM dirigito; e que cum humilitate sincera dico tibi Domine, hic hominum vilissimus iudignus servus tuus. Gazam tuam ad videndum ingentes thesauros tuos, ingredi desiderat; ac proinde per tuam clementiam & benignitatem tuam te obtestor, ut fores illius aperire digneris, pariterque efficere, ut ipse te cognoscat, ad hoc ut etiam te diligat, tantumque ei concedito amorem, quantam largitus es cognitionem, nec permittas, ut plus te cognoscat, quam te actualiter diligat, neque enim O mi Domine te cupio alio fine cognoscere, quam ut te valeam amare. Quisquis talis futurus erit, qualem te ut seres edocui, protinus ut librum aperuerit, Deum quoque inveniet*.

5. In charitate radicata. De sancto Antonio sanctus Athanasius tantam hominis sapientiam fuisse scribit, ut per hanc sapientiam suorum temporum Philosophie summe admirabilis fuerit, ipsumque illuminatissimi Ecclesiae Theologi oblitus pescerint, è quorum numero unus justam de eo tulit, remque sententiam dicens: *verè istum esse DEI favulum, nec in rustico homine tantam aliquando potuisse inesse sapientiam, nisi divino amore regeretur*. De sancto Francisco, qui verus quidam in amore Seraphim fuisse noscitur, sanctus Bonaventura in ejus vita scriptum reliquit. *Quamvis non haberet sacrarum literarum peritiam, vel doctrinam, acerna ramen lucis*

Cap. II.

irradiatus fulgoribus, Scripturarum profunda miro intellectus scrutabatur acumen: penetrabat enim ab omni labore purum ingenium mysteriorum abscondita, & ubi magistralis scientia foris latet, affectus introbat amantis. Tamum nimirum saeptus Bonaventura sapientia & eruditionis sua testimonium perhibuit, rarer si nunquam in ullo alio libro, quam in solius Crucifixi imagine libri loco studuerit. Ita tamen à divino Magistro Christo didicit, ut viros etiam doctissimos humanitus instructos, sua eruditione & Scripturarum intelligentia

superaret. Occurrunt mihi hoc loco nonnulla à Pico Mirandulano ad Angelum Politianum miro cum ingenio concepta. & proposito nostro interventia verba: Sed vide mi Angel, quia nos insanis teneat, amare Deum, dum sumus in hac vita plus possumus, quam vel eloqui, vel cognoscere; amando minus laboramus, nobis magis proficimus, illi magis obsequimur; Et tamen volumus magis querendo per cognitionem nunquam invenire, quod querimus; quam amando possidere, quod sine amore frustra etiam inveniremus.

Spiritum sanctum ad sublimiora & ineffabilia Divinitatis mysteria intelligenda interpretem nostrum esse ostendunt.

DISCURSUS SEXTVS.

Per te sciamus da Patrem, noscamus atque Filium, te utriusque Spiritum, credamus omni tempore.

VTIQUE non modicam vobis conciliabit admiracionem, quod ego post absoluta Festa Spiritus sancti, nihilominus in hac Dominica, quem singulariter gloriae sanctissime Trinitatis dedicata esse noscitur, præcipitate verba thematis loco usurpem, Admirari tamen desineris, si ad sequentis dubii resolutionem reflexeris. Quodnam igitur in eo latet mysterium (ita nonnemo ex devota quadam curiositate motus, sciscitari posset) quod sancta mater Ecclesia inter omnes Dominicinas, quales per anni gyrum multe occurunt, hanc præcipue Dominicam, quem festum Penthecoltes immediatè sublequivetur, ad obsequiū sui tributum tribus hisce Diviniis personis exfolendum elegerit? Enim verò quodsi bene consideraverimus, quam sit ineffabile hoc mysterium cuivis intellectui creato imperferrabile, inveniemus utique quod ad id præstandum hoc tempus convenientissime præ omnibus selegerit, in quo loco magistri Spiritum sanctum habuimus, quem etiam eo præcipue sine specialiter in-

vocavimus, dicentes: per te sciamus da Patrem, noscamus atque Filium, te utriusque Spiritum credamus omni tempore. Porro Theophylactus convenienter admodum ad praesens propositum illum ab antiquissima Ecclesiæ traditione introdукtum fidelium ritum in hoc præcisè festo, non verò ante-hoc festum genuflexendi, cum alias à Paschate usque hoc orationes nostras recto corpore stantes exsolvore consueverimus: hisce verbis nobis explicat, dicens: postquam ignea linguis Spiritus sanctus nobis apparuit, genufleximus significantes per spiritum perfectam & absolutam nos didicisse Trinitatis adorationem. Sic quoque Venerabilis Beda in Gloria citatus horam, in qua divinus hic ignis è ecclesie descendit, acutè observat, nimirum horam tertiam, indeque pulchritum hoc deducit mysterium: Spiritus sanctus gloriam Trinitatis mundo prædicaturus tercia hora convenienter descendit. In cœata illa sapientia mortalitatis nostra exuvias vestit, suos quidem Apostolos multo jam tempore docuerat & erudierat; verumtamen ut illos tam sublimis scientia, qualis est essentia Divinæ cognitionis, capaces reddeat, illos præmonuit, mittendum illis esse

Mansi Sanctorum Tom. II.

Cc Spiritum

14.

Spiritum sanctum: *Ego rogabo patrem, & alium Paraclitum dabit vobis; vos autem cognoscetis eum; quia apud vos manebit, & in vobis erit; ac tandem subiungit; in illo die vos cognoscetis, quia ego sum in vatre meo.* Sancta quoque mater Ecclesia Spiritum sanctum Magistrum nostrum esse declarat, quin nos docet, nobisque Patris eterni & Filii sui notitiam & agnitionem ministrat, idque non solum in hoc mysterio praestat, verum etiam in quavis alia veritate & mysterio, ipse ipse est, qui nos docet & erudit; atque ideo in quadam Oratione feria quarta prece deutis ita oramus: *Mentes nostras qua sumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet & inducat in omnem sicut tuus promisit Filius, veritatem.* Et quidem quot fuerunt Apostoli myleria abscondita, tametsi Salvator iis dixerit: *Quicunque audiri à Patre meo, nota feci vobis?* Siquidem ad Spiritum sanctum spectabat, eos ad illa intelligenda capaces efficeri: *Cum autem veneris ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Intra eadem incarnata sapientia eos de pluribus docere dicitur, quia eos sine spiritu sancto pro aliis mysteriorum intelligentia, dociles aut capaces minimum fariros esse praevidebat, unde aut: *Aduic multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: cum autem veneris ille spiritus veritatis, docebit vos;* prout deinceps tripla accedit; Nam in die Pentecostes Apostoli, qui hactenus ignorantes & elingues fuerant, vix recepto spiritu sancto, eademmet die loquebantur variis linguis Apostoli magnalis Dei; & cum prodigiosa taciturnia & animi libertate demysternis, altissimis Trinitatis, Incarnationis, Resurrectionis, & Ascensionis Christi, nec non Luchanis, omnibusque aliis adeo sublimiter cœperunt dilucire, ut omnes attoniti illos audirent, siquidem ingerens illa multitudo mente confusa est, ut ait Scriptura.

Aet. Apost.

2.

2. In veteri Testamento abundantata inventimus multa Evangelicae legis Sacraenta. Et quidem in Canticis Annae matris Samuelis legimus Spiritum sanctum dicentem: *Deus scientiarum Dominus, & ipsi preparantur cogitationes; quasi spiritus sanctus dicere vellat:* F. ultra per volvuntur a discentibus libri, frustra in scholis disputatur, frustra ingenia circa scientiam Theologicam per altas speculations excentur & exactiuntur, nisi DEUM

Magistrum suum habeant, qui studia ipsorum dirigat: *Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore,* q.d. Deus reconciliatissima Divinitatis sua mysteria simplicibus & humilibus communicavit: *Dedit eas simplicibus in novo Testamento.* Ab conditi hac glossa. *In Morali sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Arcus fortium superatus est, id est, scientia Scribarum & pharisaorum; hi enim sapientiores & eruditiores erant, qui in synagogis docebant alios; hi retro manserunt, & neglegti sunt; siquidem infirmi accincti sunt robore, id est. Apostoli simplices & illiterati, accincti sunt robore in spiritu sancti datione, per quem facti sunt intelligentes Scripturarum, & eloquentes in omni idiomate. Chrysostomus Hom. 1. in Matth. miliam suam primam super Matthæum, prouti Matth. supra diximus, hinc verbis exorsus est: *Oportuerat quidem nihil nos indigere auxilio literarum, sed tam mundanum in nobis exhibere v. tam, ut librorum vice, gratia spiritus sancti uteremur, & sicut atramento illi, ita corda nostra inscriberentur à spiritu.* Optaret, quod digitus spiritus sancti esset ille, qui cordibus nostris Dei sapientiam inscriberet; hoc enim ad veram sapientiam addiscendam abunde sufficeret; id quod os aureum Chrysostomi multorum Sanctorum veteris Testimenti testimonio & exemplo confirmat, qui in Theologia ecclesiastissima excellentissime illuminati fuerunt; prout videtur est in Noë, Abraha, Jobo, Davide, Moysi, & plurimi ali, qui cum Dei amore accensi in summa innocentia viverent, pleni erant spiritu sancto; Tandem vero sanctus Doctor id ipsum in sanctis Apostolis exemplificaturus dicit: *Nec apostoli Christus aliquid scriptum tradidit, sed pro literis spiritus sancti gratiam se daturum illis promisit;* ille, inquit, docebit vos omnia. Spiritu sancto in Hymno Ecclesiastico: *Veni Creator spiritus, datum est nomen, quo appellatur unitio spiritualis: Et spirituali unitio.* Siendum est autem, quod ubi vulgariter nostra legit: *David sedens in cathedra sapientissimus.* Chaldaeus vertat: *Vnctus unitione sancta;* per hoc innuere volens spiritum sanctum magistrum tuisse Davidis, qui adeò admirabilem ei scientiam infudit, maximè si statum & professionem ejus respicere velimus, nam Pastor, miles, aulicus, ac tandem Rex fuit; & tamen licet libros nunquam per volvisset, nemo nescit, quam fuerit in facie myste-

Reg. 24.

2. Reg. 25.

DISCURSUS VI.

38

mysteriis versatus , & in reconditissimorum
 Divinæ sapientiæ Sacramentorum intelligentia eruditus , adeo ut sancta Dei Ecclesia
 gloriam & laudem DEO decantatura , in ho-
 diernum usque diem pientissimo ejus Psalte-
 rato utatur. Quadam vice amore flagrans Deum
 precabatur dicendo : *Quis dabit mihi pennas
 sicut columba , & volabo ?* Cur autem supra
 cœlum Empyreum evolatus non potius Aquilæ alas sibi dari postulat , quales habuit
 sanctus Ioannes Apostolus , maximè quando
 oculos suos in lucem illam luminosissimam So-
 lis illius , qui tribus lucibus in una luce resplen-
 deret , astringere volebat ? Aut cur non potius
 dari sibi postulat alas Phœnicis , unicæ in ter-
 ra volucris , totiusque alati gregis Regioæ , &
 ut ajunt , tanta ipliùs metu foliis amulæ , unde
 & avis solaris appelletur ? Columba quidem
 volucle quoddam est simplex , purum &
 candidum , illam tamen visus sui perspicaci-
 am , & in evolando , ut ita dicam , velut supra cœ-
 los , instar Aquilæ agilitatem & velocitatem
 non habet ; atque hoc est specialissima ratio-
 neur David columba alas sibi postularit ; in-
 telligebat enim , quod ad hoc ut quis in illam
 scholam intromittatur , in qua sanctus Paulus
*Audivit arcana verba , non opus sit subtili inge-
 nio , vel intellectu elevato , sed potius simpli-
 citate , devotione , & innocentis vitæ purita-
 te Cum simplicibus sermocinatio ejus . Author*
 Pro. 3. 52.
 Ptolomeus in preemio Almag.
*quidam valde eruditus ait : Meditatio est clauis sapientia . Columba symbolum sunt de-
 votorum contemplativorum , illatumque
 maximè animarum , qua charitatis & ano-
 ris annulo mediante despontantur Christo ;
 Una est columba mea . Similiter representat
 illos , qui interventi oratione gemunt ; Hec
 autem est , quæ reconditissimorum Sacra-
 mentorum intelligentiæ viam aperit . prout sancti
 Thomæ Aquinatî , multisque aliis fecisse
 constat . Veruntamen exultimo Davidem , ut
 potè Spiritu propheticò à D E O exornatum
 prævidisse , quod Spiritus sanctus tandem in
 plenitudine temporum in columba specie
 in terram descendurus esset , ideoque colum-
 ba alas sibi popolcisse , id est , sanctissimi hu-
 jus Spiritus instructionem , per quam semper
 directus fuit . Quis etenim Messia adventum
 ipso vivacius prædicendo repræsentavit , ta-
 meti tot ante Messiam natum saeculūs vixit .*

rit ? quod sine Spiritu sancti direzione fieri
 non potuerit ; nam ut benè Tertullianus ait : *Lio. 4.
 aman.*
*Cuienim veritas comperta sine Deo ? cui Deus Deum
 cognitus sine Christo ? cui Christus exploratus capi.*
sine Spiritu sancto ? Ecclesiasticus de cuius si
Eccles. 1. 9.
*sapientia tractans scribit : Ipse creavit illum
 in Spiritu sancto . & vidit . & dinumeravit , &
 mensus est . Unde clare deducitur quod cum*
 D E U S sapientiam Spiritui sancto unitam &
 annexam creaverit , sine ejus quoque auxilio
 consequi vel haberin non possit . Sanctus Diony-
 sius Areopagita , qui De cœlesti Hierarchia , de
 Divinis nominibus , de mystica Theologia tam
 sublimiter scripsit , lumine admiratus est lu-
 cem illam ignemque divinum , qui in mente
 Hierothei chari amici , & discipuli sui ac-
 census fuit , simulque insinuat , per quam viam
 ad tam sublimem intelligentiam pervenerit .
 Nam Ex compassione ad ipsa qua doceri non
 possunt , intellectum humanum tam eminenti-
 te capacitate interiorē esse intelligebat , ideo-
 que suprema illa mysteria incomprehensi-
 bilia esse cognoscet , quibus proinde sola
 devotione mediante afficietur . Verunta-
 men inquit Dionysius , non ob id sacras li-
 teras legere , superque illas meditari , easque
 ruminare desistebat , nihilominus Divinore
*in spiratione doctus non solum discernens , sed pati-
 ens divina .* Ecce qualiter celestern illam
 & admirabilem doctrinam didicerit , *Divino-
 re inspiratione doctus .* Per hunc adeo inten-
 dum amorem sublevatus est ad visiones cœle-
 stes , extales , revelations , illustrations internas ,
 per quas se D E O valde familiarem reddidit , ut po-
 neat qui ei divina sua mysteria revela-
 vit . Similiter sanctus Joannes Baptista etiam
 num infans , in deserto abdita se subduxit , nec
 studuit unquam aut literas didicit , & tamen
 cum tanto spiritu & energia prædicavit , fe-
 que in maximè imperceptibilibus cœlestis
 sapientiæ mysteriis adeo illuminatum esse
 replete probavit , ut à multis Synagogæ fa-
 cientibus ipsam creditus fuerit esse sapien-
 tia incarnata , eoque fine , ut scilicet hujus ab
 eo veritatem edicerent , solemnem illam
 legationem ad eum in deserta expediverunt ;
 Unde S. Bernardus ait : *Negque enim Ioannem Serm de
 predicatione , sed in spiratio docuit , quem Ioanne
 replevit Spiritus sanctus ex utero Bapt.*
 matris sua .

Cc 2

S. Isaías

S. Isaías Propheta ante sanctissimæ Triados thronum duos Seraphinos, non vero Cherubinos vidi, ad denotandum, quod ad divinorum mysteriorum intelligentiam habendam amor potius quam sapientia viam nobis aperiat.

DISCURSUS SEPTIMVS.

*Duo Seraphim clamabant alter ad alterum, Sanctus,
Sanctus, Sanctus.*

Sancta mater Ecclesia hisce verbis non solum in hujuscemodi solemnitate officio divino, sed & omnibus diebus Dominicis, ut laudibus & gloria sanctissima Trinitatis applaudat, utitur, suntque de sumpta ex celesti illa visione, quam Isaías cap. 6. recenset; Postquam enim ei tres illæ Persona Divina in magnifico illo Throno confidentes revelata fuissent, mox ad eum majorem reverentiam ter illis acclamari audierunt: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; Seraphim stabant super illud. Enimvero dum rem hanc penitus considero, in magnam protinus admirationem rapior, quia intelligere nequeo, cur quando de hoc adeò sublimi & ineffabili Sacramento agebatur, magnifica hoc solium non potius Cherubini, quibus scientia attribuitur, quam Seraphimi cinxerint? cur enim comitram tribus illis personis divinis potius amore flagrantes Seraphimi scintillare conficiuntur? Porro certum est, ut Hugo Cardinalis obseruat, quod per Angelicum illud Trisagionem sanctissima Trinitas repræsentetur; unde verba illa quæ triplicatum illud *Sanctus* sequuntur, nimirum: *Dominus Deus exercituum* exponens dicit: *Non ait Domini, vel Dei, sed unus Dominus, & unus Deus, quasi dicat: dicens* *tertio sanctus Trinitatem personarum & aequalitatem innuunt: addendo: Dominus Deus singulariter unitatem essentia in Trinitate demonstrant.* Etenimut quis in schola DEi perfectam supremæ illius maiestatis cognitionem asequi valeat, amore potius quam scientia opus habet, prout in Discursibus antecedentibus abundè probavimus; atque ideo cum Seraphini præ ceteris spiritibus Angelis

licis amore & charitate maxime ardeant, ideo magnifico illi Throno viciniores & consequenter illuminatores existunt. Seraphim stabant super illud: cum vero de Cherubim in quibus sapientia scribitur, mentio sit, Spiritus sanctus illos Divinæ Majestati sedis loco servire dicit: *Quis se de super Cherubim Ascendit super Cherubim & volavit: Seraphim autem veluti Deo psal. 79.2. propinquiores, coram illo astantes assistunt: Seraphim stabant super illud, velabant faciem eius; quia in cœlesti Academia amor præ sapientia primatum obtinet, Stant planè Seraphim* (inquit S. Bernardus) *quia charitas nusquam excedit.* Notari quoque meretur, quod quando Isaías per visionem illam hanc circa inaccessiblem sanctissimam Trinitatis mysterium illustrationem accepit, ipsemet de se dicat: *Volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calcutus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: ecce tetigit hoc labia tua, & afferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Ecce Seraphim ille, qui totus ardor, & merus ignis erat, forcipè accensum arripit carbonem, eodemque labia Prophetæ tangit, ad denotandum, quod de adeò sublimi mysterio locuturus, opus habeat verbis igneis, & charitatis ardorem spiritibus, ut ab aliis intelligi possit, eo quod in hac intelligentia charitas præ studio optimam partem teneat; promittitur etiam ei: Afferetur iniquitas tua; non* *Lac. 5. 20.* *solum quia Charitas operit multitudinem peccatorum, verum etiam ad denotandum, quod illi eccelestium rerum intelligentiarum capaciores existant, qui præ reliquis mundiorem obtinent conscientiam. Sanctus Bernardus super illum Isaiae textum commentans, Luciferum pulcherrimum illum Paradisi* *Ange-*

Angelum, tamē si immensā fuerit sapientia preditus, attamen veluti itellam errantem Eclyptatum fuisse dicit: *Ut quid tu qui mane oriebas, lucifer in veritate non stisti, nisi quia Seraphim non fuisti?* Seraphim quippe ardens vel incendens interpretatur: tu vero habuisti miser lucem; sed ardorem non habuisti, bonum tibi erat significer magis es, quam lucifer. Quo sunt, qui ceteroq[ue]m doctissimā fidē apostata faci, in hæreses barbara trahere prolapso, eo quod non habuerint doctrinam cum vita bonitate conjundam, vel quia magis de acendo per disputationes & questiones ingentiosas intellectu, quam de voluntate & corde divino amore accendendo solliciti fuere? quare solent sacri expositores, cur illa ad Magisterii munus pro populi instructione deputato, Seraphini astiterint, ut eloquentem ipsum facerent: cum tamen Ezechieli in simili ministerio occupando Cherubini astiterint, sed cum silentio, cum tamen hisce spiritibus magis proprie facundia, quam Seraphinis competit? Respondet autem factum esse ad denotandum quod ad erudiendas in coelostibus mysteriis animas, pluris Seraphinorum amor valeat, quam scientia Cherubinorum, quodque aptiores eligere volentes qui pro lucrandis Deo, prædicationis interventu animabus, subministrandoque ignorantibus lumine, Dei que veri agnitione operari suam locarent, magis attendere debeant ad amorem Seraphinorum, quam ad Cherubinorum scientiam, id est, preferendos esse centeant illos qui in amore DEI sunt serventes, præ illis qui in scientiarum studio excellunt; unde Chrysostomus scribit. *Lingua clamet, & cor amet,* Hom. 27. in Acta. *Quibusnam ad penetranda secreteissima increas et illius essentiae mysteria veram sapientiam, cui solidus thesauros divinos aditus patet, communicari existimas?* quod idem Spiritus sanctus per os Ecclesiastici interrogat, Eccl. 1. 10. dum ait: *Disciplina sapientia cui revelata est & manifestata & multiplicationem ingressus illius, quis intelligit?* ac tandem clare & perpice concludit, hanc iis præcipue participari, qui illam non per disputationum, sed per amoris viam investigant: *Prebuit illam diligenteribus se.* Paulo ante facta est mentio textus illius Psalmista Davidis: *Qui sedes super Cherubim.* Circa que verba advertendum est nullibi in Scriptura sacra reperiit, quod DEUS

super Seraphimos seat. Unde S. Hieronymus ad Damasum scribens, nonnullos id asserentes graviter reprehendit, dicens: *Super Cherubim sedere Deum scriptum est, super Seraphim vero nulla scriptura commemoratur.* Seraphini enim qui amore DEI flagrant & ardentes, ipse Divinitatem nescio quid, participant, unde dicitur: *Deus Charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Et S. Augustinus ait: *Ascendit super Cherubim, & volavit; exaltatus est super plenitudinem scientie, ut nemo adeum perveniret, nisi per charitatem.* Quidnam obiecero in eo latet mysterium, quod Deus spirituum illum Cherubicum igneo ense armatum ad fores Paradisi collocavit? Author quidam respondebat, quod Cherubini Angelisint scientie magnitudine conspicui, ideo Paradisi fortibus gladiis tenentes imminent, ut occurrentes in disputationibus de Deitate, questiones & difficultates praescindant & detruncant, Seraphini autem intra secretorum Divinorum penetralia reconditi degant. Prisquam ad Deum pertingamus, primi occurvunt Seraphini, subillis autem Cherubini consistunt, ad insinuandum, quod priusquam studium scientiarum Divinitatem, & increase ac immortalis substantia intelligentiam afferat, qui possit, necessum sit, ut per Seraphinos transfeat, id est, ut Deum amat, siquidem ut frequens experientia docet, ingenia quantumvis sublimia hoc timor, innocentia & devotionis fundamento delitata miserabile persepe passa sunt naufragium.

2. Verum enim verò ex quo jam plures Cherubini um' mentionem fecimus, opere pretium erit, ut celebrem illam visionem curris illius à quatuor animalibus homine vividelicet, leone, bove, & aquila protracti, quam Ezechiel Propheta habuit, ad memoriā revocemus. S. Bernardus verba illa' Apostoli ad Ephesios: *Ut possitis comprehendere, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum (quæ superius in alio quodam discursu significare diximus, quatuor primaria essentie DEI attributa, scilicet æternitatem, amorem, majestatem & sapientiam) pondérans, subjungit: Hæc est quadriga Dei;* unde deduci potest, currum hanc veram esse omnipotentiae & magnificencie alissimi effigiem: at vero quod in maximam me admirationem rapit, est, quod idem Propheta ali-

Ezech. 1.

10.

Lib. 1. de
Consid. in
fin.

Cc 3

bisub

Ezech. 10. b. sub hoc curru loco bovis Cherubinum quendam viderit: *Facies una facies Cherubim; quarto etenim, q̄ à ratione fieri poterit, quod hos in Angelicu quendam spiritum transmutatus fuerit;* & quidem in Angelum Cherubicum, cuius proprium agnibum scientia est? Et quidem si fortasse visionem hanc à prima totaliter distinxit & differentem esse dicere quis vellet; huic ego respondeo, id sustineri non posse, siquidem trecentae facies, cum superiori visionis facultibus omnino concurrunt: *Facies secunda facies hominis, & in tertio facies leonis; & in quarto facies aquile;* neque in hoc Propheta deludit aut decipi potuit, siquidem ipsem Spiritus sanctus per os ejusdem Ezechielis ait: *Ipsum est animal, quod videram juxta fluvium Chobar,* Mea quidem opinione responderi potest, quod omnia in figura contingebantur. Hebreo igitur Cherubim idem est, quod magister cognitionis ac scientie multitudo. Hoc autem currit auriga quidam præter admodum peritus & doctus, sed omnino igneus, & purus amor; & quem hunc fusile consensu erat ipsissimum Spiritus lanatus: ubi erat impetus spiritus illuc gradiebatur, ac proinde quod curvum si bos ille, qui hunc curvij junctus erat, Cherubinus quidam factus fuit; siquidem spiritus Dei, eusque sanctissimus amor boves in Cherubinos transmutat, exquisitumque sui suorum attributorum alias incomprehensibilum lumen & agnitionem ministrat, etiam lis qui velut boves ignorantes, idiotæ, & tardo prædicti ingenio sunt. Observari quoque non immerito poterit, quod bos utpote jugum ferens, animal mansuetum, patiens & laboriosum, illos præcipue denotet, qui in lege & consilio Evangelicis adimplendis observantissimi sunt, quibus dicitur: *Tollite jugum meum super vos, & discite à me quia misericordia sum;* illos inquam qui in operibus bonis & virtutis indefatigabiles existunt, qui ærumnis & adversitatibus exagriati, in summa nihilominus patientia vivunt, vitamque ducunt pœnitentem & austera, hi accepto spiritu instar Angelorum inter mortales vivunt, & his lumen & agnitione Dei cœlitus abunde communi. Atut: ac proinde de S. Theresia scribitur: *Tanto diuini amoris incendio cor ejus conflagrat, ut merito viderit Angelum ignito scuto sibi praecordia transverberantem.* Hic enim Seraphica virgo per vitam suam innocentiam, per exactam consiliorum Evangelicorum executionem, immo per votum faciendi omne id quod in qualibet re

majoris perfectionis esse cognosceret, denique per auerterates atque rigores quibuscum virginem corpus suum continuo maceravit ad tantam peruenient sapientiam, ut etiam sublimiores seculi sui Theologos erubescere cogerer, & ramen nulquam alibi, præterquam in cœlestis sponsi & amatoris sui schola didicerat, quæ causa fortasse fuit quod Ecclesia in ejus festivitate in oratione hisce verbis utatur, quibus à Deo postular gratiam, ut cœlestis ejus doctrina pabulo nutriamur. Adhuc quis unquam maiores habuit secrerotorum Dei revelationes, quam quibus sancta Birgitta illustrata, tuji? ubi nam verò studiis operam dedit, ut intellectu adeo illuminatum acciperet, & certe in ipsa verè adimplerum fuit, quod feliciter revelavit ea parvulus. Cum simplicibus est sermocinatio ejus. Si quidem adeo simplex erat, ut quando decimum agens anno agens de Christi Passione sermocinarentem In Lect. audiebat, hanc ipsa cordi suo adeo tenaciter impresserit, ut Christus nocte lequenti cruci affixus ei apparuerit, totus cruento conspersus, unde cum recenter Crucis affixum esse credens, cum eum quinque in hanc in eum crudelitatem committere præsumpsisset, interrogaret, hoc è Redemptore telonum retulit. Ab his hoc factum autem contemneri charitatem ipsius. Num vero quantum ipsa cor suum hac viae accenderit, plenus intellegere desideratis? Audite quid de ea vita ejus Historia referat, dum ait: *Romanum Dei iussu venit, ubi plurimos ad amorem Divinum vehementer accedit.* Ecce tibi igitur Magistrum, qui eam eruditus; qui aliud non fuit quam amor Dei, quo cor ejus continuo astubabat. Quando faciet textus Fabrum templi describens, tandem ad Tabernaculum venit, ait: *Domum 3 Reg. 6.* quoque ante oraculum operuit auro purissimo. 21. Et paulo post Fecit in oraculo duos Cherubim de lignis olivarum. Quibus verbis Glossa aliquas proposito nostro aptissimas subnectit interpretationes, dum ait: *Domus ante oraculum auro tecta est: quia perfecta in hac vita, necdum de patre palam audire, id est, necdum palam videre querunt: sed fidem & opus justitia divino ornant amore, per quem plenam Dei cognitionem mercantur.* Lamine aures, quibus operitur domus, operationes sunt multifariae pietatis, quas in obsequium creatoris vel fraternæ necessitatis castus amor impendit. Quot sunt viii sancti, qui charitatis & misericordiae operibus totaliter dediti, Deique amore etenim ad aliorem pertingunt divinorum mysteriorum

Matth. 11.
29.

In Lect.

riorum cognitionem , quam doctissimus
 quisunque Theologus ? cui autem Cheru-
 bim illi non fundabantur ex argento vel alio
 metallo , sed ex ligno olivarum siebant ? De
 lignis Olivarum sunt facti (ait Glossa) quia
 lucem nobis scientia tribuunt juvante flamma
 charitatis Dei . quia per spiritum diffunditur in
 cordibus nostris . Præfigurabant igitur illos
 sanctæ Ecclesia Doctores , quales fuerunt san-
 ctus Augustinus , sanctus Ambrosius , sanctus Hie-
 ronymus , sanctus Gregorius , qui potius per san-
 ctissima opera sua , medianteque oratione , con-
 templatione , aliusque misericordie operibus in-
 tervententibus , quam per adhibita studia sua
 ad eminentem adeo sapientiam pervenerunt .
 Similiter mare fusile , quod fecit Salmeron ,
 quodque à bobus sustentabatur , haud dubie
 profundissimi maris Divinæ sapientiae sym-
 bolum extitit ; boves autem Doctores sacros
 referabant , qui labóribus & sudoribus suis
 mediantibus hæreses omnesque alias errores
 convincunt & confutant , nostræque reli-
 gionis dogmata , doctrinâ & libris suis inta-
 ga conservant . Per bovem sapiens designatur
 (inquit Hugo Cardinalis .) Scendum vero ,
 quod hi boves efformati fuerint veluti geni-
 bus flexis mare illud sustentantes , ad deno-
 tandum , quod ad hoc ut sapientia illa Eccle-
 siæ utilis sit ac proficia ; & ut Doctores illi
 veram solidamque habeant ecclesiæ my-
 steriorum nouitiam , opus sit , ut scientiam
 cum oratione , & studium cum devotione &
 amore Dei conjungant , verorumque Ecclesiæ
 Doctorum sequantur vestigia , qui orationem
 semper studio conjunxerunt , siveque utriusque ad-
 hibitione mundum illustrarunt .

3 Reg 7.
 25
 2. Paral.
 4.2.

Ostenditur nefas esse , si quis per brevem intellectum investigare
 secreta cœlestia ve*i* ; ut potè quæ potius credere & ve-
 nerari debemus .

DISCURSVS OCTAVVS.

Qui scrutator est maiestatis , opprimetur à gloria.

PROV. 25. V.27.

Merito in hac solemni-
 tate illa nobis proponuntur verba Apo-
 stoli : O altitudo divisionum sapientia & scien-
 tia Dei ! quam incom-
 prehensibilis sunt judi-
 cias , & investigabiles via ejus ! Tametsi
 enim per illa ad celebrandam sanctissimam
 Trinitatis gloriam invitemur ; eodem ta-
 men tempore , quoad hanc veritatem firmiter
 nobis persuadere debemus , quod hoc tantum
 mysterium venerari quidem , simul tamen
 etiam firmiter idipsum credere oporteat , ut
 potè quodammodo nostra capacitate superius ,

intellectum nostrum longè transcendet ;
 ideoque illud nobis potius humiliter ado-
 randum , quam curiosè investigandum sit :
 quia *qui scrutator est maiestatis , opprimetur à*
gloria . Unde beatus Thomas de Villa No-
 va ait : *possessorem non scrutatorem cœlorum*
terpsum prefato . Ut quis in lumenosissimam
 Solis totam aciem suam defigere præsumat ,
 aquilæ requiruntur acutissimi oculi ; secus enim
 ab illa inaccessibili luce heberabuntur &
 offendentur , non ob solis , sed ob pupillæ
 nostræ defectum , tantam claritatem susti-
 nere nequaquam valentis . Quisquis in va-
 stissimo hoc divinæ essentiae mari evadere
 desiderat naufragium , feriae contemplatio-
 nis

Crag. I. de
 Ascens.

nis suæ oculum ex una parte in Dei altissimi majestatem, immensitatem & infinitatem; ex altera vero parte in debilis & brevis intellectus sui, intra hujus terra seu portus luti hujus organa iunctari solet, & restricti infirmitatem defixum tentat. Ipsem quoque Aristoteles solo naturali lumine motu scribit, Deo, ob invariabiliem sui perfectionem & constantiam, nihil quidem in hoc mundo intelligibilius reperi posse, & tamen subjungi: idem; nihil quoque à nobis ob intellectus nostri debilitatem minus posse intelligi. Sol in seipso splendidissimus est, precipue in meridie, & tamen vespertino, aliaque similia animalia nocturna eum non vident, idque ob nativum oculorum suorum detestatum. Non canseris, si non se subiectat sensui tuo ordinationum cœlestium magnitudo (inquit Eusebius Emissenus) excedit opificij Divini dignitas humanae mentis angustias, quia sibi specialis quid proprium reservaret incomprehensibilis illa Majestas, si semper comprehendere posset sapientia hominum altitudines cœlestium secretorum? quid haberent superna pretiosissima, si nostra familiariter scientie subjacerent? De Epicteto Philosopho narratur, quod cum ille tametsi nullo veræ & catholice Fidei lumine instruxisset, discipulis suis DEI veri Naturam multis exposuisset, in eumque finem multas intento suo convenientes rationes & doctrinas adduxisset, illiautem se illas minime capere posse, causati essent, is eis summa cum prudentia responderit: Si omnino ego declararem Deum, vel Deus esset, vel quem declarasset, non esset Deus. Adeundem modum si quis ad hac re condita & ineffabilia uniratis essentiae, Trinitatis personarum, Incarnationis verbi, aliaque similia Sacraenta capienda, nullam propositus convincentem rationem ad invenire valeat, is teneat ad intellectus sui, ut potè qui humanus est, & nihil amplius, in equalitatem & debilitatem reflectat, & facile acquiescat. Scire etenim nostrum limitatum est, quia intellectus noster hujus corporis carceri inclusus, illud duntaxat intelligere valet, quod ad corporeorum sensuum nostrorum relationem consequitur, ideoque ad rerum cœlestium intelligentiam se nequamquam potest erigere, nisi a gratia supernaturali eleveretur & conficeretur. Porro Trinitatis mysterium quod essentiale fidei no-

stra est sustentaculum, paucis admodum in veteri testamento cognitum fuit, adeò ut populus ille circa hanc notitiam valde obscurè processerit, cuius ratio est, quia cum mysterium illud captu difficultatum sit, ingens suberat periculum, ne populus ille ad Idolatriam valde proclivis, plures adoratus esset Deos, ut potè qui trinitatem personarum in unitate essentiae subsistere posse, hafque tres personas in substantia unicam duntaxat Deum esse, capere non poterat. In novo autem testamento mysterium hoc manifestari omnino coveniebat, idque ob verbi incarnationem, ut hanc à Spiritu sancto, qui tertia est Trinitatis persona, atque à Patre filioque procedit, operatam esse, Filium autem nostrum se mortalitate in utero virginali vestre dignatum fuisse, intelligeretur. Hinc autem efficax valde & fortiter stringens formare possumus argumentum, videlicet: quodsi quomodo in castis Mariae Virginis visceribus conceptus nostraque carne indurus fuerit Dei filius intellectu nostro assequi non possumus, quomodo eternam illus à Patre generationem penetrare presumemus? Benè igitur S. Maximus ait: *Si in vestigare niteris qualiter Deus in hominem, Nativitatem, vel homo transiit in Deum, investiga prius, si potes, quomodo ex nihilo factus est mundus, cœlum undique splenduit.*

2. Sanctus Bernardus ad Eugenium Pamphilius scribens, hanc quoque nobis circa altissimam hujus magni mysterii cognitionem, instructionem post te reliquit, dum ait: *Sacramentum hoc magnum est, & quidem venerandum non scrutandum; scrutari temeritas est, credere pietas est, nosse vitam & vitam eternam est. Scrutator maiestatis opprimitur.* Quot hactenus fuerit, qui autu[m] temerario debilem angusti intellectus sui aciem in solem hunc incongruum defigere conando turpem passi sunt eclipsis? In quot non tunc hæreses errores prolapsi Arius, Sabellius, Manichæi & plures alii? Iaia cujus labia, ut supra diximus, ad annuntianda & prædicanda Divinitatis altissima mysteria, peculiari quodam modo mundata & adaptata fuerunt, ad illud tamen munus insufficiemt se esse adeo censuit, ut diceret: *Generationem ejus quis enarrabit?* Cum fatus Propheta Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum vidisset (inquit S: Thomas de Villa-Nova) & Seraphim claustrum

Lib. 5. ad
Eug.

Conc. 1. de
Trin.
mantia

mantia, Sanctus, sanctus sanctus Dominus Deus exercituum audisset, protinus dictum est ei; vade, & dices populo huic; audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere, quasi dicere yelleret: Mysterium istud argumentis & rationibus humanis examinandum non est; siquidem scrutari temeritas est; quin potius credendum est, venerandum est, adorandum est, non vero investigandum: audite audientes, & solum credite; nam hoc vobis proderit ad salutem, credere enim pietatis est, velle sapere temeritatis. Seraphim illi duabus aliis faciem DEI velabant, duabus autem aliis pedes regebant, ad denotandum quod neque ad infinitam illam substantiam & essentiam intelligendam, neque ad supremam illam majestatem temerariorum & curiosorum oculis, qui rationibus humanis illam assequi presumerent, occultandam sufficiant. Voluit enim DEUS, ut quando hic in terris inter mortales degimus, solo fidei oculo eandem contemplentur; videamus nunc per speculum in anima-
te, tunc autem facie ad faciem. posuit re-
nebras latibulum suum. Ilias perhibet, quod protinus ut sibi sacrosancta Triados visio re-
presentata fuit, domus repleta est fumo: cur autem fumo, qui visum obfulcat, repleta fuit? quia Dominus dixit, ut habitaret in nebula. Evidenter quod habemus. Divinitate magni-
ficentiae & majestatis signum, hoc est, quod ejus intelligentiam minimè assequamur. Unde S. Au-
gustinus ait: Dices, quomodo istud creditur? quomodo istud capit? recte dicas, quomodo creditur? non recte dicas: imo ideo bene dicitur, quia non captur: nam si capere-
tur, non opus erat, ut crederetur; quia video-
retur. Ideo credis, quia non capis. Et quidem quis capacitatem nostram ob naturalem suam debilitatem, à multorum naturalium effectuum intelligentia plurimum deficere non vide? quod argumentum in hac materia communiter adduci solet: Quia in prospectu sunt, invenimus cum labore: quia autem in celis sunt, quis investi-
gabit? maximè si infinita qua inter intel-
ligum nostrum, & interminatum illud divi-
næ essentiae pelagus intercedit distantia con-
sideretur. O cœca superbia (inquit sanctus Thomas) ut vilis vermiculus, & formica de terra,
vasculo modico sui intellectus Oceanum Di-
mansy Sandnary Tom. II.

nitatis velit concludere, & pugillo comprehen-
dere universitatis creare! Quot lunt res
quas nostris quidem oculis conspicimus, nec
tamen ad eas per argumenta & rationes hu-
manas cognoscendas & investigandas per-
tingere possumus? qua de re sanctus Alste-
rius ita scribit: Si inquisitione Cyniphis succum-
bit tuaratio in omni homo, erubescere, altiora partu-
te querere, & fortiora te investigare: nam si Virg.,
teipsum, & brevem abyssum animi tui non col-
ligis, in infinitatem majestatis qualiter ascen-
dis? Quisnam intellectus, quantumvis is sub-
limis sit & acutus, intelligendo assequi po-
test, quonam modo vermes live bombyces fila
producant serica, è quibus opulentissima pro-
prietas palatiis regiis exornandis conficiuntur
laquearia & peristromata, cum tamen in
sua substantia vilissimi cuiusdam vermis opus
existat? Similiter si cuiquam qui nunquam ser-
icaliquam materiam vidisset, vestis demonstra-
retur ex Damasco vel holoserico confecta,
isque interrogaretur, quomodo vel unde ma-
teria vestis illius contexta sit, vel unde ma-
teria illa suam habeat originem, is utique
tamets omnibus contendet ingenii sui viri-
bus, nunquam tamen vel intelligendo veldi-
vinando, vel conjiciendo assequi posset, quod
filum illud sericum unde materia illi conte-
xitur, incrementum quoddam sit talium
animalium, quae priusquam moriantur do-
munculam quandam, quam instar carceris
submetiplus fabricant, ingreduntur, in ea-
que sensim & paulatim se se eviscerando, sub-
tilissimum quoddam ab ore filum emittunt,
quod sericeum est, è qua globum quandam
rotundum, in quo recluduntur, fabricant, è
quo globo deinceps ingenti cum artificio se-
ricum extrahitur. Adhac quisnam cogitan-
do assequi poterit modum, quo granum aliquod in terram projectum, & sub illa emor-
tuum & putrefactum progreſſu temporis
Spicam quandam progerminet centuplicati-
tis nonnunquam feminis abundanter &
copiose referat atque onustam? Item si tibi
vas aliquod vitreum artificissime elabo-
ratum, limpidum atque crystallinum exhibe-
retur, simulque interrogareris, quo modo
illud ex herbis & calculis ē flumine collectis,
solo flatu oris fieri potuerit, quid, nisi ante
furnum in quo fabricatum & elaboratum

suit, vidisses, interroganti responsurus esse? Item si doctissimum quemvis maximèque eruditum hujus mundi hominem interrogares, quonam modo mel & cera ab apibus fabricetur, quid is respondere posset, nisi fortè prius per ocularem experientiam, aliquam saltem illius haberet notitiam? Denique quis capere poterit, qualiter in utero materno ex una eademque seminis humani materia, santa membrorum, ossium, nervorum, arteriarum, venarum, sanguinis, pellis, alia rumque omnium partium affabre adeò inter se connexarum, cum tanta motus, officiorum, sensuumque diversitate, formetur varietas? Ac proinde S. Thomas Doctor Angelicus ingens illud artificium quod natura nobis in minutissimis quibunque animalibus clarissime exhibet, nec tamen à nobis intelligitur, considerans, dicit: *Exiguas Creaturas quas videmus non intelligimus. Et absconditum Deitatis abyssum volumus intelligere?* Infimi naturæ effectus qui oculis nostris obversantur continuè, per intellectum & discursus nostros minimè penetrare aut intelligere valemus, qua igitur temeritate inacepsa & imperficiabilitate Divinæ omnipotentie & sapientie mysteria intelligere presumemus. Ergo ne nobis promittere audemus, quod unitatem divinæ substantiæ, & personarum Trinitatem, earumque relationes & processiones, nomina, attributa, cunctaque opera ad extra & ad intra, actus notionales, personarum æquitalitatem, similitudines, missiones, multaque alia ipsis, quoque tubilibus spiritibus abscondita sacramenta, comprehendere intellectu nostro poterimus? Nimis prosector coarcta, restricta & limitata esset illa Dei Majestas, immensitas, & infinitas, si ab hoc modico hominis luto comprehensibilis foret: *De quo nihil dici* (inquit S. Ambrosius) *et exprimi mortalium potest significatione verborum, qui us intelligari, tacendum est.* ita p. summet. DEUM alloquitur, ac deum subiungit: *Non est mirum, si ignoraris: majoris est admirationis, si scieris.* Celsiodorus insigni quadam sententia sua nostram coercet & tranquillar ignorantiam, dum incretam illam & immoralem essentiam aquae substantiam inexplicabilem, omnique humana intelligentia superiorem esse demonstrat: *Deus est virtus inexplicabilis, pietas incomprehensibilis, sapientia ineffabilis, adeò ut nobis cum S. Bernardo repetere licet: Scrutari temeritas est.*

3. Mysticus ille currus à quatuor illis alatis, & oculis undique plenis animalibus agi-

tatus & protractus Ezechieli Prophetæ olim representatus, hoc in se præter multa alia prodigiorum habuit, quod resonante super suum mentum aurigæ voce, currus immobiliter substiterit, illa vero prædicta animalia alas suas protinus demiserint: *Cum fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas.* Circa quæ verba S. Gregorius egregium quoddam nobis referat mysterium, dum ait: *Occulta Dei judicia profunde cogitare, quid est aliud, quam alas deponere: id est, de nulla virtute confidere; sed suo magnitudine trepidare?* Ad nostrum vero propositum eadem verba alter interpretari possumus, dicendo, quod cum currus ille mysticus inaccessibili præfiguret Divinitatis mysteria, ideo illa coram dicto curru astantia, & in celo Empyreo cōsistenter animalia, quantumvis alata, oculisque undique plena essent, suas tamen alas demittebant, oculosque claudebant, id est, coercent curiositatem, discursus temperabant, ac demum captivato intellectu suo celestia illa sacramenta non examinabant, sed venerabantur potius & humillimè adorabant. *Mala aurea in prov. 1.11 lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo;* ubi alia quædam litera legit: *In cancellaturis. Hebreus vero: In reticulis.* Verba autem illa ad gemmarium quendam videntur alludere, quin publico quodam officina sua adiutu armiola quædam gemmis, margaritis, lapidibus, que pretiosissima in sua signallat loca affabre distractis plena, ab omnibus transeuntibus spectanda, ita quidem exponere solet, ut tamen armioli ostium vitro quodam eoque reticulo ferreo vel aeneo benè munito obductum sit, ut hac ratione gemmæ custodiantur securius, sintque viatorum quidem oculis non tamen manibus passim expolite. Hanc igitur similitudinem applicat ineftabilibus Divinis mysteriis, vultque dicere, quod tametsi illa oculo quidem fidei contemplari, noltraque devotione & humili obsequio venerari licet, brevis tamen nimisunque angusti intellec-tus nostri curiosâ investigatione attingere nequaquam fas sit. Similiter sicuti gemmas illas manibus contrectare licet gemmatio, utpote qui non solum earum virtutes & qualitates, verum etiam valorem ipsorum & pretium probissimum novit, non tamen idem aliis facere permittitur: ita quoque sacris quidem Doctoribus & profundè eruditis Theologis materiarum Theologicarum ex-
terior

action intelligentia & notitia facile permittitur,
ut potè quorum professioni id vel maximè con-
gruit, non tamen aliis; tamet si nec Theologi licet
doctissimi omni etiam adhibito studio perfectissi-
mam illarum intelligentiam minimè aliegan-

tur. *Divina opera* (inquit Eusebius Emissarius ³ Homil. cit.)
non discutienda sunt, sed credenda. Non te con-
fundat, nec tepidum faciat rerum novitas: sed
sufficiat tibi omnipotens authoritas; sed sit pro-
lucrationis magni potentia conditoris.

DE SOLEMNI FESTO SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI DISCURSUS DECEM.

DISCURSUS I. Ostenditur primò Festum hoc à Davide fuisse prædictum. Se-
cundò de prima ejus origine, deque primis motivis quæ Urbanum IV. ad
festum hoc instituendum permoverunt, tractatur. Terrio ad festum hunc de-
center honorandum opus esse, ut Dei offensam deterramus, docemus.

DISCURSUS II. Explicantur nonnullæ hujus institutæ solemnitatis convenien-
tiæ, & cur eadem in hunc præcipue diem translata fuerit. Pulchra eriam ex-
ponitur moralitas, quâ ostenditur acceptissimum Christo obsequium esse
honorem, qui sacratissimo ejus corpori exhibetur.

DISCURSUS III. Sancta Dei Ecclesia in hoc festo sanctissimo Sacramento debi-
tum exsolvit gratitudinis debitum. Similiter laudes & gratias quas Sacra-
mento huic referimus, non tam à lingua quam à puro & mundo corde pro-
cedere debere, ostenditur.

DISCURSUS IV. Sanctissimum Sacramentum in hodiernis processionibus gra-
tias & benedictiones suas erogando erga nos liberalissimum esse declara-
tur. Ubi eadem occasio ne malorum Christianorum, irreverentia qua hoc sa-
cramentum tractant, perstringitur.

DISCURSUS V. Lætitiam ad quam in hac festivitate invitamur potius in sinu in-
teriori bona Conscientiæ, & virtutibus Christianis, bonisque operibus
in externis demonstrationibus consistere ostenditur.

DISCURSUS VI. Corpori Christi acceptiora sunt spiritualia virtutum, bonorum
que morum, puritatis item mentis & corporis peristromata, quam quævis
ornamenta exteriora.

DISCURSUS VII. Sacramentum hoc, quod basis est fidei nostræ, & immobile Ecclesiæ firmamentum, in hoc festo hoc unicè intendit, ut nimis ad frequentiorem, reverentioremque sui cultum populum inducat Christianum, confundatque hæreticos. Ubi etiam aliqua hujus institutionis tanguntur motiva; Et de congrua ad hanc Eucharisticam mensam præparatione.

DISCURSUS VIII. De hujus Sacramenti, hodiernæque solemnitatis institutione sub sponsalitii & nuptiarum figura tractatur.

DISCURSUS IX. Ecclesia in hodiernis processionibus, Passionis Christi opprobria recompensat, mortisque suæ victoriam & triumphum ob oculos nobis ponit.

DISCURSUS X. Multæ inter processionem, quâ David Arcam circumferri fecit, & hodiernas sanctissimi Sacramenti adducuntur analogiae, agiturque de reverentia, qua eidem assistere debemus.

Ostenditur primo festum hoc à Davide fuisse prædictum. Secundo de prima ejus origine, deque primis motivis, quæ Urbannum IV. ad festum hoc instituendum permoverunt, tractatur.

Tertio ad festum hoc decenter honorandum, opus esse, ut Dei offensam declinemus, docemur.

DISCURVS PRIMVS.

Constituite diem solemnem in condensis, usque ad cornu altaris. Ps. 117. v. 27.

Inter alios eventus: quos quondam Propheta regius de Ecclesia DEI prædixit, etiam recenseri potest: hodierna ad sanctissimum Christi corpus honorandum instituta solemnitas; hæc etenim in verbis propositis, ni fallor, clare insinuatur: *Constituite diem solemnem in condensis, usque ad cornu altaris.* *Ubi* Glossa dicit: *Per altare intelligitur Sacramentum corporis & sanguinis Christi: cornu altaris est portas, id est, virtus ipsius Sacramentii.* Et quidem ad hanc veritatem ratificandam multi inter se in expositionibus suis consentiunt facili interpres; Albertus Magnus ait: *Visque ad altaris sacramentum.* Enim veròne ulla ratione in dubium revocari possit, quin verba prædicata de hoc festo intelligentur, David ante illas verba: *Visque ad cornu altaris,* pro-

majori claritate præmittit: *In condensis:* nimis ad numerosam alludere volens multitudinem populi illius, qui hisce quas cordialissime honorat processionibus, per varios apparatus, ramorum viridianum, florumque ornatus, omnesque alias obsequiorum, gaudiorumque demonstrationes, evidentiaque argumenta, devotissime adserit. Lyranus hisce verbis: *Visque ad cornu altaris,* hanc gloriam adjicit: quasi dicat, *quod Ecclesia implatur populo & clero.* Euthymius verba illa: *In condensis, ita exponit; Festivitatem agite in germinantibus, hoc est in florentibus coronis; atque in virentibus arborum ramis.* Serta & ramos (ita pariter glossa scribit) suspendite in templo. & Chrysostomus ab Agelio circa hunc versiculum citatus ita scribit: *In condensis, dieum festum agentes, templum densis frondibus, & sertis, & ramis frondentibus ornate.* Et merito

DISCURSUS I.

31^{er}

quidem; Cum enim per universum anni circulum tot alorum Cœlum celebrantur solemnia, justum & æquum erat, ut hæc quoque Sancti sanctorum solemnizaretur celebritas, ut potè qui divinissimo hoc Sacramento in finem usque sacerdorum nobis donatus fuit! *Hoc circa Santos* (ita scribit Urbanus Papa IV.) quos per anni circulum veneramus, ipsa obseruat Ecclesia; indeque æquissimam hanc dedit consequtiam: *Potissimum exequendum est erga vivificum hoc Sacramentum corporis & sanguinis Iesu Christi, quiescit sanctorum omnium gloria & corona, ut celebriitate ac festivitate præfulgeat specialis.* Advertendum tamen est, quod ramet increata sapientia (qua omnia in mensura, & numero, & pondere disposita) jam ab aeterno id sacratum corpus tuum in toto Christianismo honorandum, hodiernum hunc diem instituti decreverit, nihilominus institutionis hujus executionem, sacerdorum progressu, in tempus usque, prout suo loco dicemus, opportunius reserveretur; Ac proinde si ita vobis placet, minimè aberrantis providentiae ejus admirabiles periodos nonnihil despiciamus.

2. Enimvero verissimum semper est, quod Deus non solum *infirmam mundi eligit*, verum etiam ubi de secreta cœlestibus, altissimisque magisque reconditis mysteriis agitur, abscondat *hac à sapientibus & prudentibus, & revelat ea parvulis.* Etenim frequenter hactenus experientia comprobatum est, DEUM ad aeterna decreta sua, magisque abscondita Sacraenta Ecclesia sue revelanda, fragiliori saepe numero lexu usum fuisse. Quot enim quantorumque mysteriorum notitiam vel sancta Catharina Senensi, vel sancta Birgitta Sueca, vel Seraphica Virgine & Matre sancta Theresia mediantibus apercūti fuimus? Ac proinde scindendum nobis est, quod salutis nostræ decimuntur decurrebarunt seculum, quando in Leodiensi Diocepsi, quæ Gallia Belgica, vel ut ali dicunt Flandria clauditur, quædam in humanis vitam degebat insignis DEI famula sanctitate & miraculis celebris, perque extates, visiones, & revelationes, quibus a cœlesti lïsponso suo, cui per virginitatem perpetuam adstricta erat, persæpe deuulcebarunt, vehementer illuminata, cui Julianæ nomen erat; quæ cum in primis conversionis suæ annis, vel maximè in laetis meditationibus

absorberetur; magnū ei signum & mirabile apparebat; idque non semel duntaxat, sed per longum temporis spatium etiam sèpius; nam Apparebat ei luna in splendore, cum aliquantula tamen sui pharici corporis fracione. Hanc Ioan. Chavero historiam quidam magna eruditio[n]is, nec paucillus, maiori spiritu præditus author, summa cum dilectione & diligentia recenset, ut potè qua ab ipso tanquam origine Vicario generali, & Cathedralis Leodiensis Corporis nomico omni cum vigore discussa, perque multissimis Christi torum insigniis Theologorum, aliorumque eruditissimorum Ecclesiasticorum consilium & directionem diligenter & assidue ventilata fuit. Porro prudens haec Virgo visionem suam cum Confessorio suo, alisque viris multa experientia prædis sèpius contulit, sed callo prorsus & irrito eventu, ideoque tandem DEO suo eandem per serventiores preces recommendare decrevit. ad hoc ut is visionis illius mysteria revelare dignaretur; Et ecce cum die quadam in suavem somnum rapta fuisse, revelavit ei Christus in luna presentem Ecclesiam, in luna autem fractione defectum unius solemnitatis in Ecclesia figurari, quam adhuc velet in terris a suis fidelibus celebrari; Hæc autem Solemostra alia non erat, quam sanctissimi Corporis Christi festivitas Iodienna. Quia vero uti Raphæl Archangelus Tobiam optimè monebat: *Sacramentum Regis abscondere bonum est: opera autem Dei revelare & confiteri, honorificum est*, ideo sancta haec Virgo torum habita visionis negotium, modestia & humilitate sua ita suadentibus, in vigesimum usque annum cunctando distulit, nec factam sibi à Deo revelationem manifestavit; Demum vero visione & revelatione cum Episcopo Leodiensi serio collata, discussaque cunctis ex hoc tanti momenti negotio emergentibus contradictionibus, anno 1246, conditum est Decretum Diocesanum, quo festum hoc instituendum, atque in sanctissimi Corporis Christi honorem particulare de eo officium, nec non publicas processiones solemnì cum apparatus deinceps in perpetuum celebrandas esse: præcipiebatur.

3. Quia vero humani generis hostis hunc sanctissimo Sacramento decretum honorem in magnam Divini amoris gloriam, hominumque consolationem celorum esse prævidit, ideo ad decretu[m] illius executionem impediendam omnibus nervis contendit, effe-

*In Bul. in-
stit. festi
Corporis
Christi.*

Sap. II. 27.

*r. Cor. 10.
27.*

*Matth. 11.
22.*

*Barth.
Phiz de-
orig. Festi
Corporis
Christi.*

Tobias 12.33.

Dd 3:

citque:

et que ne decretum illud ullibi in tota Diocesi reciperetur, aut executioni mandaretur, præterquam à Canonicis sancti Martini Leodiensibus, qui à sancta hac Virgine persuasi id ipsum promptissimis sunt animis amplexati; Interea verò sancta Julianæ Evæ consolali sœ, ratiæ perfectionis sœminæ propheticæ spiritu futurum esse, quod Solemnitas hæc non solum per urbem & universam Diocesim Leodiensem, verum etiam intra breve tempus per universum Christianissimum sit extendenda, prædicta. Paulo post autem multæ omnesque truculentæ persecutions hanc ob causam, aduersus sanctam Virginem Julianam fulcitaræ fuerunt, quæ tamen subito dissipatae evanuerunt, cò quod huic se negotio æterna illa interpoluerit sapientia, quæ attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter, quæque omnia à te inspiratum, & à nobis cœptum opus ad suam perfectionem generosè pariter & suaviter perducit. Vbiq[ue] semper perfectè agit (ita Hugo de sancto Charo interpretatur) finis enim notat perfectionem; unde de DEO nostro meritò dicere possumus: Bene omnia fecit. Accidit autem, quod dum Hugo præfatus Religionis sue Dominicana Provincialis esset, eidem una cum aliis celeberrimis Theologis revelationis sanctæ Julianæ dudum, uti diximus, à DEO factæ exactissimum examen commissum fuerit, qui proinde omnibus rationibus utrumque serio discussis & ponderatis, revelationem illam approbavit, mirisque laudem encomis deprædicavit, tametq[ue] id pro illo tempore cum fatis exiguo fructu factum fuerit. Postquam verò Hugo saepedius ad dignitatem Cardinalitiam assumptus, atque ab Innocentio IV. in Germaniam & alia loca Legatus à latere amplissima cum facultate declaratus esset, Leodium ejusque Diocesim pertransiens, decretum istud quondam à Synodo factum confirmavit, concensoque pulpite summa cum energia & Apostolico spiritu publicas h[ab]se in venerationem Corporis Christi institutas processiones populo h[ab]p[er] magna cum efficacia recommendavit; à quo tempore festi hujus Solemnitas ab unoquaque acceptata & executioni demandata fuit. Verum haec omnia Ecclesiam Romanam ad exemplum istud consequendum permovere non sufficiebant. Audite igitur, quoniam medio Divina sapientia uia fuerit, ad

hoc ut Divinum decretum suum ad perfessionem & executionem paulatim perduceret. Etenim Anno 1258. sancta Julianæ moritur, ita tamen ut operis hujus prosecutio[n]em debitè urgenda dudum ante menti & cordi Eva consodalis suæ magna cum efficacia impresserit; hæc autem cum apud Archidiaconum Leodiensem, tanquam mulier eminentissimæ virtutis, in summa effigie astimatio[n]e, hinc ei tanquam personæ religiosissimæ, magnique valoris, facilè fuit, d[omi]no Archidiacono in variis colloquiis defunctæ Virginis mentem atque sententiam insinuare, eique publicam hanc venerationem sanctissimi Corporis Christi, quam D[omi]NUS à Christi fidelibus per hanc sanctam Virginem explocere decreverat, animitus imprimere. Dionysius Carthusianus quorundam opinionem esse scribit. Julianæ contulalem d[omi]no Archidiacono Papalis culminis prædictissæ dignitatem, ideoque verisimile est, recommendationem hujus Festi promovendi ab Eva factam animo hujus Prælati tanto altius impressam fuisse, siquidem ab illo tempore, omnibus præcedentibus contradictionibus nec quicquam obstantibus dictus Prælatus se præ omnibus huic festo instituendo devotum exhibuit. Interea verò divina providentia ita ordinante Prælatus hic ad summum Pontificatum assumitur, quod quanta cum laetitia devote illius Virginis factum fuerit, facile sibi quilibet persuader poterit; ab illa namque hora rem hanc pro voto obtinendam esse minime dubitabat; veruntamen ut sollicitationibus suis tantò majorem energiam adderet, vivaciusque hæc tenus tanquam Archidiacono proposta, nunc recens electio Pontifici tantò vivacius revocarentur in memoriam, hoc apud Episcopum Leodiensem obtinuit, ut is pro Decreti illius Diocesani circa festum Corporis Domini, conditi confirmatione, ad electum Pontificem speciale transmiserit supplicam. Dionysius Carthusianus super illa Sapientia verba: *Disponit omnia suaviter*, dicit: *Cuncta regit & ordinat convenienter secundum naturam uniuscujusque eorum per media apta ad finem congruum;* Etenim prima quidem facie parum convenientis esse videri poterat, quod Christi in terris Vicarius ad privatæ cujusdam personæ, quantumvis etiam sanctæ & religiose instantiam & sollicitationem, ad Festum aliquod adeò insigne,

Serm. 1.
Fest. C. p.
Christi.

Isai. 12. 4- centis: *Constituite diem solemnum in condensis;* ideò attigit à fine usque ad finem fortiter, & dispoñit omnia sua viter. *Notas facite in populis ad inventiones ejus.*

4. Anno 1239. in urbe Daroca, quæ Valentia subjicitur, insigne quoddam in Eucharistia contigit miraculum. Etenim sex particulae consecratae ob ingentem barbarorum & infidelium hostium metum, siquidem hi in procinto erant aggrediendi Christianos, quibus utpote multitudo & viribus superiores extremam minabantur ruinam, sex inquam illæ consecratae particulae à celebrante corporali involuta, & ab eodem subtrahita saxonum quoddam absconditæ fuerant: Demum vero cum post reportatam à nobis aduersus immanes illos hostes gloriösam victoriā, corporale præfatum explicaretur, hostiae illæ circumquaque sanguine alpersa, & facta huic lino affixa reperta fuerunt, quæ postea nobis ad iteratum cum hoste certamen ineundum provocatis publicè exhibitæ, tantam militi nostro animi generositatem suggesterunt, ut denique miserabilem illis stragem intulerint. Tandem quia reliquæ istæ tantam fibi famam gloriam compararant, multis deinceps modis in urbe Daroca à fidelibus honoratae fuerunt, crescenteque ex diversis mundi partibus fidelium confluentium concursu, præcipui quidam civitatis illius viri ad Sedem Apostolicam ablegati fuerunt, qui pro maiori devotionis illius stabilitimento privilegia & indulgentias obtinerent reliquias illas visitantibus. Accidit autem, ut hi justè eo tempore Romæ appellerent, quo Urbanus præfatus in Pon. isicem electus fuit, ut proinde tempus illud propriè videri potuerit tempus illud opportuuum, quo DEUS divina decreta fuit, quæ tot retro seculis abscondita refererat, revelare decreverat. Seneca scribit:

Lib. 7. nar. Rerum natura sacra sua non simul tradit; illa arcana non promiscue, nec omnibus patent; reaucta, & interiore sacrario clausa sunt; ex quibus aliud hac etas, aliud, quæ post nos scribit, aspiciat, Quando ergo ista notitia producetur?

tardem magna veniunt. Idem quoque nos de operibus gratia asserere posse videmur; Neque enim DEUS in Ecclesia sua in uno cōdemque saeculo operatus est, quicquid maxime estimat & veneratur. Quot enim sunt divini beneplaciti decreta, quæ DEUS in differentiis atatibus revelavit? Quot sunt elapsa facula, priusquam se hodiernam solemnitatem institui velle, declararetur? Porro ultimus impulsus, quem Spiritus sanctus Pontifici ad determinandam hodierni festi per universalem Ecclesiam solemnem celebritatem immisit, fuit aliud quoddam portentum, quod ut ita dicam spectante oculis suis Urbano *Ferd. delo* Papa prædicto contigit, dum Orvieti com. *Castis P. 1.* moraretur; Etecum Bolsenæ, quæ quoddam lib. 3. c. 28. est Diocesis illius territorium, accidit, quod bish. S. D. dum Sacerdos quidam de hujus Sacramenti *min.* veritate dubitans, Missam celebraret, subito ex arida illa consecrata hostia vivus egressus fuerit sanguis in tanta copia, ut præterquam totum corporate & purificatorum conficerit, insuper inde in terram defluxerit, cuius in hodiernum usque diem signa manifesta videntur, relinquendo insuper in corporali in plures plicas complicato varias hujus hostie figuræ impressas. Unde Papa cum Cardinalibus & Prelatis omnibus ibidem prætentibus, memorabili huic reliquiæ summa cum veneratione occurrens, eandem Orvieti, adhibitis miris augustæ magnificentiæ demonstrationibus per urbem processionaliter deferri curavit *Notas facite in populis ad inventiones ejus.* Quis hic non miretur simularum multitudinem ac varietatem, quos DEUS pro hujus festi institutione decernenda Vicarii sui lateribus admovit? Etenim paucos ante menses supplicationi Ecclesia Leodiumis pro hujus cel. britatis institutione transmisæ subscribendo annuerat; dum adhuc ejusdem Ecclesiæ Archidiaconus esset, ejusdem approbationi cum impugnaretur, interfuerat; Revelationem de hac re B. Julianæ factam probissime noverat & prædictionem quoque quam Eva prædictæ sanctæ confosalis habita vaticinata fuerat, recenti adhuc memoria tenebat; miracula quoque quæ Daroccæ coniigerant, adhuc recentia erant, siquidem Legati civitatis illius etiamnum præsentes aderant; Insuper etiam S. Thom. de Aquino mirificus ille Theologiæ prælector in eadem civitate præsens aderat, qui paulo antea Parisis

his commoratus fuerat , quando illud accidit miraculum , in quo hostia à sacerdote quodam elevata in elegantissimum transmutata puerulum fuit , ad quem videndum complures homines certatim concurrerunt; tamen fidelis Ludovicus ad eam spectandam permoveri non potuerit , quin potius dixerit ; si quis est , qui mysterium istud non credit , eo protinus accurat , me quod attinet , eundem per fidem quotidie aspicio . Omnia hæc intra breve temporis spatum patrata miracula , aliaque multa suæ sanctitati à personis magna fide dignissimis narrata , summa Pontificem permoverunt , ut adhibito Cardinalium aliorumque multorum Ecclesiasticorum insignium consilio , super hac universali & publica sanctissimi Corporis Christi veneratione in hac Octava continuanda Bullam quandam solemniter expedire decesserit . Verum quidem est , quod hæc motiva prædicta in Bulla sua non specifet , attamen revelationes & prædictiones paulò ante memoratas , hisce verbis clare fatis innuit , dum ait : Intelleliximus autem olim , dum in minoribus essemus officiis constituī , quod fuerat quibusdam Catholicis revelatum festum hujusmodi generaliter in Ecclesia celebrandum . Similiter ex quadam ad sepedictam Evam à Pontifice exarata litera (in qua ei pro consolatione , quam ex suo decreto percepérat , mirè congaudet) clare deducitur Papam majori ex parte ad hanc deliberationem , & Divinæ voluntatis pluribus sibi modis notificata executionem , ex revelatione magnæ huic Dei famulae factæ fuisse permotum .

5. Ecce igitur post tot seculorum decursum tandem completum Davidicū illud oraculum ; ecce qualiter non unus tantum , sed plures Pontifices obedientissimi exenterint Divino huic per Davidem promulgato præcepto : Constituite diem solemnum in condensis , usque ad cornu altaris . Verum enī , vero Hugo Cardinalis postquam loco superiori citato dixisset : Per altare intelligitur Sacramentum ; per cornu altaris efficta ipsius Sacramenti , paulò postmodum quoque nobis insinuat ; quo dies hic apud Deum solemnis futurus erit , dum ait : Dies solemnis est paenitentia in condensis virtutum & bonorum operum ; ut non pauca sint virtutes & operationes bona . Cui parum dissimilis est illa Alberti Magni interpretatio dicentis : O vos omnes de Ecclesia constituite diem solemnum , vel constitutum custodite . Porro officium

& solemnitas Corporis Christi , jam olim quidem instituta fuit , ac proinde non est , quod de illius institutione deinceps solliciti simus , sed potius nobis cura in eo ponenda est , ut institutum festum custodiamus : Constitutum custodite . Quānam autem ratione idiū sum exequemur ? Retrahentes vos ab omni opere iniquitatis & cupiditatis , hoc est enim primum quod exigitur . Unde observandum est , quod postquam Divinum hoc pronuntiasset oraculum , dicendo : Constituite diem solemnum in condensis , usque ad cornu altaris , David immodice subiungit : Deus meus es tu . & confitebor tibi . Deus meus es tu . & exaltabo te . Deus meus es tu . & confitebor tibi , adeoque bis verbum illud Confitebor replicat , volens , ut ego quidem existimo , nobis insinuare , quod ad reddendum huic Sacramento debitum obsequium , ad exsolvendas ei debitas laudes & gratias , illudque debita cum reverentia venerandum , nihil aq[ue] opus & necessarium sit , quam mundam semper habere conscientiam . id quod Confessione mediante consequemur . In Genesi narratur , quod Jacob ex DEI præcepto in Bethel se translatus , & quoddam ibi recretus altare , convocata omni domo sua ait : Abjicite Deos alienos , quin in medio vestri sunt , & mundamini , ac mutate vestimenta vestra : Surge & ascendamus in Bethel , & faciamus ibi altare Domino . Quotquot hic adsumus , omnes hisce diebus ad sanctissimum hoc Altaris Sacramentum plus quam alio anni tempore per solemmissima obsequia honorandum invitamus , quod quidem ut eum tanto majori devotione præstems , variis in locis in hilce processionibus altaria erigere consuevimus , ut in iis divinissimum hoc Sacramentum collocetur ; advertendum est autem , quod priusquam altaria ista divite & opulenta quadam suppellebile adorneamus , prius necesse sit , ut idola abjiciamus : Abjicite Deos alienos de medio vestri ; Hi autem sunt inordinati & impuri affectus nostri . Quid verò interea à nobis sit ; timendum est valde , ne nos hisce diebus in ipsiusmet DEI sacramentati conspectu qui idola dejicere & prostrernere debebamus , alia denuò & nova idola super iisdem altariis erigamus ; Etenim multi dissoluti homines hisce processionibus potius ad lasciviaz suæ utuntur fomentum , magisque erga sensuale quoddam objectum , quam erga tantum Sacramentum sese venerabunt .

rabundos exhibent: Mundamini & mutate
vestimenta vestra; quibus verbis nos iam ad
mutandos habitus, quam ad morum perverso-
rum coramutationem, malisque habitus & pra-
vas vitorum inclinationes deponendas mone-
mur, &c.

Explicantur nonnullæ hujus institutæ solemnitatæ convenien-
tiæ, & rationes exponuntur, cur eadem in hunc præcipuè diem
translata fuerit. Pulchra etiam exponitur moralitas, qua ostendi-
tur acceptissimum Christo obsequium esse honorem, qui
sacratisimo ejus corpori exhibetur.

DISCURSUS SECUNDVS.

*Dies solemnis agitur, in qua mensæ prima recolitur hu-
jus institutio.*

Sicutus Thomas Doctor Angelicus, qui hujus festi officium & Missam ad sumni Pontificis Urbani IV. instantiam compositum, nos, propter in sequentia seu Prologus hodiernæ audivimus, specialiter monet; diem hunc ob pri-
me cælesti, quæ mensæ institutionis memoriam
tanta cum solemnitate præcipue celebrari. Quia
tametsi sancta Mater Ecclesia illius institutio-
nis commemorationem in die Jovis sancto de-
votè peregerit, illa tamen commemoratio so-
lemnis nequam dici potuit, siquidem potior
die illius pars in dolentissima passionis & mor-
tis Redemptoris nostri memoriam transfigitur.
Potò totum anni circulum sine ulla tanto Sa-
cramento exhibita solemnitate & veneratione
pertransire minimè conveniebat, siquidem
ut scribitur, *De reliquiis & veneratione san-
ctorum*: *Si Dominum in sanctis ejus laudare
jubemur, dignum profecto, justum & saluta-
re nobis existit, ut sibi in sui, quo nos quotidie
spiritualiter reficit, memoriam corporis, lau-
des festiva venerationis, & gratias referamus.*
Verum quidem est, quod fideles Divinum
hunc panem per multiplicatos adoratio-
nis & devotionis actus, venerantur, ut Urbanus Papa ait, verum tamen conveniens ar-
bitramur, & dignum (sunt propria verba ipsius)
ut de ipso saltē semel in anno memoria so-
lemnior & celebrior habeatur.

Clement. I.
2. Tit. 15.

In Bul.

Mansi Sanctuarij Tom. II.

2. *Dies solemnis agitur.* Præsens hæc sanctissimi Corporis Christi solemnitas non minori cum gloria ac Majestate peragitur, quam quodvis aliud quantumcumque principale vitæ ejus mysterium, sive illud sit Resurrectionis, sive Ascensionis, sive Pentecostes, vel aliud simile. Inter hodiernum vero festum, & alia Salvatoris nostri quantumvis primaria & primæ classis, ut vocant, Festa, talis præcipue est differentia, quod hæc actionum illarum, qua à tot retro leculis contigerunt, memoriarum sunt & commemorationes, verbi gratia Nativitas celebratur ex gratitudine, & ob memoriam nativitatis Filii Dei, qua à mille sexcentis & amplius annis in tabulo Bethleemitico accidit, quando ad salvandum genus humanum Angelorum Regina eundem felicissime parturit; Idemque proportionaliter de omnibus aliis vitæ ejus mysteriis dici potest, quorum licet viva quadam in festis illis habeatur memoria; quia tamen mysteria illa ab oculis nostris, & ferè etiam ut plurimum à cordibus nostris procul absunt, adeò devotionem & gratitudinem nostram adeò non extimulant, aut accidunt, sicut facit Festa Corporis Christi institutio: tametsi enim *Dies agitur, in qua mensæ prima recolitur hujus institutio*, attamen *Dies solemnis agitur*; neque enim solum ultimæ Cœnæ, in qua Christus hunc Angelorum panem consecralle notatur, memoria celebatur, verum etiam idemmet

Ec

Deus

DEUS qui Cœnam illam instituit , qui-
que corpore , anima & divinitate tenu ibidem
præfens existit , in hoc Sacramento hono-
ratur & adoratur. adeo ut jure merito verius
hoc Sacramentum longè magis , quam erga
alia mysteria crescat nostri obsequii affectus ,
nosterque perpetuus cultus. Unde Doctor
Angelicus in lectionibus matutinalibus ita
scribit: Convenit itaque de votione fidelium ,
solemniter recolere institutionem tam salutiferi
tamque mirabilis Sacramenti , ut ineffabilem
modum divina presentie in Sacramento visi-
bili veneremur. Quodtudina nos edocet ex-
perientia , quod quando sacerdotum Confesso-
rum vel Martyrum corpora sive quia de uno lo-
co ad alium transferuntur , sive quia in urgen-
tioribus Ecclesie necessitatibus per eorum
intercessionem gratia à DÉO requiruntur , in
processionibus circumferri solent , viae publi-
cè auleis & per istromatibus ex ferico auro &
argento contextis exornentur , universus quo-
que tam regularis quam secularis Clerus con-
currat , ingens itē devotissimi populi condense-
tur turba , talesque processiones cymbalorum ,
campanarumque compulsantium tonitu & can-
tibus , altariibusque variis in locis ereditis mirifi-
cè honorentur ; unusquisque enim erga preiosos
illos thesauros obsequii sui suaque devotionis
specimina edere satagit. Quodlibet autem ipsum
sanctissima Crucis lignum , cui Salvatoris
notri sacratissima humanitas affixa fuit , cir-
cumseretur , cum quanta putas reverentia .
quantaque cum veneratione recipiendum fore ?
Quenam autem inter sancti alicujus corporis
cineres & ossa , aut inter lignum Crucis , tametsi
id ipsum sanguine Christi copiofissimè tintum
rubricatum , & sanctificatum fuerit , & inter
eiusdem Christi corpus & sacratissimum san-
guinem tres secum divinas personas per con-
comitantiam habentem , esse aut adinventiri po-
test proportio ? Quanto igitur justius est &
sequitur , ut hoc ipsum in hac præsenti so-
lemnitate in hoc throno Eucharistico publi-
cè expositum , omni possibili venerationis ,
apparatu & obsequiorum nostrorum
excessu honoretur , atque à fidelibus om-
nibus adoretur ? Postquam Concilium Tri-
dentinum ritè declarasset , quanto cum jure
supremus latitiae cultus Eucharistiae debea-
tur , mox subjungit: Neque enim ideo minus est
eff. 13. c. 3.
adorandum quod fuerit à Christo Domino , ut
sumatur institutum : nam illum eundem Deum
præsentem adesse credimus , quem Pater aeternus
introducens in orbem terrarum dicit: Et ado-
rent eum omnes Angeli Dei ; quem Magi proci-
dentes adoraverunt ; quem denique in Galilea
ab Apostolo adoratum fuisse . Scriptura testa-
tur. Facienda quoque hic est peculiaris re-
flexio , quod postquam Concilium profundam
hanc & humilem Christianorum Orthodoxorum
adoptionem huic laetissimo Sacramento
debitam insinuerit ; confessum ex propo-
sito prosequatur laudando festi hujus in
eiusdem Corporis Christi honorem , nec non
solemnium harum processionum , sumptuo-
rumque apparatum institutionem , ut hac
ratione quanto cum debito jure dies ille ho-
diernus tanto cum jubilo tantaque cum ma-
gnificentia quotannis solemnizetur , debite
demonstraret: Declarat præterea sancta synodus ,
piè & religiose admodum in Dei Ecclesiā in-
ductum fuisse hunc morem , ut singulis annis pec-
uliarī quodam & festo die præcessum hoc &
venerabile Sacramentum singulari veneratio-
ne ac solemnitate celebretur , utque in proces-
sionibus reverenter & honorifice illud per vias
& loca publica circumferretur.

3. Verum enimvero haud immerito
nonnemo hic querere posset , quibuscum mō-
tivis Urbanus Pontifex permotus fuerit , ut in-
teriorumnes , qui per totius anni decursum elab-
hantur dies , hunc præcipue diem Jovis , ad
tale aliquod mysterium , quod in ultima
cœna , & consequenter tot septimanis ante
hoc tempus , quod Resurrectionem , Ascensionem , & Pentecostem confequitur insti-
tutum fuit , solemnizandum elegerit ? Quod
primum punctum artinet Bulla hisce verbis
respondeat: In die Cœna Domini , quo die ipse
Christus hoc instituit Sacramentum , universalis
Ecclesia pro pénitentium reconciliacione ,
sacri confectione Chrismatis , adimpletione
mandati circa lotionem pedum . & alia quam
plurima occupata plene vacare non potest cele-
brationi hujus maximi Sacramenti. Præterea
cum sancta Ecclesia festivitatem hanc extraordi-
natiis latitiae & spiritualis jubili signis cele-
brare intenderet , ad hanc vero exprimendam
latitiam dies Jovis sanctus , ut potè amarè
Redemptoris nostri morti deplorandæ defi-
natus ,

natus, inconvenientissimus esset, diligenter ventilatum fuit, quisnam dies alius in illius locum oportunius substitui posset, tandemque primo loco conclusum fuit, quod pro hac solemnitate celebranda inter omnes totius septimanæ dies Dier Jovis primatus indubitanter deberetur; ut potè qui præ ceteris primitus prima hujus Sacramenti institutione honoratus fuisset, ac proinde fas non sit eundem hoc honore defraudare; at vero quia Ecclesia per quinquaginta dierum decursum partim Resurrectionis Christi gaudis celebrandis, partim Ascensionis ejus recolendis triumphis occupatur, demum verò Pentecostes cum sua octava immediate succedit, ideo tandem rimum diem Jovis, qui octavam Pentecostes consequitur, elegit, hoc præcipue admodum considerabili motivo, quod etiam à S. Thomâ hinc verbis tangatur:

Opusc. 57. *Serm. 2.* *Vt qui per totum anni circulum hoc Sacramento utimur ad salutem, ejus institutio-*
nem illo tempore specialiter recolamus quo spi-
ritus sanctus corda discipolorum edocuit, ad
plene cognoscenda hujus mysteria sacramentum;
nam in eodem tempore cœpit hoc Sacramen-
tum à Fidelibus frequentari. Dionylius Car-
 thusianus super Evangelium hodiernum idip-
 sum obseruat, quod scilicet celestis hujus panis
 consecratio ejusdemque inter Christifideles dis-
 tributio præcisè post adventum Spiritus sancti,
 & non ante, suum in Ecclesia exordium lum-
 pserit. Incepérunt gloriösi Apostoli, ceterique
 fideles sub eorum regimine Sacramentum hoc
 celebrare, consecrare, accipere, & aliis dare.
 idque ex Actis Apostolorum probat, in quibus sanctus Lucas scribit, quod postquam san-
 tus Petrus prædicatione sua multos in Pen-
 thecoſte convertiſſet: Erant perseverantes in
 doctrina Apostolorum, & communicatione
 fractionis panis; id est, perceptione Sacramenti
 istius; dicitque insuper, sanctum Petrum hoc eo-
 dem tempore ordinasse sanctum Jacobum mi-
 norem in Episcopum Hierosolymitanum; pri-
 mumque post Christum Missam celebrasse, hunc-
 que panem Eucharisticum consecrasse, postque
 illum idipsum quoque facere copiße reliquos
 Apostolos, idque circa tempus festi presentu-
 sribit idemmet Dionylius,

+ Dies solemnis agitur. Enimvero
valde nobis necessum est, ut quenam solemniz-

tates DEO, & consequenter sanctissimo ejus corpori gratiatores acceptioresque sint, intelligamus. Jeremias Propheta quondam lamentabatur, dicens: *Via Syon lugentre quod non* *sint, qui veniant ad solemnitatem.* Hoc quidem nunc de Christianis dici nequit, ut potè qui in hodiernis processionibus, sacra templavia & plateas copiosissime adimplent; Et tamen videtur praefatus Propheta per Spiritum propheticum ad hocce festum alludere, siquidem de viis Syon mentionem faciat, hocque Sacramentum in Cœnaculo Syonitico fuerit in ultima cena institutum, unde Doctor Angelicus nos invitat, dicens: *Lauda Syon Salvatorem.* Et S. Lucas ait: *Erecta nobis cornu salutis, in domo David pueris sui;* Glossa addit Christi: *Hæc au-*
tem Davidica domus in Syon erat Lyranus Cor-
nu salutis interpretatur: virtutem consequendi
vitam aeternam; quibus verbis hic panis vita si-
 ne dubio circumscriptivè innuitur; Ac proin-
 de valde timeo, ne licet hæc via Syon ob hanc
 solemnitatem magno sint apparatu instru-
 ã, atque ex ingenti populi numero festi-
 væ, ut proinde quis nullam hodie de viis Syon
 plangendi causam esse, existimare possit, ti-
 meo inquam nihilominus, ne culpa quoque no-
 stra verificari possit, quod via Syon lugent, eo
 quod non sint, qui veniant ad solemnitatem;
 quia licet verissimum sit, quod multi hodiernis
 processionibus intersint, & assistant, dici tamen
 pariter potest: *Multiplicasti gentem, non ma-*
gnificasti letitiam; pauci etenim sunt, qui ad so-
 lemnitatem hanc honorandam huc se contule-
 rint. Oleaster Prophetam dicere voluisse scribit:
Non sunt, qui veniant ad solemnitatem: quia *In Cœn-*
acu pios & cultores Dei desiderabat. Multi quidem
 inveniuntur praesentes ad vias adimplendas, ad
 accentas portandum faces, ad baldachinum
 deportandum, ad cantandum, ad deportandum
 reliquias: quam pauci vero sunt, qui ad
 tanti Sacramenti contemplationem corda &
 mentes erigunt? quot sunt, qui assistunt vel
 ex sola curiositate, vel ex certa quadam idem
 quod alii faciunt, consuetudine, vel ut tuæ
 satisfaciant obligationi, vel ob similes alios
 fines indifferentes? Verum enimvero parum
 hoc esset, nisi insuper latitiam & solemniti-
 tam istam sua irreverentia, scandalis &
 dissolutionibus suis, quæ Sacramenti hujus
 hono-

honorem ardenter zelantes ad languinas la-
chrymas fundendas cogere possent, ut & mē con-
tristari & lugere facerent. S. Isidorus hujus di-
ctionis (*celebritas*) quæ in nostra lingua idem
quod festum significat, Ethymologiam expo-
nens, scribens: *Celebritas eo quod non ibi terre-
na, sed cœlestia tantum agantur.* Unde Festum

hoc divinæ majestati sua tanto erit ex parte nos-
tra honorificentius, gratius item & acceptius,
quanto magis id ipsum corda & conscientias
nostras mundando veræ cuiusdam pœnitentie
actibus cohonestabimus. Namut S. Ephrem ait:
Celebritas bona & pulchra, & Deo grata est De Cruci-
pœnitentia cum lacrymis. Dominii,

Lib 6.E
Sym. e. 18.

Sancta Dei Ecclesia sanctissimo Sacramento justum in hoc festo
exsolvit gratitudinis debitum. Similiter laudes & gratias, quas Sa-
cramento huic referimus, non tam à lingua, quam à puro &
mundo corde procedere debere ostenditur.

DISCURSUS TERTIVS.

*Quantum potes, tantum aude; quia major omni laude,
nec laudare sufficit.*

UT inestimabili huic beneficio Ecclesia sua per tantum ei reliquum thesaurum collato debite respondeamus, in assumptithematis verbis ad referendas ei quantas pervires nostras possumus, laudes invitamus: *Quantum potes, tantum aude;* Quia vero tanto debito satisfacti aliam monetam prater eos & vocem adhibere nequimus, omnino convenit, ut tanto benefactori omnino grati linguis ad benedictiones & laudes per solvendas laxemus, non obstante quod sit major omni laude, nec laudare sufficit. Regius Propheta David in bona infinita, quæ à liberalissima altissimi manu receperat, suum desigens obtutum, querebat: *Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi?* Et non nihil super se evictus, divinum hunc casicum per Spiritum propheticum propiciatus, opere pretium futurum esse censuit, si cum gratiarum actione eundem D E O offerret; unde ait: *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini in eucabo; vota mea Domino reddam coram omni populo ejus.* Et revera hoc est, quod fidelibus devotis hisce diebus faci-

endum est, ad hoc ut aliqua saltem huic Sacra-
mento gratitudinis signa exhibeant, nimis ut non solum in adorationibus externis, qui poti-
us per interiorem Spiritum suum in conspectu omnium protestentur devotionem & obsequium.

Convenit de ratione fidelium, inquit S. Thomas, Opus. 18.

solemniter recolere institutionem tam salutifera-
ri, tamque mirabilis Sacramenti. Interque plura
alta hoc valde rationabile adducit motivum: *Vt de tam salubri, tamque juavri beneficio exsol-
vantur Deo gratiarum debitis actiones.* Quod idem motivum Concilium Tridentinum tangit,

dum de ea qui passim à fidelibus hoc tempore

hinc solet Eucharistia veneracione tractans, ait:

Æquissimum est sacros aliquos statutos esse dies, Sess. 13. 6.

cum Christiani omnes singulari ac rara quadam significacione gratos & memoros testentur animos erga communem Dominum & Redemptorem pro tam ineffabili & planè divino bene-
ficio. Venique ipse me Christus in terris Vicarius, qui fests hujus primus institutor extinxit, postquam in Bulla sua multa immensa enarrasset beneficia, quæ ab hoc Angelorum pane ante sellivi hujus diei determinationem rece-
pimus, tandem hunc in modum eloquitur: *O excellentissimum Sacramentum! O adoran-*

do

dam, venerandum, colendum, glorificandum, pricipis magnificandum laudibus dignis praeconius exaltandum, cunctis honorandum studiis, de votis prosequendum studiis!

2. Quantum potes, tantum aude: quia major omni laude. Etenim magnam mereatur reflectionem illa, qua sancta Mater Ecclesia filios suos commonet, exhortatio. *Lauda Syon Salvatorem, lauda ducem & Pastorem, in hymnis & canticis.* Num igitur illa quasi infinita beneficia in Eucaristia nobis communicata, per gratitudinis obsequia exsolvenda, n. laudum à nobis, requirunt, quoniam pro illis laudes referamus? Nihil omnino, neque enim in facultate nostra aliud tributum habemus, per quod nos Divina Mæjetatu sue gratos & devotos exhibeamus, præterquam quod laudes, benedictiones, & gratias pro eo illi referamus: *Te decet hymnus Deus in S. n. Septies in die laudem dixi tibi* ita multis à Deo beneficis cumulatus David per gratitudinem eidem correspondens processabatur; Idemque ab universo Clero sæculari & Ecclesiastico in horarum Canoniarum recitatione observatur. Et tamen cum de illo nihil dignè dictum possit (inquit S. Augustinus) misit etiam humana vox obsequium, & verbis nostris in laude sua gaudere non voluit. De cetero enim verissimum est, quo S. Thomas ait, quod scilicet est major omni laude, nec laudare sufficit. Chrysostomus quoque sere quid simile interrogat, dicens: *Tantum Christi amorem quo amore penitus itato*

lib. 1 de Doct. Christ.
Hom. 2. in te benevolentia fructus quo officio compasrabitis? Quoquid in eius obsequio quoniam ergo versus parum est, quoquid in eius servitutem impenderit, minus est. Nec tamen ideo ab hoc gravitudo debito invomem & sumus, quoniam potius eidem juxta possibilitas nostra vires satisficiendum nobis est. *Quantum potes, tantum aude;* Ad minus namque vocum & cantorum nostrorum acceptum habebit obsequium: *Lauda Syon Salvatorem in hymnis & canticis.* Ehem quod experitur ad Sacramentum hoc debitè venerandum & honorandum lateribus nostris admota calaria?

Conc. 1 de festo Corp. Christi. Niisque non merito hujusmodi panis honoratur? (inquit S. Thomas de Villa Nova) Si quis ex vobis pane aliquo arumnosam banc vitam centum annos producere posset, nunquid non fecit oculi pupillam, panem illum custodiret? nonne illum omnibus mundi divitiis anteponebat? Jam vero certum est, quod panis ille concessus vitam nobis communiceret aeternam omni-

um bonorum plenitudine felicissimam. Enimvero quorundam in veteri testamento insti uta fuerunt festa, suam ab aliquo insigni à Deo accepto beneficio habere originem; unde in illius memoriam, & gratitudinem, quotannis certo quadam tempore festa celebrabantur. Et quidem Pascha celebrabatur in exitu illius memoriam, quo Iraeliticus populus à dura illius servitutis compeditibus liberatus, Ægyptum deseruit; Festum quod Encanaria dicebatur, in restaurati templi memoriam institutum fuerat; quem eundem ritum in multorum festivorum dierum promulgatione festata est sancta mater Ecclesia; Quis autem est, qui clatè non videat, quod sacratissimum Redemptoris nostri corpus, nos longè amplius & ad majorem gratitudinem & solemnitatem obligat, quam ullum aliud festum institutum, siquidem non solum voluit, ut Sacramenti quod in ultima cena institutum, & in quo seipsum nobis in cibum præbuit, aliqua à nobis commemoratio sit, verum insuper ipsam corporal præfatio sua, nec non divinatum gratiarum abundantia hodiernas processiones dignatus est honorare, atque insuper non solum hodie, sed semper ad finem usque seculorum nobiscum commorari voluit, promptus semper ad nutum vel ad pauca coquilibet sacerdotis verba à Patris dextera descendere, seque in minimo quodam hostia atroce perpetuum recludere, ut pro peccatis nostris in sacrificium offeratur divina justitia, & ut animabus nostris in cibum portigatur & potum, denique ut in quotidianis necessitatibus nostris veluti in throno signature gratia resideat. Unde Timotheus Presbyter Hierosolymitanus Orat de Simeone, qui Christianum portavit, de hoc ineffabili beneficio hunc in modum serabit: *Divine ac mystica mensa operam demus, per quam mundus formatur, per quam terrarum orbis consistit, per quam regnum conservatur.* Quidnam Deus ille ad commendum & emolumentum nostrum amplius facere poterat? *Corpus dedit in cibum* (inquit *Tract. 1. c. 8*) Albertus Magnus *sanguinem in potum, animam in pretium, Deitatem in condimentum, tantum in hoc dono dedit, quantum ipse est in corpore, & anima.* *& Deitate.* Sanctius Thomas dicit: *O si darum illis fuisset (de Irae. Chriſti) loquitor) habere & videre, quæ nos habemus & videmus; quid non agerent; quid non in eorum cultum & reverentiam exhiberent?* Quis est, qui nesciat, quibusnam honoribus Rex *E. 3* *Ægypti*

Egypti Josephum afficerit, quem Salvatoris titulus ininguivit, eo quod tempore duntaxat septem annorum, in illa ingenti annoꝝ caritate uaniverso regno de sufficiente frumento prospexerit? Ab omnibus primatibus regni siipatus, indutus purpura, & torque aurea decoratus, atque in triumphali curru confidens circumductus & vice-Rex acclamatus fuit, omnibusque expresse ut coram eo genua sua flecterent præceptum; Hic autem umbra tantum figura Christi in hoc Sacramento existentis fuit, in quo non tantum per septennium, sed ad finem ulque seculorum Egypto mundi hujus de illo frumento abunde providit, deque eo gloriosus hic seribitur titulus, quo vocatur *Frumentum electorum*; meritò igitur in throno hoc Eucharistico honoratur, & sub opulentissimis baldachinis hodie circumfertur, ut ab omnibus universi populis adoretur; ut memoris & gratos testemur animos erga communem Salvatorem. Herodotus referit Scythis antiquitus in more positum fuisse, quod post Regum luorum mortem, circumquaque eorum circumferrent cadavera, ut ad eorum conspectum subdi i per interiorum animi sensum ad compassionem aliquam erga eos commoverentur, utroque quos erga fe valde beneficos (xpemperio suissent experti. Ecce tibi id ipsum pariter facientem sanctam matrem Ecclesiam, que corpus Regis illius, de quo hodie ad initium matutini cecinimus: *Christum Regem adoremus dominantem gentibus*, quique olim in Galvaria monte amarissima morte occubuit, hisce diebus quaquaversum spectandum, non tamen mortuum, sed in hoc Sacramento magis quam unquam alias vivum, & impassibilem, prout est ad dexteram Patris sedens circumfert, ut nos ad gratit idinis affectum extimulet, nosque gratiarum & favorum, quos ab eo continuo recipimus, memoris reddat. Tanta cum magnificencia portari disponitur, ut per reliquum anni spatium animos nostros ad maiorem reverentiam & devotionem excitaret, considerando videlicet, quod tametsi hodie augustis valde apparatibus vel maximè honoretur, ipse tamen idemmet sit, qui quotidie in incerto Mistletoe sacrificio offeratur, qui ministratur in communionibus sacris, qui tanquam viaticum ad infirmos desertur, qui in 40 horarum orationibus publicè adorandus exponitur; Item quod licet ad nostram commendatatem quavis contentus sit privata reverentia, & quovis mediocri obsequio sine tot ei exhibitis ornatum apparebit, propter hoc tamen

ne vel minimus gradus venerationis & cultus ei in cordis nostri interiori sit liberahendus: si sensus deficit, ad firmandum cor sincerum sola fides sufficit; Et licet in progressu anni haec delint obsequia, nec videatur hodierni ornatus & pompa, seu illa hodierna populi non conspiquet frequentia, ea tamen omnia ad ipsum honorandum nostra supplet fides, nostra interna devo-
tio, & bona conscientia puritas.

3. Memorandum est, quod quantacunque Deum inter & Moysem intercesserit familiaritas, ut potest cui Deus facie ad faciem loquebatur, at-tamen ad hanc Deo porrebat supplicam: *Si inveni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro, ut gradiaris nobiscum, & afferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas; favorable relponsum minime retulit;* Non enim ipse cum suis ea gavilus est Dei praefectio, qua nos perficiuntur; Nam in columna, quæ castra præficiat, non aderat Deus, sed tantum Angelus quidam assistebat: Similiter unus ex spiritibus beatis erat ille, qui velut Dei interpres cum Moyse passim loquebatur; In arca quoque infinita Dei majestas minime aderat visibiliter & aquiliter præfens, tametsi ab illa abundantiores dimanarent gratie & favores cœlestes, singularissimum etenim hocce privilegium populo reservabatur Christiano, quippe Deus noster nobis in hac Eucharistia corpore, anima & divinitate tenus semper est præsentissimus, adeoque in hisce processionibus verificatur, quod gradiatur nobiscum, iidem namque passibus & gressibus quos nos facimus, ipse per vias publicas inambulat. Unde Ruđerius Abbas ait: *Cum dicit, ut gradiaris nobiscum, fiducialiter fides Evangelica gaudet subintelligere, ut verbum caro fiat, & habitat in nobis.* Hoc verbum caro factum est in Eucharistia, & habitat nobiscum, & in nobis. In manet & ego in eo Immensa divina largitatis beneficia (inquit S. Thomas) exhibita populo Christiano, inestimabilem ei conferunt dignitatem, neque enim est aut fuit aliquando tam grandis natio, qua habeat Deos appropinquantes sibi sicut Deus noster adest nobis. Nulla hac dari aut excogitari potest major vicinia, siquidem non solum graditur nobiscum, sed ut ita dicam, sit una caro nobiscum, ut potest qui nostrum sit nutrimentum. Prodigia me hercle Dei cuiusdam liberalitas, plus dare nobis non potuit, quam se ipsum. Quemodo non etiam secum omnia nobis donavit? Cardinalis Bellarminus de cultu sanctorum de hodiernis Proces-
sibus

tionibus tractans, Hæreticorumque aduersus il-
las adductas oppositiones & argumenta dissol-
vens & impugnans, ut nos erudit, quantum hæ-
processiones in recognitionis nostræ protesta-
tionem deferviant, ita scribit: *Etiam si non esset
vere Cōr̄is̄t̄us̄ in Eucharistia, ut Calvinista di-
cunt; vel non deberet adorari, ut dicunt Luthe-
rani; tamen adhuc justum est, habere certum di-
ctum, quo recoleremus memoriam institutionis
hujus Sacramenti.*

4. Hic tamen advertendum est, merito nos
timere posse, ne de nobis propriè verificari pos-
sit, quod dicitur in Prosa hodiernæ: *Nec laudare
sufficit, non quidem oblationem à Doctore An-
gelico adductam, scilicet: Quia major omni lau-
de, sed propter indignitatem nostram; quia non
Eccl. 15.9. est speciosa laus in ore peccatoris. D E U S
olim per os Isaiae de populo suo lumentabatur,
dicens: *Labiis suis glorificat me: cor autem ejus
longè est à me.* Neque enim sibi in cantibus &
laudibus nostris, quas ipsi in his & processio-
nibus depromimus, complacet, nisi huic re-
verenti & devoto corde deriventur. Unde bene
sanctus Thomas nos moneret, dum ait: *Ex pre-
cordiis sonent præconia.* Sicutus quoque Pe-
terus Damiani, licet ad aliud intentum, dicit:*

Isaia 29.15.

Serm. de
Spiritū 2.

*Eliminemus omnes spurcitas de nostri cordis
hospitio. Etenim immaculatum Salvatoris
nostrī corpus non tam curat, ut à viis pu-
blicis per quas transibit, tollantur immunitæ,
quam ut peccatorum nostrorum for-
des à cordibus & animabus nostris expur-
gentur: De nostri cordis hospitio. Et quibus
possumus variis virtutum floribus aspergamus:
delectetur Deus nitiā nostrī pectoris taber-
naculum ingredi, & suavitus in eo honorum
operum delitii epulari. Demum vero ubi
hec omnia adimplerimus, sanctus Doctor
libenter nobis acquiescit, ut linguam no-
stram ad hujus Sacramenti laudes liberè laxemus:
sicne preparato atque composito decoro
intima domus ornata psallamus. In Bulla
Papali de hisce processionibus ita scribitur:
Devota turba fidelium ad Ecclesiæ affectuose
concurrant: & tam Clerici quam populi gau-
dentes in cantis & laudum surgant: tunc enim
omnium corda & vota, ora & labia hymnos
persolvant letitiam salutaris. Ubi non andum,
quod prius præmitat: Devota turba,
devotio enim debet omnia alia
præcedere.*



SS. Sacramentum in hodiernis Processionibus gratias & benedictiones suas erogando erga nosse liberalissimum esse declarat. Vbi eadem occasione malorum Christianorum irreverentia erga hoc Sacramentum graviter perstringitur.

DISCURSUS QVARTVS.

Pertransit benefaciendo & sanando omnes. Act. Ap. cap. IO. v. 38.

Benignissimus Salvator noster in sanctissimo Eucharistia Sacramento tanquam in throno misericordiae, vel tanquam in dignitate gratiae confidens, nihil aquae desiderat, nec ulli alteri rei ita studet, quam ut nos gratias & donis suis locupletare, nobisque per largam celestium spiritualiumque thesaurorum copiam benefacere possit. Unde firmiter credere possumus, quod Salvator noster hoc potissimum sine se in hoc Sacramento per vias & plateas portari, leque ab omnibus videri permittat, ut nimur nos ad postulandos ab ipso favores & gratias, queque beneficentia dona in nos effundenda humanissime invitet: *Pertransit benefaciendo.* Quodsi enim in rebelli tibi & in gratia Iudea benignissime pietatis sua ad quemlibet gressum impressa post se relinquenter vestigia, quanto igitur creditibilis est, quod erga Christianismum, utpote qui hodie omnibus sibi possibilibus devotionis & oblationi demonstrationibus, eum venerari & adorare omni suo studio satagit, futurus sit liberalior & beneficentior. Porro Prophetæ Evangelicus solemnitatē hanc hodiernam prædicare voluisse videtur, quando prophetæ sua cap. 62 ita scribit: *Comedent & laudabunt Dominum, bibent in atrii sancti mei; transite per portas: preparate viam populo, planum facite iter, serigate lapides, elevate signum ad populos; ecce Salvator tuus venit, ecce merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo.* Sacratissimum enim corpus suum secum portat, in quo omnes recluduntur Cœlorum thesauri: *In quo sunt omnes thesauri.* Eternam illam secum habet rétributionem, de qua Abrahæ quondam dixit: *Ego ero merces tua Gap. 15.1 magna nimis;* illa nimur que nos aeterna beatitudinis facit esse commensales; hoc enim est illud oppiparum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Paschæ ejus, mens impletur gratia, & futura gloria nobis pignus datur. An non igitur vobis verum esse videtur, quod hodie Christus in Eucharistia omnes plateas obit & pertransit benefaciendo? Enimvero Arca, pro-

DISCURSUS IV.

328

proutissimo inferius loco probabitur, augustinus
sumi hujus sacramenti figura erat; hec autem
quantumvis brevi temporis spatio in domo
Obedadom demorata, Benedixit omnem de-
mum ejus, quod David videntes eadem ma-
gna cum solemnitate, & cum ingenti appa-
tu & magnificentia in processione quadam
deportari & bajulari fecit. Adduxit arcam
DEI in civitatem David, cum gaudio, & erant
cum David septem cibori, & vestimenta vituli,
immolabant bovem & arietem, & David sal-
tabat totis viribus ante Dominum: & om-
nia domus Israel dacebant arcam in jubilo, &
in clangore buccina. Quæ adeò sumptuosa
arcæ hujus translatio hodiernarum solemnita-
rum processionum Corporis Christi manifesta
figura fuit; cum aliquali tamen utriusque
differentia. Arca enim ex ligno licet incor-
ruptibili fabricata fuit: hic autem in Euchari-
stia habitat omnis plenitudo Divinitatis cor-
poraliter. Quod si igitur lignum istud Bene-
dixit omnem domum: & multo securius nos in
Evangelica veritate dicere possumus, DEUM
nostrum in hoc sacramento omnes reclusisse be-
nedictiones, quodque Benedicat omnem do-
mum; siquidem pertransit benefaciendo. Bene-
dicat tibi Dominus ex Syon, & videas bona
Ierusalem omnibus diebus vita tua. Ubi no-
ta Davidem dicere ex Syon, ad celestem hunc
panem alludens, qui in Syonis coenaculo confe-
cratus fuit: paulo ante autem Psalmista salvatori
novo dixerat: Fili tui sicut novella olivarum
in circuitu mensa tua. Denique S. Thomas
non sine mysterio in Graduali Missæ hisce ver-
bis utitur: Aperia tu manum tuam, & imple
omne animal benedictione.

2. Advertendum est autem, quod non
solum pertransit benefaciendo, verum etiam
sanando omnes, & merito, quia est Panis vi-
ta: Panis vivus & vitalis hodie proponitur.
Qui manducat hunc panem, vivet in ater-
num. Nisi manducaveritis carnem filii ho-
minis, & siberitis ejus sanguinem, non habebi-
tis vitam in vobis: Doctor Angelicus Chri-
stum Dominum nostrum in hujus Eucharistici
convivii institutione, Pastoris titulo decorat,
dum ait: Lauda Syon Salvatorem, lauda ducent
& pastorem; unde hodie mihi adimpleri vi-
detur parabola illa, olim à Christo deaman-
tissimo illo Pastore proposita, qui amissam
oviculam studiosissime investigabat, Chri-
stus enim nobis in hoc pane corpus suum tunc

2. Reg. 6.

2d.

2f. 127. 5.

Ioan. 5. 34.

Mansi Sanduarij Tom. II.

principiū reliquit, quando sanguis ejus in
venis vel maximè bulliebat, ob magnam
aviditatem, qua eundem pro nostra salute de-
siderabat effundere, immo quando nil aliud
adeò cordialiter spirabat, quam quomodo
ipsos quoque assassinos, crudelissimos Car-
nifices & tradidores impiissimos fatigebat ad
penitentiam reducere; In qua nocte tradeba-
tur, accepit panem. Quis nobis hodie dabit
benignissimos illos contueri oculos, quos
per omnes urbis plateas in animas conjicit
errabundas, ut illas à perditionis barathro ad
beatitudinis semitas revocare possit? quoct
uniuersusque cordibus inspirationes inter-
nas immittit & quot stimulos & calcaria in-
desidiosos defigit, ut in viam quæ ad celum in-
ducit, eos dirigere possit? optime nos amoro-
si hujus Pastoris benevolentiam & pietatem
implorate docet sancta mater Ecclesia hisce
verbis: Bone Pastor panis veræ, Iesu nostri mi-
serere, tu nos pascere, nos tuere, tu nos bona fac-
videre in terra viventium. Vestros velim
oculos in ipsum conjicite, quando ad lucran-
tas Paradiso animas per vias Hierichuntinas
totus anxius atque sollicitus oberrabat; eten-
tim tunc illum quaquaversum innumerabilis
circumdabat populus, qui miraculis eius ap-
plaudens eum pro viribus suis impeccissime
honorabat; & ecce peccator quidam valde
famulos Publicanorum antesignanus, Prim
eps publicanorum, quia mira de Christo au-
dierat, curiositate motus, videre ipsum de-
siderabat; quia verò statura pusillus existens,
ob densam populi multitudinem & concur-
sum, desiderio suo potiri non poterat, arbo-
rem quandam sibi condescendam esse cen-
suit. Et præcurrens ascendit in arborem syco-
morum ut videret eum, quia inde erat trans-
futurus. Sed o rem summè admirandam! Sal-
vator noster per conjectum in eum oculorum
obrutiū talēm ei compunctionis spiritum
protinus impressit, ut ex titione Inferni in
unico momento in Seraphinum quendam
transmutatus fuerit caelestis Paradisi; nam
qui antea ad facies usque lucris injustis im-
meritus usurpsque deditus erat, immediatè si-
ne ulla cunctatione præpotentium facultatum
suarum medietatem inter pauperes jus-
tit distribui: Ecce dimidium bonorum meorum
Domine do pauperibus Non dicit, dabo, in fu-
turo, sed do in tempore praesenti; Et si quid
aliquem defraudavi, reddo quadruplum; ac
tandem

Ff

tandem DEUM nostrum in domum tuam cum infinito jubilo recepit, ideoque audire meruit : *Hodie huic domui salus à Deo facta est.* Quo ex facto tale formare possumus argumentum ; quod Christus in illa, ut ita dicam processione Hierichuntina, quando adhuc possibili & mortali carne induitus erat, alicui publicano tamquam famulo peccatori in virtus & peccatis habituato tot beneficia contulit, quia igitur nunc faciet, quando studiosè per omnes vicos & plateas circuit, ut gratiarum suarum thesauros spargere possit, quando inquam pertransit benefaciendo & sanando omnes? nunquid creditibius est, quod nunc vel maximè fidulium animarum salutem anhelet, ut se gratum exhibeat erga honores & obsequia, quae ipsi hodie certatum præstantur à singulis fidelium dominis sanctissimum ejus corpus hospitio excipere desiderantibus ? Hoc solum nobis vel maximè curandum erit, ut ex parte nostra, nullum ei per obstinationem & duriuscam nostram obicem ponamus ; *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras,* quam lucem. Peccatorum nostrorum tenebra, & inordinati appetitus nostri plus à nobis amantur, quam lux divina quæ ad nos venit, ut dummodo consentire velimus, iniquitatum nostrorum à nobis dissipet obscuritatem : pertransit benefaciendo & sanando, dum nos non magis plagas & vulnera lethalesque infirmitates, quam salutem & vitam nostram diligamus ; *Quocunque introibat in vias, vel in villas aut civitates, in plateis ponebat infirmos,* & deprecabantur eum, ut vel simbriam vestimentis ejus tangarent, & quocquot tangebant eum salvi fiebant. Quis autem noscum est, qui non ex aliqua vel spirituali vel corporali infirmitate languescat? devota illa mulier, quæ per solidos duodecim annos sanguinis fluxum perpetua fuerat, vestis Dominica fimbriam tetigera, quando Redemptor noster, veluti in processione ab ingenti hominum turba undique cinctus erat, & pertransibat benefaciendo & sanando, unde ut S. Lucas scribit, Christus ait : *Novi virtutem de me exisse.* Et S. Petrus Christo interrogans : *Quis me tetigit?* respondit : *turba te comprimit.* Hoc porrò mulier cum ingenti & generosa fide fimbriam quendam vestis tetigit : *Tetigit fimbriam vestimenti ejus.* & confessim stetit fluxus sanguinis ejus. Quia de re pulchrum audire Chryologi

argumentum : *Tetigit vestimentum mulier, & curata est: miser, qui quot die corpus Domini tradamus & sumimus, & à nostris vulneribus non curamur. Non Christus infirmantibus, sed fides deest: nam multo magis modo in nobis manans poterit vulneratos curare, qui latenter mulierem præteriens sic curarunt.*

3. Porro cœlestis hic Prothomedicus, quantum quidem est ex parte sua *Omnis homines vult salvos fieri,* & hodie plusquam alias unquam pertransit sanando omnes. Veruntamen malum nostrum est, quod vulnera & plagi mortiferae in hisce processionibus potius re-crudescant; non unquam propria nostra voluntate concurrente ad mortem usque infirmamur, nec tanati volumus. Qualis etenim est multorum perperam viventium orga sanctissimum Christi corpus irreverentia? quoq; obscenorum obturatum scandalis, quoq; sensualitatibus, quoq; crapulis & ebrieratibus alitque licentiosæ vitae excessibus processiones hodiernæ prophanantur? Moyles, ut lupa diximus, à Deo percat, dicens: *Obscoena ut gradiaris nobiscum;* sed quo Exod. 34.

6. *que peccata, nosque possideas.* Ubi Glossa interlinearis ait: *Quod Dominus hic se promittit facturum, nonquam est Iudeis datum ad literam,* sed speciali quadam prærogativa nobis duntaxat fuit concessum. Advertendum autem nobis est, quod dicit Chrysostomus : *Ipsa excellentia dignitatis majoris tibi fieri causa supplicij.* Deus quidem noster in hisce processionibus ad nos venire, & nobiscum gradiri non designatur, sed ad beneficiendum nobis, & ad tanandum spirituales nostras infirmitates ; non vero ut in illo à nobis offendatur : Ecclesia quoque rotundat ipsum hodie, si unquam alias, in hoc triumpho honorare contendit, eumque in processione circumserit, ut auferas iniquitates nostras atque peccata, & nos adeo invercundaverimus, ut illa de novo committere non dubitemus ; quantum obsceno stragem & ea Domini in illis edidit, qui eam dum circumseretur varia curiositate inspicere praesumperunt? *Quanta gravitas, quanta severitas* (inquit sanctus Thomas de Vili. N.) *qua rata Conc. 2. de majestas, quantum honos, quantum terror in arca festi corpori lignea!* Tantane tibi Domine cura de ligno ? Christi non utique ; sed propter nos hac omnia facta sunt, in illis terremur in illis admoneamur, in illis instruimur. quodcum autem est do-

56. *Marci 6.*

Quocunque introibat in vias, vel in villas aut civitates, in plateis ponebat infirmos, & deprecabantur eum, ut vel simbriam vestimentis ejus tangarent, & quocquot tangebant eum salvi fiebant. Quis autem noscum est, qui non ex aliqua vel spirituali vel corporali infirmitate languescat? devota illa mulier, quæ per solidos duodecim annos sanguinis fluxum perpetua fuerat, vestis Dominica fimbriam tetigera, quando Redemptor noster, veluti in processione ab ingenti hominum turba undique cinctus erat, & pertransibat benefaciendo & sanando, unde ut S. Lucas scribit,

Luke 8. 43. Christus ait : *Novi virtutem de me exisse.* Et S. Petrus Christo interrogans : *Quis me tetigit?* respondit : *turba te comprimit.* Hoc porrò mulier cum ingenti & generosa fide fimbriam quendam vestis tetigit : *Tetigit fimbriam vestimenti ejus.* & confessim stetit fluxus sanguinis ejus. Quia de re pulchrum audire Chryologi

Serm. 33.

eu men-

cumentum, quo nos erudire contendit? Illos exanimas, ut nos erudias, ut in eis discamus quanti piaculi simul & periculis indignè tractare, aut sumere sacrosanctam Christi carnem in hostia salutari, cuius typum sic Deus magnificavit, sic sublimavit sic vindicavit. Merito & nos metuere possumus, ne idem quoque super nos inducat supplicium, illos præsertim qui indignè tractant hoc Sacramentum, hoc eodem tempore, quo Ecclesia idipsum sic sublimavit, & magnificavit, idque tantis cum apparatibus, tantisque adorationis & reverentia religiosissimis signis. De tribus Regibus Orientalibus dicitur: Procidentes adoravunt eum, nimicum ut Christo homagium

præstarent, idque præcise eo tempore quo pauperculis pannis circumvolutus, in duorum solitissimorum animalium medio super paleis jacebat, non verò in Majestatis suæ throno confidebat, prout nobis eum in hodierno festo videtur contingit, in quo hisce verbis ad eum invitamus: Christum Regem adoremus dominantem gentibus: quia igitur fronte eum tanta cum irreverentia alpernari & contemnere audebimus? Illi cum Hom. 6t. præsepe & tugurium (inquit Chrysostomus) ad Pop. tantummodo, neque corum quicquam que tu nunc intuerie, viderentur, summa accesserunt reverentia & horrore, tu verò non in præsepi, sed in altari?

Lætitiam, ad quam in hac festivitate invitamus, potius in interiori bonæ conscientiæ sinu, & virtutibus Christianis, bonisq; operibus, quam in externis demonstrationibus consistere, ostenditur.

DISCURSUS QVINTVS.

Sit laus plena, sit sonora, sit jucunda, sit decora mentis jubilatio.

Potquam sancta Mater Ecclesia hanc corporis Christi solemnitatem per totum Christianum sufficenter promulgasset, ad hoc ut à conditopulis cum omni possibili reverentia & honorificentia celebretur, hodie nos ad affectu: lætitia & gaudii dulciter invitat, dicens: Sit laus plena, sit sonora, sit jucunda, sit decora mentis jubilatio. Nec obstante quod septimana præterita jucundissimum illud Alleluja deposituerit, eo quod Paschale tempus in predicta solemnitate feliciter terminarit, hodie nihilominus in totius hujus octave officio & Missa idem Alleluja denuo reassumpit, & frequentissimè repetit. In introitu quoque Missæ verba illa recitat: Exultate DEO, jubilate DEO; Item in Hymno iustitiali dicit: Sacris solemnis juncta sint gaudia; denique in antiphona quādam cecimimus: In voce exultationis resonant opulantes in mensa Domini,

adeo ut per omnes officii hodierni partes ad lætitiam & gaudium spirituale invitemur. Glossa in Clementina, in qua de hodierno festo Lib. 3, Tit. agitur, præcipue super illa verba: Plaudat, jubilat, scribens dicit: plaudat, quasi manus jungat, jubilet, quod est cantare voce quadam confusa pro gaudio unde dicunt quidam, quod jubilus est gaudium, quod verbis explicari non potest, nec tamen penitus reticeri. Sancta igitur Ecclesia per duo haec significantia verba omnes filios suos ad festivandum, huicque telemnitati cum jubilo applaudendum humaniter invitat, dicens: Plaudat, jubilat. Adhac gravis quidam author scribit, quod cum in territorio Luchent omnia ad solemnum quādam corporis Christi processionem præparata essent, Musici autem ad eandem conducedi nondum advenissent, Deus ingens hoc operatus sit miraculum, ut scilicet à processionis principio usque ad finem suavissimi per aera concentus & melodiae auditæ ab omnibus fuerint, hosce autem cantores ipsosmet An-

Ioan. 3.10.
L.O.C. 15.
super faciem

gelos suisse omnibus persuasum & indubitatum fuerit Sanctus Thomas in prima Concione de hodierna festivitate summam illam Israëlitarum admirationem , quā manna primitus videntes & degustantes percelebantur , dicentes : *Mahhu quid est hoc? considerans dicit, mirum non esse, si etiam quisquis de tanti Sacramenti mysteriis non satis informatus , modicam panis particulam tanta cum maiestate , tantoque cum apparatu & triumpho quaquaversum circumferri videns , exclamando diceret : Quid est hoc? quod vero huic nostro proposito vel maximè defervit , est , quod suo tempore heri solitam præsentis hujus solemnitatis lætitiam aliquatenus describendo nobis oculos ponat , dicens : Inspecta hac nostra celebritate , viso populi jubilantis concursu , sacerdotum laudantium apparatu , ministrantium ordine , canentium júbilo , saltantium tripudio , instrumentorum sonitu , vestium splendore , plebis exultantis applausu , inspectato honore , reverentia , cultu , &c.*

Sit iucunda , sit decora mentis jubilatio . Enimvero opere pretium erit horum verborum Ecclesia leulum accuratius non nihil ponderare , utpote quibus potius ad interiorē mentis & cordis lætitiam concipiendam excitamus : Sit decora mentis jubilatio . Ideo etiam dicitur quidem : Sacris solemnibus sunt gaudia , immediate tamen sequentibus verbis undenam hæc gaudia derivari debeant , aperte satis declarat , dum ait : Ex praecordiis sonent . Isaías quoque qui verus Evangelicæ legis propheta fuit de cœlesti hoc Panegyri voluisse videtur , quando uti existimo per os ipsiusmet Ecclesia ait : Gaudens gaudebo in Domino , & exultabit anima mea in DEO meo . Ubi notandum quod verbum jubili expressivum bina vice repeat , ita tamen ut illud semper cum DEO unitum & conjunctum enuntiet : Gaudens ; sed in Domino : exultabit anima mea , sed in Domino ; Exultabit anima mea , sed in DEO meo . Insinuare volens , gaudium hoc à divina præsentis nunquam dissoeiandum esse . Observandum quoque qualiter sacramentum istud verbis sequentibus circumscribat , dum ait : Indumenta vestimenta salutis , & indumenta iustitie . Ubi septuaginta legunt : Tunica iustitie , hæc autem salutis & lætitiae vestis non est alia , quam Christus , qui animam

nostram vestit & contegit : induimini Iesum Rom. 13. Christum ; ac proinde verum intra nos insinuat gaudium , siquidem est DEUS totius consolationis . Quicquid præter Deum est , dulce non est , inquit sanctus Augustinus , quicquid in Ps. 16. mihi vult dare Dominus meus ; auferat totum , & se mihi det ; Id quod in Eucharistia veracissimè adimpletur , in qua seipsum omnino & totaliter donat , in corpore , anima , & Divinitate , & unum idemque nobiscum efficitur ; arque ideo tunc verè sapidissimos beatitudinis gustus percipiemus , si cœlesti hoe manna velut alimento nos nutriamus , poteritque quilibet , dummodo illo se nequaquam indignè cibet verè dicere : Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum . Unde Apostolus ad Corinthios scribens nos exhortatur , dicens : Itaque epulemur non in fermento 11 Cor. 5. & veteri , neque in fermento malitiæ : sed in azymis syncoriatice & veritatis . Circa que verba Chrysostomus existimat , Apostolum id ipsum folius festi occasione scripsisse : Indicat D.S. Pene non tempus , sed conscientiam mundam festum efficeri : nihil enim aliud est festum quam latitia . Et ideo summi Pontifices ut festum hoc quoad possent , solerant efficerent , tanta cum sollicitudine ad lætitiae signa edenda nos cohortatur : Sit laus plena si sonora , sit iucunda , sit decora mentis jubilatio . Verum enim vero ne forte in errorem incidamus , ne clementes discerneant lætitiam , de qua Scriptura sacra & Ecclesia exhortando intelligitur , sciendum est ad spiritualē præcipue lætitiam nos commoneari : Spiritualē vero lætitiam (inquit Chrysostomus) nihil aliud gigavit quam conscientia bonorum operum . Itenim Salvator noster nos illo dignatur convivio excipere , in quo Christus sumitur , recolitur memoria Passione ejus , mens impletur gratia , quodnam autem vel quale à nobis vicissim Christo exhibendum est convivium , ut nostrum dignetur ingredi hospitium & Secura mens juge convivium . Igitur exhibeamus illi conscientiam puram , & ab omni etiam si possibile est , venialis culpe coquinacione mundam . In hoc etenim convivio , ut Hugo Cardinalis ait , Conviva hujus convivij virtutes sunt , quæ omnes proprii serculis resciuntur . Summus quoque Pontifex Urbanus IV. dum in Bulla institutionis hujus festi omnes nos ad lætitiam invitat , ad chœras & tripudia , & hymnos &

Cantica nos provocare videtur, sed ad nos quia haec putatis tripludia, & cantica? ad excellentes, quas exrcere possumus virtutes Christianas: Tam Clerici quam populi gaudentes in cantica laudum surgant; tunc psallat fides, spes tripludiet, exultet charitas, devotio plaudat, jubilat chorus, puritas jucundetur, tunc singulis acaci animo puraque voluntate convenienter sua studia laudabiliter exequendo, tanti festi solemnitatem celebrantes. Similiter in Procesione illa Hierichuntina, prouti præcedenti discensu diximus, Zachæus in eo à Salvatore nostro honoratus fuit, ut ipsam domus suæ meretetur excipere hospitio: *Hodie in domo tua oportet me manere.* Subdit vero lacer texitus, quod festinans descendit. & exceptit illum gaudens: *Quoniam verò in re gaudium hoc sive letitiam probavit?* Chrysostomus optimè id ipsum exponit, dicens: *Cam audissem Christum in eam ingressurum, quonodo eam ornari vel? non curriculo ad vicinos contendit, mensas, sedes, subsellia petens eburnea: sed ornare gratissimo Christum decoravit.* Quis porro iste? Dimidium, inquit, honorum meorum do pauperibus, & quadrupliciter reddo, quod rapiui. Tandem sanctus hic Doctor per opportunum quoddam, nobisque in hac octava utile monitum sermonem concludit, dicens: *Sic & nos domos nostras exornemus;* quasi diceret: Faciamus bonam confessionem, facultates alienas & famam restituendo iis, quibus resonemur, malam deferendo societatem, bona à nobis facta proposita serio exequendo: hac enim ratione augustissimum Christi corpus, sumptuoso gratoque cum apparatu recipiemus; quia Confessio & pulchritudo in conspectu ejus, sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus. *Afferte Domino gloriam & honorem.* Magnificentiori cum apparatu recipere non possumus, quam si bonam induamus conscientiam. Tunc enim solemnisimo sibique gratissimo festo fruitur, quando animarum nostrarum saluti promovenda impensè studemus. *Est ei magna festivitas,* inquit Origenes, *humana salutis.*

3. Summus Pontifex in Bulla institutio-
nis præcipit, ut dum Prælati Ecclesiastici
subditos suos ad hafce processiones invitant,
pariter eosdem de nonnullis devotionibus
illa die peragendis, ut processionibus illis
tanto dignius assistant, anticipatè moneant. Sa-
lutaribus monitis sollicitè per vos, & per alijs

exhortantes, ut per veram & puram confessio-
nem eleemosynarum largitiones, attentas & se-
dulas orationes, & alia devotionis & pietatis
opera totaliter se studeant preparare, quod hu-
jus preiosissimi Sacramenti mereantur fieri
participes illa die. Pariformiter in volumine
illo, quod Acta Ecclesia Mediolanensis intitu-
latur, S. Carolus in Concilio Provincialis ita de. Car. 329.
crevit: *Quo religiosiss Provincia nostra Fideles
sanctissimi Corporis Domini solemnitatem co-
lant, pietatisque operibus, qua sacro illius so-
lemnitatū tempore praestanda sunt, indulgen-
tias à summis Pontificibus Urbano IV. Clemente
V. Martino V item & Eugenio IV concessas con-
sequantur, parochorum cura sit die Dominicæ
solemnitatem præcedenti, hac paterna charita-
te, gravique sermonे illos præmonere atque hor-
tari; primo ut confessi sacram communionem
sumant, ut pro facultatibus eleemosynam dent,
ut purè castèque in orationibus frequentes at-
que assiduis in pietatisque Christianæ exer-
citacionibus verentur, ut pridie solemnitatis
jejunent.* Unde clare deducitur Superiorum
intentionem nequaquam esse, ut homines in
hac festivitate solam de aulæis, tapetibus,
Musica, ignibus artificialibus, fontibus, al-
taribus, aliisque similibus ornamentis solli-
citi existant, sed potius in veram Confessio-
num, Communionum, Eleemosynarum
aliorumque bonorum devotionem operam
suam collocent. De illis igitur qui omne
studium suum in externa illa cultus & orna-
mentorum appetitia positum habent, id
quod majoris ponderis est, omnino negligentes,
idem dici posse videatur, quod de
gentilium sacerdotibus, qui ut auspiciis suis
vacent, oblatarum victimarum viscera tanta
cum curiositate investigabant, cum tamen
ipsi metu in cordium animaliumque suarum
interiori sinu vicioissimi essent, inquit Ter-
tullianus: *Miror cum hostia probantur penes
vos & vicioissimi sacerdotibus, cur præcordia
potius victimarum, quam ipsorum sacrifican-
tiuum examinantur?* O si quis videre posset,
quanta hodie in multis Ecclesiasticis sit in-
ter externas vestes & ornamenta sacerdotalia
candida, opulenta, pretiosa, & inter internos
victorum habitus, malaque ipsorum incli-
nationes, quibus affecti sint, dilectepantia &
quanta irremundities, quot sunt intus inani-
ma talium macula? Nervosè hanc deplorat
miserans S. Bernardus dicens: *Cernitur in* Epist. 42.
Ex. 3 non-

*Hom. 59.
in Matth.*

Vul. 95. 6.

*Hom. 13.
in Num.*

nonnullis sacerdotibus vestium cultus plurimus, virtutum autem nullus aut exiguis. De eadem pravitate Chrysostomus ita argumentatur: *An non vides usq[ue] abluta adeo nitida & splendida?* Imo vero, quia opulentissima tam prophana quam lacra suppellex publicè spe-

ftanda exponitur; evacuantur sacrificia & gizophylacia, ad metam ostentationem & pompa. Sed quid inde? His longè mundiores nebis *Hom. 3. ad oportet esse animas, his sanctiores & splendidiores;* *Eph. 4. 12.* quare quoniam illa proprie nos sunt tales.

Corpori Christi acceptiora sunt spiritualia virtutum bonorumque morum, puritatis item mentis & corporis peristromata, quam quævis ornamenta exteriora.

DISCURSUS SEXTVS.

Parate viam Domini. Isaiae 40. v.3.

Dum solemnes illos apparatus & ornamenti, quibus hodie viæ illæ exornantur, per quas hodiernæ in honorem Sanctissimi Corporis Christi institutæ Processiones diriguntur, accutius considero, hoc ipsum adimpleri video, ad quod Propheta Evangelicus novæ legis gratiæ Fideles olim prophetice invitat, dum in propositi thematis verbis ita loquitur: *Parate viam Domini.* Porro in economiatiotis vite Christi id specialiter observo, quod quādū Salvator noster nobiscum hic in terris commoratus fuit, omnium quidem virtutum choro stipatus fuerit, inter omnes tamen virtutes humilitatem præcipue dilexerit, adeo etiam ut eousque se per humilitatem demiserit, ut veluti malefactorum antisignans in medio & societate duorum latronum crucifixus fuerit; Et tamen hoc non obstante, quando paulò ante passionem suam de sarcophago corpore in Eucharistia Sacramento in ultima cena instituendo eisdem Salvatori nostro negotium erat, apostolis suis præcepit, ut ad hanc functionem omni cum honorificentia celebrandam sumptuosum quoddam cœnaculum prepararent: *Vobis demonstrabit cœnaculum grande stratum,* & illuc parate. Ubicertus quidam interpres

hanc glossam adjicit: *Diligenter excultum.* *Angl. de Infusper in Greco textu additur, paratum.* *Pas.* Hoc autem cœnaculum tançæ amplitudinis erat, ut ibidem per decem dies congregati permanerint centum viginti, qui erant perseverantes unanimiter in oratione cum Maria matre IESV, in quod etiam Divinus Spiritus sancti ignis cœlitus delapsus fuit. Unde omnino mihi persuadeo, Christum cœlestem Magistrum nostrum per magnificum hujus cœnaculi apparatus, ad sacratissimum corpus suum, hodierna die honorandum, nos invitare voluisse, ut potè in quo dies solemnis agitur, in qua mensa prima recolitur hujus institutio, idque per specialia augustæ magnificientia & ornatum specimen. Observandum nihilominus est, quod in spirituali sensu Albertus Magnus de hoc cœnaculo scribit hisce verbis: *Cœnaculum istud significat conscientiam, & cordis receptaculum, quod stratum est picto pavimento, cærietate viriutum, grande autem est charientia amplitudine.* Cui Cajetanus verbis à nobis in exordio discursus hujus propositis persimilem subjungit interpretationem, dum ait: *parate viam Domino: procul dubio actibus virtutum.* Chrysostomus autem de Penthecopte quidem loquens simile quid dicit, quod tamen hodie nobis facile applicare possumus, dicit enim:

Feluum

Serm. 2. de
venit.

Festum celebrremus, non ianuam coronantes, sed animas comentes; non solum tapetibus ornantes, sed animam splendidam virtutis amictu redentes: quasi diceret sanctus hic Doctor; Antiquitus quidem templorum portae variis circumquaque pendulis exornare solebant coronis, hoc autem a vobis minimè requireo, quin potius horum ornatuum & coronarum loco animas nostras condecorent virtutes, gratia & opera sancta; opulenta aula & phrygio opere contexta peristomata potius sine actionum moritoriarum & virtuosarum sancta exercitia: *Via ad recipientum Domini parata & recta* (inquit S. Thomas) via justitiae, secundum illud Isaiae 26. Semita justi recta est: tunc enim recta est, quando homo totus subiectus Deo, ut scilicet intellectus per fidem, voluntas per amorem, operatio per obedientiam Deo subdantur.

2. Parate viam Domini. Albertus Magnus ait: *Paratur via, dum sternitur exempla bonorum operum.* Multi quidem sunt, qui hisce diebus, erigendis altaris, fabricandis arcubus triumphalibus, fontibus artificialibus curandis, spargendis floribus & pretiosis aulæ vestiendis parietibus, laxariis tormentis bellicis, aut in concentibus harmonicis procurandis, omni studio dediti, nec tamen intelligent, quod omnina haec obsequit & tuæ erga haic processiones devotionis specimen, iunctissimo huic Sacramento in tantum sint futura accepta & grata, in quantum bonis moribus, optinuisse exemplis futura sunt conjuncta. Ad quod confirmandum dicto illo uti possumus, quod sanctus Augustinus tametsi alia occasione, ad nonum tamen intentum apertissime post se scriptum reliqui, dum ait: *Preparamus hanc domum ad sacri Regis adventum, eamque diversis probabilium morum floribus adornemus.*

Serm. 2. de Temp.
Examinemus igitur, quales sint mores nostri, quibus vivimus, illosque adeo reformemus, ut proximorum nostrorum adificationi deservire possint; specia icer autem hisce diebus modestia & honestas in nobis resplendet, & non tam per decerplos è viridans & horis nostris flores, quam per odoriferam bonorum morum nostrorum fragrantiam sacramissimum hoc corpus velut acceptiori obsequio devotè honoremus. Repleamur (est exhortatio ejusdem sancti Augustini) jucundis prenossisque odoribus castitatis, fidei, & compun-

dionis incenso, balsamo benevolentia, & thymiamate charitatis. Quid opus est ad hoc laborando committi, ut aqua contra naturalem cursum suum in aëra usque ascendat? Effunde sicut aquam cor tuum, potius erit, si oculi veltri ex peccatorum vestrorum concepto dolore aquam veræ contritionis scaturiant, per hoc etenim medium supremæ illius & celestis aquæ recipiunt abundantiam, & fieri in vobis fons aquæ salientia in vitam eternam. In vicem iussius, & incensorum odoriterorum potius discute qualiter per pure & innocentis cuiusdam vita decursum bonum famæ odorem per vitam & mores spirare valeatis, ut pariter cum Apostolo dicere possitis: *Christi bonus odor sumus.* Nam ut 2. Cor. 2.15 benè monet Chrysologus, *Non tam libenter Serm. 87.* odoratur Arabiae arboris guttam, quam sinceri cordis & pectoris sacrificatam. Chrysostomus quoque acceptissimum DEO nostro apparatum præparare docet his verbis: *Vis corpus Hom. 51. in Christi honorare ne nudum despicias, ne eum ad populu quidem sericeos honores vestibus, extra vero gelu & nuditatem pereuentem contemnas: qui enim dixit: Hoc est corpus meum; hic & dicit: Esurientem me vidi sit, & non pavisti.* Verum enimvero quoniam liqua hic pauperum Æme facta est mentio, ad vertendum est, hoc sacrum invitari, utpote qui p̄x omnibus aliis præ cunctis aliis hodie ad hoc sacramentum invitari, p̄tote qui p̄x omnibus aliis præcedentiam obtinent. Etenim in Antiphona ad Magnificat in primis vesperris dicitur: *Esurientes replet bonis, fastidiosos divites dimittens inanes.* Similiter in sequentia dicitur: *Manducat Dominum pauper servus & humilis.* Et alibi dicitur: *Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum.* Verum inquires: *Hic pauperes & egem carent pretiosis aulæ atque tapetibus,* ideoque platearum compita, aut domorum facies exornare non possunt; *Quibus igitur ornatis ipsum gloria Regem,* in hisce quæ tanta cum solemnitate celebrantur processionibus, Hom. 51. in excipere & honorare poterunt? Optime Chrysostomus considerat, mensa illam, super qua Panis ille angelorum in ultima cena institutus fuit, non fusse argenteam, nec calicem in quo pretiosus ipius latus consecratus fuit, fusile aureum: *Pretiosa tamen erant omnia, & venerationis plena;* Cur ita? *Quia spiritu abundabant;* ac proinde concludit: *Vis corpus Christi honorarel non amictu,*

sed

*sed animâ mundâ indiget ; utique ad hoc non
est opus vasa, sed animus aureo. Nec tamen hoc
à me ideo dicta esse existimes, subdit idem
Sanctus, quasi omnia opulenta & pretiosa
vasa, omniesque alios magnificos apparatus
& honores, quibuscum Deum nostrum in hoc
Sacramento veneramur, excludere velim ; sed
ut Fideles intelligent, cordum animarum
que nostrarum puritatem D E O comprimitis
gratam & acceptam esse : Animarum mundi-
tia opus est, propter quae etiam vasa hac Deus
recipit. Jam vero iplanet experientia satis de-
monstrat, hanc bonae conscientiae munditudinem
pauperibus potius inesse. quam divitibus, hi
namque in apparatus quos faciunt, pro mo-
tivo suo nonnunquam potius olteationem,
quam Sacramenti hujus cultum & reverentiam
habent, utpote quod tot diversis aliis modis
contemnunt & vilpendunt; ideoque fastidiosos
divites dimittit inanes.*

nobis appropinquandum est Observati-
ne aliquando qualemnam præparaciones in-
stitutionem hujus Sacramenti antecesserint ,
quæ hodie fidelibus reducuntur in memo-
riam? Quod in cœna Christus gesit . faciendum
hoc expressit in suam memoriam . Enim yero si-
gnum ex quo Apóstolos cœnaculum , quod
præparandum erat , dignoscere voluit , hoc
principiū fuit: Occurreret vobis homo saginam
aqua balsans , sequimini eum , ipso ostendet
vobis cœnaculum grande stratum , & illic pa-
rate . Quodnam putas in eo latet myste-
rium , quod apparatus & ornamenta cœna-
culi pariter cum signo aquæ conjugantur ?
Nunquid clariora Eucharistia sub specie-
bus panis & vini instituenda indicia vel
panis , vel vini vasa fuissent ? Sacerdos in ater-
num Christus Dominus , secundum ordinem
Melchisedech panem & vinum obtulit . Por-
rò certissimum est , hanc aquam mysticè re-
presentans tanquam finem , id quod in hoc
cœnaculo operandum erat . Unde Tertul-
lianuſ ait : Designo aqua ostendit , ut qui aqua
se lavassent , etiam sanguinem posarent . Chris-
tus prius Apóstolis aquam occurrere vo-
luit , quæ elementum quoddam est maculit
emundandis destinatum , postea vero stra-
tum assequerentur cœnaculum ; ad insinu-
andum , hanc diligentiam & industriam om-
nes alias præcedere debere , priusquam quis
ad corpus Christi honorandum admittatur ;
prius enim animæ nostræ aquâ veræ com-
punctionis diluendæ sunt , & postea facio-
sanctum hoc corpus congruis esti apparatu-
bus honorandum . Imo increatae & incarna-
tæ illi sapientia non videbatur sufficere , quod
interiorem hanc purificationem in hydra illa
insinuasset , quin potius priusquam panem
illam Angelorum consecraret : deponensque
lib. de
Bapt. c. 15.
Iohann. 13.

Eph. 4, 22.

Serm 3. de
Référ.

3. Parate viam Domini. Interpres quidam modernus circa hæc verba ita scribit: Repurate, complanate; metaphorica locutio, est sumpta à similitudine civium, qui si Regem, quem expectant, honorificè excipere, & tefari gratum esse ipsius adventum, viam qua venturus est, à sordibus, incommodis, atque impedimentis omnibus liberam reddunt. At invenies, qui nam fuit hæc, que viis publicis amovendis sunt fordes & incommoda aut impedimenta illa qualia sunt? Peccata nostra, dissoluciones & scandala nostra. Parate viam Domini. Hugo Cardinalis, majoris claritatis causa adjicit: Peccata abyciendo. Animo peccata eviciat (inquit Author quidam modernus) quemadmodum solent è via fôrdes, nova vita fôudens, qua non secus ornetur ac via aulicis. Christus Dominus paulò ante quam hoc Sacramentum institueret, depositus vestimenta sua; Quo in facto illud fortè monitum insinuare voluit, quod nobis deinceps Apostolus datus erat: Deponite vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, renovamini spiritumentis vestra, & induite novum hominem. Quod propriè cum eo coincidit, quod in Matutino nobis insinuavit Ecclesia, duzit: Recedant vetera, nova sint omnia, corda voces & opera. Ad altaris officium nemo accedit (est ponderatio S.Bernardi) ueste communis, sed quisquis accessurus est, aliis induitur; Per quod nobis puritas & innocentia vite & morum insinuatur, quacum huic mensæ

Item Angelorum concretarer; depositis vestimentis sua Et cum accepisset linteum, precinxisse; deinde mittit aquam in pelvis, & caput lavare pedes discipulorum. Extergeret linteum; Per hanc lotionem insuper declarando, quanta cum munditia nobis ad hoc Sacramentum accedendum sit, ministrum ut animæ nostræ ab omni levi & veniali culpa immunes sint, quod etiam per illam protestationem insinuat, quæ dicit: Vos mundi estis. Voluit quoque salvator noster, ut corpus suum iam mortuum per virum quandam nobilem & opulentum à Pilato postularetur, qualis erat Matth. Joseph ab Arimathea; Venit homo dives 57.

ab Arimathia, nomine Iosepho, hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Matthaeus adjicit: Nobilis Decurio mercatus syndonem. Tametsi enim tanquam vir dives & nobilis multa haud dubie domi sua linteal habuerit, nullum tamen ex iis corpori Christi adhibuit, sed novum quadam linteum ut pote futilius, majorisq; valoris comparare voluit. S. Lucas dicit, quod posuit illud in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Nicodemus pariter magnæ authoritatis Princeps eum è patibulo depositus: Ferens mixturas myrra, & aloës, quasi libras centum, accepserunt corpus Iesu, & ligaverunt linteal cum aromatibus. Theophylactus de Iosepho scribit: Pretiosum corpus pretiosè sepelirens; cum enim esset discipulus Domini, sciebat qualiter corpus Domini honorari deberet. Et Glossa ait: Syndone munda Iesum involvit, qui puramente eum sescipit. Cum etsi igitur hosce hono-

res infinita illa sapientia sacratissimo corpori suo exhiberi voluit, ad demonstrandum illud quovis devotorum fidelium obsequio & venerazione esse dignissimum.

4. Parate viam Domino. Sanctus Maximus ait: Ille viam Dominum suo parat, qui luxuriantis carnis regnens voluptates, toto mentis sua spiritu suspensus ad Deum vigore se castitatis accingit. Coram hoc sacratissimo corpore in hisce processionibus tanto obsequiosiores esse censemur, tantoque magis ipsum honorabimus, quanto hoc tempore maiorem habuerimus curam continentiae & castitatis: sed que est ingens nostra miseria, nos hisce diebus, obtutibus & oculorum iactibus obscenis plusquam alias unquam frenum laxare, hancque solemnitatem tripudiis, choreis aliquis minus honestis recreationibus prophana videmur.

Sacramentum hoc, quod basis est fidei nostræ, & immobile Ecclesiæ firmamentum, hoc unice in hoc festo intendit, ut nimis ad frequentiorem reverentioremque sui cultum populum inducat Christianum, confundatque hæreticos. Vbi etiam aliqua hujus institutionis tanguntur motiva: Et de congrua ad hanc Eucharisticam mensam præparatione.

DISCVRSVS SEPTIMVS.

*Christum Regem adoremus dominantem gentibus, qui se
manducantibus dat spiritus pinguedinem.*

Quidnam obsecro hic subest mysterii , quod Salvator noster qui quandam humilitatis cathedram in terra erat Aarus de calis descendit,juxta illud : *Dicite à me, quia mitis sum & humilius corde;* ideoque in sermoni illō Hierosolymitanō triumpho, licet cū olivis & palmis triumphalibus passim ab omni populo exciperetur,humilitate tamen suadente , non equo generoso , sed vili jumento insidere voluit, is inquam nihilominus hodie per omnes

quaquaversum urbis plateas in magnifico Maje-
statis throno, sub pretiosissimis auro nimiture &
gemmis phrygio opere elaboratis baldachinis,
illusterrima Principum tam secularium quam Ec-
clesiasticorum corona cinctus circumferri velit,
idque ut tanquam supremus mundi totius Mo-
narcha latreutice adoraretur, & ut hoc assequa-
tur, omnes ad id faciendum ab Ecclesia hisce
verbis invitare velit: *Christum Regem adoremus*
dominantem gentibus? Pro cuius resolutione
memoranda est illia Davidis Prophetia, quana
Psalmo 2. refert, in qua ipsemet Altissimi
Filius sui iaphus praecō fatus de seipso pro-

testatur, dicens : *Ego autem constitutus sum Rex ab eo.* Verum inquit, ubinam hoc ei ab eterno Patre suo omnium animarum collatum est dominium? Super Syon, id est, in Cœnaculo Syon, quando sanctissimum hoc instituit Sacramentum; Ibi namque regiam adeptus est autoritatem, juxta illud : *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Et nunc Reges intelligite: *Servite Dominum timore, & exultate et cum tremore.* Et ideo post hanc institutionem, quæ mortis suæ memoriale quoddam extitit, Redemptor noster legem suam Evangelicam universo mundo promulgavit; Et ideo nouis mysteriis. *Iohann. 13. 3.* Iohannes ante hujus Sacramenti institutionem præmisit, dicens: *Scens, quia omnia dedit ei Pater in manus.* siquidem priusquam de te diceret: *Ecce vobis sum omnibus diebus,* id est, per præsentem temporalem in hac hostia, paulò ante protestatus fuit, dicens: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra;* adeoque certò afferere possimus Christum Sacramento hoc mediante omnes totius universi populos dominio suo venerabundos atque devotos subjecere voluisse. Unde cœlitus Ecclesia: *Christum Regem adoremus dominantem gentibus, qui se mandatibus dat spiritus pinguedinem.* Sciendum est autem hoc Christi dominium & regnum calamitosis illis saeculis, quæ tempus, in quo hodierna solemnitas instituta & stabilita fuit, du præcesserunt, majori ex parte penitus defecisse; etenim navicula Petri savissimis conquassabatur persecutionibus, quibus non tantum ab hereticis, verum etiam à malis infestabatur Christianis: Quot enim injuriis, calumniis, & contumaci inobedientia profligentibus bellorum tumultibus Fridericus II Imperator, & Manfredus Filius ejus universum statum Ecclesiasticum per Siracenorum adhæbant auxiliare manum affixerunt & perturbarunt, ut potè quem flamma & igne depopulantes, ne quidem ipsi net pepercissent purpuratis Patribus, quos equaliter scilisque incluserunt carcerebus superstitiones, sacrilegia, heresies passionem per omnia loca inundabant; Firmum sibi pedem figebat Turcicus Alcoranus, paganismus pariter & atheismus in optimo flore erat. Verum enimvero quoniam existimatis diuinam providentiam ad tantarum ruinam reparationem, utam fuisse remedio?

*Iohann. 13. 3.**Matt. 28.*

18.

Priusquam ad id respondeam, primò velim audiatis, quod S. Bonaventura scribit: *Tolle, De præceptis inquit, hoc Sacramentum de Ecclesia, & quid erit in mundo, nisi error & infidelitas? & populus Christianus erit idololatria deditus, per hos stat Ecclesia, robatur Fides, viget Christiana Religio, & divinus cultus.* Legite obsecro Historias sacras ulque ad seculum decimum tertium decurrentes, & invenietis utique quod temporibus que seculum istud antecesserunt, Fideles hoc Sacramento valde parum usi fuerint, neque in ea apud omnes veneratione erat, in qua nunc ab illo faculo & deinceps esse conspicitur, postquam Festum hoc per universam Christianitatem institutum fuit. Divina igitur providentia ut fidem paulatim ad interitum collabentem sustentaret, ac unigenitum Catholicum gregem obedientem redderet, atque ad ovile Ecclesie reduceret, devota illius Virginis Julianæ cor & Spiritum excitavit & permovit, ut solemnes halce processiones ad majorem Corporis Christi reverentiam in Diœcesi Leodiensi promoveret; postea vero eadem divina operante providentia varia insignia contigerant miracula, superius à nobis in Discursu primo circa Eucharistiam recentia; Denique suo in terris Vicario perfape ut Festum hoc per totum Christianismum celebrari præciperet, inspiravit. Justum igitur & æquum erat, quod Ecclesia Fideles suos ad hanc Festam celebra non aliis quam verbis propositis invitaret, dicendo: *Christum Regem adoremus dominantem gentibus,* siquidem hoc Sacramento mediante omnium populorum recuperavit dominium & devotionem, nec non haereticos, cunctosque alios Christiano-catholicæ religionis barbaros persecutores & hostes profugavit, dissipavit, abegit. Observandum quoque hic est, quod hoc Sacramentum per calicem quendam cum supereminente eidem hostia nobis communiter representetur, quodque Sacerdos vinum in calice consecratus hisce inter catena verbis utatur: *Mysterium Fidei,* quasi insinuare vellet, Sacramentum hoc unicum esse Fidei nostra firmamentum & sustentaculum. Cathedra Petri, quæ errare aut falli non potest, de finibus quoq[ue] celebritas hodierna instituta & promulgata fuit, tractans, ita scribit: *Nos ita que ad corroborationem & exaltationem Catholicæ Fidei, dignæ ac rationabiliter duximus,* In Bullæ.

fratre-

Satuendum, ut de tanto Sacramento prater quotidianam memoriam, quam de ipso facit Ecclesia, solemnior & specialior annuatim memoria celebretur. Enimvero quando D E U S noster in ordine ad hodierni Festi institutionem promovendam primos circa beatam Julianam mediane visione illâ, cuius mysterium eidem postea declaravit, conatus fu impetus fecit, inter cetera quæ Christus adducit impetus illius motivi, unum hoc fuit: *Vt fidei confirmationem integratas, que posterioribus antem mundi excidium etatibus labeficeret plurimum.* Et enim certissimum est, quod heresis nullam habent in Ecclesia Catholica potentiores machinam, quam in ejusdem Ecclesia excidium & exterminium explodere efficacius possit, quam Sacramenti hujus omnimodum neglegunt atque contemptum, contra quod proinde omnes centuriae infernales tot strinxerunt errores seu potius blasphemias. Ex alia vero parte Ecclesia ad illos confundendos, convincendos, & profligandos, nullam quoque adhibere potest potentiores machinam, quam vivam hujus mysterii fidem, publicamque & solemnem Eucharistiae venerationem; Et hinc eit, quod Concilium Tridentinum de hisce processionibus per totam octavam quaquaferum institutis tractans, ita scribat: *Sic quidem oportuit videlicet veritatem de mendacio & heresi triumphum agere, ut ejus adversarij in conspectu tanti splendoris, & in tanta universa Ecclesia latitia positi, vel debilitati & fracti tabescant; vel pudore affecti & confusi aliquando resipiscant.* Summus quoque Pontifex Urbanus IV. in Bulla sua specialiter le Festum hoc omnibus per to um mundum disperitis Ecclesiis celebrandum non viter praesisse insinuat, ut pessimam heres is lamentem totaliter exterminaret. *Licet hoc memoriale Sacramentum in quotidianis Missarum solemnibus frequentetur, conveniens tamen arbitramur, & dignum, ut de ipso semel saltem in anno, ad confundendim specialiter hereticorum perfidiam & insaniam, memoria solemnior & celebrior habeatur.* Et revera ipsam nos edocuit experientia, quod nova, publica, universalis & solemnis hæc Corporis Salvatoris nostri in hisce processionibus veneratio hereticos vivacissimo tentu affecerit, utpote qui eidem institutioni tot variis modis facta & scripto attentatis oppugnârunt; veruntamen per repositas illis à nostris responsiones,

Sess.13.c.54

heresis majori ex parte devicta & prostrata remansit, tanti vero Sacramenti veritas, fides & devotione gloriösè triumphavit, maximè cum Bulla Urbani IV. à multis aliis Pontificibus, nimirum Joanne XXII, Clemente V. & Eugenio IV fuit confirmata.

2. Revelavit quoque D E U S Julianæ ancillæ suæ aliam quandam causam, ob quam novam hanc solemnitatem institui voluit, nimirum ut crescente per hos apparatus & processiones publicas & sumptuosas, erga Eucharistiam reverentia, cresceret pariter eodem tempore apud fidèles panis hujus cœlestis æstimationis, & Communionis frequenter; hoc enim unicum quoddam & efficacissimum est medium, ad faciendum insignem in via DEI progressum. Deinde ut hominibus recti amantibus instrumentum esset ad progressus faciendos. Enimvero verissimum est, & negari non potest, quod si ecclœ antecedentia cum tempore illo, quo facta est nova illa hujus festi institutio ad invicem comparat, haud dubie compertum sit, quod devotione credentium tam ad Communiones quam ad faciencia, omnesque alios hujus Sacramenti usus deinceps mirabiliter adacta fuerit.

3. Tertia causa eidem Sanctæ à Deo revelata, coincidit cum illa, quam etiam Urbanus quadantenus indicat, dum ait: *Vt quod negligientia hominum, & quandoque impotestate contra mysterii hujus Majestatem peccatum fuerit, debito & syncero aliquando cultu expiatetur.* Hisce verbis Salvator noster ancillæ suam allocutus fusile refertur, Bullæ autem verba sunt tenoris sequentis. *Quatenus in eo quod in aliis Missarum officiis, circa solemnitatem est forsitan prætermissum, devotâ diligentia suppleatur.* Et auem hic omni cum diligentia ad nostrum profectum observandum, quod ad supplendas à nobis per anni decursum in veneratione Eucharistiae admissas negligentias festivitas illa externa minime sufficiat, siquidem præter hanc internas quoque præparations requirit, dicens: *Et Fideles festivitate ipsa instante intra se præterita memorantes, id quod in ipsis Missarum solemnibus sacularibus forsitan agendis impliciti, aut alias ex negligentiâ & fragilitate humana minus plenè gesserunt, tunc attentè in humilitate spiritus & animi puritate restaurent.* Ex quibus verbis clare satis deducitur, quanto major à nobis cura habenda sit pro interiore animatum nostrum

strarum præparatione , quam pro apparatibus externis.

4. Isaías Propheta quondam de nationum & populorum ad sacra tempula concurrentium multitudine, que per viarum compita conspiciebatur, loquens, dicit : *Erit preparatus mons domus Domini in vertice montium , & fluent ad eum omnes gentes.* Curiosè atque inquires , cur Propheta non potius dixerit, *fluent ad eam*, scilicet, *domum*, sed dicit, *ad eum*? Oleaster dubium hoc optimè resolvit, dicens: *Fluent ad eum, ut non picturas aut cataratas ibi videas, aut ornatos aulais parietes;* sed ad Dominum colendum ; unde non dicit textus: *Fluent ad eam omnes gentes; sed ad eum.* Ex qua Scriptura utilissimum pro nobis elicere possumus de clementem: *Christum Regem adoremus dominantem gentibus, qui se manducabitibus dat spiritus pinguedinem.* Hisce igitur processionibus assistere debemus, non obvanam ornamentorum & tapetum pictorum curiositatem , sed ad humillimum, & quoad possibile erit profundissimum huic Regi glorie præstandum obsequium ; atque insuper debemus reflectere cibum hunc in hac ecclesiī mensa ob salutem & commodum nostrum , & ad animarum nostrarum nutrimentum factum esse , us spiritu & vera devotione impinguemur ; siquidem se manducantibus dat spiritus pinguedinem. Abst ne in vobis veriscetur, quod suo tempore acriter reprehendit Chrysostomus, dicens: *In Ecclesia apud multos videmus hanc vigore consuetudinem, ut studeant mundis ingredi vestimentis; sed ut Deo mundam exhibeant animam, nullam habent rationem.* Quem errorem etiam Philo Hebrews detestatur in illis , qui templa bene compli exterioris ingrediebantur , conscientiae propriæ maculas minimè curantes : *Vt candidat templo subeant, dant operam diligenter emaculatis amicti vestibus; mentem vero maculam in ipsa sacraria penitissima inferre non verentur.* Quanto autem hæc negligentiæ reprehensibilior est in Fidelibus , qui hisce diebus in purgandis plateis , ornandis domum parietibus , in exponendis ad Solis splendo-

rem vasis aureis & argenteis omnem indu- *Conc. 31 in*
striam adhibent , de mundandis vero & ex- *Fest. Corp.*
purgandis ab iniuitatum sordibus con- *Christi,*
scientiis suis necquicquam cogitant. Op-
portunè B. Thomas hunc Isaia textum Mun-
damini, qui fertis vasa Domini, ad propositum
adducit, dicens: *Id est, pectora vestra, quibus*

*velutin vasis sacram Domini corpus, & pre-
tiosissimus Christi sanguinis infundatur, si enim
puros & inauratos calices ad bac mysteria ce-
lebranda paramus: quanto magis aurea & ful-
gida debent esse pectora, in quibus veluti in sa-
cra ratiæ eadem mysteria reconduntur?* Erit vero in Parabola Filii Prodigi multas hujus Fetti in-
venimus Analogias & similitudines: *Vitulum saginatum occidite, & manducemus, & epul-
musr.* Ecce enim tibi Salvatorem in sacrificio
in cruento ad instar victimæ oblatum ; saginatum quoque ; quia dat spiritu pinguedinem.
Manducemus & epulmusr. Ecce enim illum in Communione cibum nostrum. Num forte Musica harmoniam & cantica desideratis ? *Audivit symphoniam & chorum.* Num forte apparatus ornamentorum ? *Proferte stola primam, date annulum in manu ejus & calceamenta in pedes ejus.* Gaudere oportebat. Si mensam respicias Eucharisticam , ecce tibi letitia , ad quam invitati sumus , egregia specimina : *Sit laus plena, sit sonora, sit jucunda, sit decora mentis jubilatio.* Ex altera vera parte, audite quales præmissæ sint dispositio-
nates , priusquam huic mensæ assidere , & de festis illis præparationibus participare incipient. *Fame pereo & Ecce jejunium: In se re-
versus :* Ecce orationem & meditationem,
*Dicam ei: Pater, peccavi in celum & corraz-
ter:* Ecce peccati sui confessionem. *Non sum di-
gnus vocari filius tuus :* Ecce tibi tenet humiliatis & notitia sui ipsius. *Fac me sicut unum
de mercenariis tuis.* Ecce agitionem & lu-
men, quod in actibus contritionis accepte-
rat , indignum se agnoscendo; id quod qua-
vis anima ad hanc ecclœstem mensam acces-
sura dicere debet : *Non sum dignus vocari
filius tuus, Non sum dignus, ut intras
sub testum meum,*

*Hom. 25.
in Matth.*

*Lib. de
Cherub.*

De hujus Sacramenti, hodiernæque solemnitatis institutione sub
sponsalitii & nuptiarum figura tractatur.

DISCURSUS OCTAVVS.

Egredimini, & videte filiæ Syon Rēgem Salomonem in diademe, quo coronauit illum mater sua, in die desponsationis illius, & in die latitia cordis ejus. Cant. cap. 3.

Sicuta mater Ecclesia omnes quidem fideles p̄ie invitat, ut habitationibus suis egressi Regem pacificum à matre sua in die desponsationis illius, & in die latitia cordis ejus diademe co-natum contemplentur: præcipue verò filias Syon, id est, animas corpori Christi, quod nobis in Cenaculo Syon datum est, intime devotas invitat. Enimvero iu die Jovis sancto, quo hæc celebrata fuerunt nuptiae, in funesta illa tragædia, cui pro ultimo actu Calvariae mons scena loco deseruit, representanda, occupata fuit Ecclesia, prouti nemini non constat; ideoque sano cum consilio, ut nuptiarum istarum latitiae, per mūsicos concentus, ornamentorum apparatus, frequenter populorum concursum, perque alias jubili interioris demonstrationes dignè applaudere & congratulari possimus, totam hanc statim deputavimus. Porro Spiritum sanguinum in sacris Canticis in propositi thematis verbis de hoc sponsalitio loqui voluisse, haud difficile erit probare; Nam ut Theodorus in hunc textum scribit: *Nuptiarum communio facta est: nam post cœnam accipiens panem, & gratias agens, friget, & dixit: Accipite & manducate; hoc est corpus meum. Edentes igitur sponsi membra, & bibentes ejus sanguinem nupialem, ipsius communionem assequuntur.* Salvatori nostro in hoc throno Eucharistico confidenti, Regis Pacifici titulus imponitur, et quod Sacramentum pacis existat: *Posuit*

*fines tuos pacem, & ad ipsi frumenti satiat tuos, unde duos communicamus hæc verba præmittit solent: Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. Hanc etiam ob causam Christus Dominus noster, prouti olim B. Julianæ revelatum fuit, hoc sanctissimi Corporis sui Festum institui voluit, ut esset ad hostium vim repellendam præsidium; Et forte ob hanc causam S. Thomas in hymno laudum hisce verbis uritur: *O salutaris hostia, qui cœli pandis orbium; Bella premunt hostilia, da robur fer auxilium. In diademate coronatum, Vide te inquit idemmet Theodoretus Charitatis ejus diadema. Charitate veluti diademe coronamus, cum ipsa veluti Regina, superior sit omnibus aliis virtutibus; hac Christus in hujus Sacramenti institutione coronatus fuit; quia in finem dilexit eos. Nisi forte per diadema istud accidentia. Sacramentalia intelligere malimus, quæ corpus ejus velut corona quædam circumcingunt. Mater sua. Per hanc literaliter B. Virginem intelligere possumus, ipsa enim corpus illud ei subministravit. Unde sanctus Augustinus ait: Corpus Christi caro est Maria; nobis ministratur caro illa, quam ipsa ei subministravit, in die desponsationis illius, quia tametsi naturæ nostræ humanæ in Incarnatione desponsatus fuerit, majoritatem jure hic dies institutionis Sacramenti altaris desponsationis dies denominari meretur; quia Eucharistia hic titulus à sacris Doctoribus attribuitur, quo dicitur esse extensio Incarnationis: quia cum unio verbi, quando naturam nostram assumptis**

DE SOLEMNIT. SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI.

sumpit, ad unicam duntaxat humanitatem terminata fuerit, in hoc tamen Sacramento omnibus illis unitur, qui hoc Sacramento cibantur; unde & nomen fortatur, quo communio paix ab omnibus vocatur: Si in Incarnatione Verbum caro factum est, & habbitavit in nobis; hic, qui manuacut meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Et in die lacrima cordis sui, haec verba Philo Carpathius ad ultimam cenam referit; in die latitia cordis sui, cum in illa die Paschalis, in qua Iesus latitia affectus dixit discipulis suis, desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobis: quia ut S. Bernardus sermone in Cœna Domini scribit: Hec sunt vera festa Paschalis, hac sunt gaudia, hic bibuntur in loco uberi torrentes lacrima, flumina mellis, liquores balsami caelestis; hic efficitur una caro sponsa cum sposo, unus Spiritus sancta anima cum Christo.

2. In die desponsationis illius. Examinemus oblecto, si ita placet, antiquorum circa nuptias & sponsalia iustus, sic enim Christo Dominino nostro hujus Sacramenti, seu quod idem est mysticorum nuptiarum harum institutori cum solido fundamento dicere possumus: *Omnia in sapientia fecisti.* Veteres etenim Matrimonium ut plurius quotidiano tempore celebrare solebant: *Nuptias castas & legitimas auspicebantur noctu:* Similiter Christus Dominus noster in qua nocte tradebatur, accepit panem, & dixit: *Accipite & manducate, hoc est corpus meum.* Antiquantercedenter ad matrimonium Deorum suorum assidentiam devote implorabant, eisque sacrificia offerebant: *Sacrificio perfecto, consulito Deorum nupcione:* Hic pariter quoad calum nostrum in Canone dicitur: *Elevatis oculis ad te DEV M Patrem suum omnipotentem: sacrificium autem & victimam que offerebatur, ipsissimum sacratissimum corpus tuum erat.* Græcis & Macedoniis in usu positum erat, quod ambo sponsi ex eodem per ferum diviso pane deguissent: Galatha autem ex eodem cyatho bibere solebant; Sancus Mat-

Matt. 26. thæus autem de Christo dicit: *Accipit panem, ac fregit, deditque discipulis suis ut propter qui sponsam, id est. Ecclesiam reprobabant, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus, Miserat veteribus (scribit idem Alexander)*

ut caput obnubat; unde nuptia. Et Calepinus, in verbo, Obnubo, ait, Nuptia dicta à capitio operitione. Sic pariter ecclesiæ hic sponsus sponsæ locæ datum est velatus, subque panis &

Eph. 5. 28,

vini accidentibus absconditus; Christus caput est Ecclesia. Consuetudo quoque est apud omnes receptissima, quod sponsa sponso suo cohabitetur, eique convivat; ac proinde sapiens dicit: *Quæsi vi sponsam eam mihi assumerem, & paulo post: proposuit hanc adducere mihi ad convivendum, sciens, quod mecum communicabit de bonis.* Sanctus Bonaventura, Hugo Cardinalis, & Glossa legunt: *Ad convivandum.*

Sap. 8. 9.

Cum igitur sponsus noster hujus naturæ nostræ amansissimus esset; Delicia mea esse cum filia hominum. Amator factus sum forma illius; hanc amavi & exquisivi ajuventute mea: ex alia vero parte sciens, quia venit hora eis, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum hoc eximium celebrasset sponsalitium, idemque ne quidem per mortem disolutum esse veler; ecce tibi amorosam inventionem, qua in hoc sacramento temper cum sua sponsa, id est, cum Ecclesia in corpore, anima, & Divinitate permanere voluit: *Ecce ego u. bisecum sum omnibus diebus usque ad consummationem facili, non solum ad convivendum, sed vel maximè ad convivandum; quia est sacrum convivium.* Scimus quoniam nobis communicabit de bonis, Germanorum fertur mos (inquit idem author) ut sponsus complacita mulieri, quam ducere animo destinavit, dotem det. Dilectionis haec Ecclesiæ sponsa nre Christo Domino complacuit, Paulo attestante, quia: *Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam.* Verum inquires, quænam est dos illa, quam sponsa sua erogavit: *Seipsum tradidit pro ea.* Urbanus Papa in Bulla ait: *Semel ipsum nobis exhibuit, transcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens; ac proinde plus eidem dare non potuit, siquidem ipse est, in quo sunt omnes thesauri.* In urbe Atheniensi sponsi portas seu fores domum suarum lauris exornando, ingentium cum apparatu coronare solebant. Unde Poëta ille canit:

Eph. 5. 25.

*Tu festas Hymenæ faces, tu Gratia flores
Elige, tu geminas Concordia nette coronas,*

*Quis est, qui hodie non videat ex hortis ele-
gantissi-*

Alexan.
ab Alex.
lib. 2. gen.
dier. 6. 5.

16.

gantissimos decerpit flores, quibus corollæ intexantur, detruncari lauri frondes, viridantibus quoque ramis passim sterni templa, per quas transitura sunt sacramentales hodiernæ processiones, aliaque lætitia exhiberi specimina, haud secus, ac si augustæ & sumptuosæ celebarentur nuptiae?

3. Verum enim vero quodnam est istud, si prima facie illud contemplaris, adeo impar & inæquale ac improportionatum sponsalium? quis unquam totius universi Monarcham vilissime cuidam ancillæ sua mancipio suo despontari vidit? Si vis aptè nubere, nube pari; Et Solon in legibus suis ita statuit; Par parijugato? quenam proportio inventiri uspiam potest inter Deum & hominem, inter creatorem & creaturam, inter viuis luti pugillum seu abjectissimum vermem, & immensæ Majestatis Deum, quem laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt potestates? Evidem tametsi id verissimum esse inficiari non possum, attamen idemmet Deus, qui in proportionem hanc penitissimè cognovit, infinitam hanc sponsæ sue disparitatem supplerre & aliundè recompensare dignatus est, opulentissima Paradisi æterna in sponsæ sua sumnum totaliter effundendo, & evacuando, ac propinde non sine mysterio, priusquam Christus Sacramentum institueret. S. Joannes de eodem Salvatore nostro præmittit: Sciens Iesum, quia omnia dedit ei Pater in manus, quicquid in regno naturæ & gratiæ boni praefto erat, totum & totaliter sponsæ sue communicavit. Quid ultra potui facere, & non feci? Prætereat ut S. Bernardus scribit: Vere spiritualis sanctique connubij contractus est iste, parum dixi contractus, complexus est nec verendum, ne disparitas personarum claudicare in aliquo faciat convenientiam voluntatum: quia amor reverentiam necessitat, & dominum ignorat.

Iohann. 13.

*Serm. 8. in
Cant.*

Cap. 61. 10

lis illa vestis sit, declarans, ait: Tunicam votat Dominum nostrum Iesum Christum, Quasi sponsum (ita Isaia loqui pergit) decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis ubi s. Hieronymus ait: Sponsa assimilatur ornatus, quia ornatur mundo mulierebus. Porro ipsam nos edocet experientia, Ecclesiam in hac solemnitate haud secus ac sponte quandam elegantissime adornari, utpote quæ hodie opulentissimos quoque apparatus, & quamin armatis suis depositam habet pretiosissimam suppellestilem in publicum exposuit. Idemmet Propheta, qui quod nova legis Evangelica succelus describat, Propheta Evangelicus per anthonomias detinatur, alio in loco ita scribit: Leva in circuitu Isai. 49. 18, oculos tuos & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornameento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa. Quibus verbis dictus Prophetæ inbnuare velle videtur aliam vestitum harum interpretationem, nimur ut per sponte hujus veltes, quotquot ad mysticas hæc nuptias confluunt, innumeri devoti que populi intelligantur; quem conceptum ipse quoque Chrysostomus tergit, dum ait: Est De S. Petri Ecclesia vestis astantium multitudo; ad quod probandum hoc Isaia testimonio uritur. Ac proinde advertendum est, quod ut superiorius in sententia Apostoli diximus, Christus dilexit Ecclesiam; quonam vero modo eam dilexit? Ut illam sanctificaret mundans lavacro aqua in verbo vita, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid bujusmodi: sed ut sit sancta & immaculata. Unde si sponsam hanc pretiosam quâdam veste adornare volumus, opus est, ut puram habeamus conscientiam, vitamque traducimus sanctam & innocentem, verum enim: ò ut discursum nostrum ad hoc sponsalium denuò dirigamus; B. Laurentius verba illa: Desiderio desideravi hoc Pascha mandu care vobis cum considerans ait: Istiusmodi eloqua de cellario ardenti pectoris ideo mediator iste protulit, ut in amorem suis sanctam excitaret Ecclesiam, traheret ad se & copularet sibi. Demum vero ut ostenderet, quod sicut voluit ut ambo prothoparentes nostri fierent duo in carne una, ita quoque hoc coelesti pane mediante strictam quadam animarum nostrarum cum ipso unionem facere decreverit, si quidem qui manducat meam carnem, & bibit

*De Tripp.
Christi
agone c. 2.*

menum

meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, variis mysticis hujus matrimonii analogias profrenas, subiungit dicens: Ob amorem sponsa immaculata Ecclesia reliquit in celo Patrem suum, quando formam servi suscipiens semetipsum exinanivit; reliquit & matrem suam Synagogam, de qua carnis trahens originem, propter infidelitatis demeritum repudiando contempnit, ita quae adhuc sit uxori, cum in Cruce pendens, dato sanguinis pretio, atque aquila vacro, sibi ea inseparabiliter copulavit; cui etiam pro amoris pignore propter fidere maritali corporis & sanguinis sui Sacra menta concessit, ut non solum in spiritu, verum etiam essent duo in carne una.

Apoc. 21.

5. Enimvero præ cunctis aliis hodiernam corporis Christi solemnitatem sanctus Joannes Apostolus in mystica illa Apocalypses visione confixit, ubi Ecclesiam veluti sponsam viro suo ornatam, deque celo descendentem introducit dicens: *Vidi sanctam Cœvitatem Hierusalem novam descendentem de celo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Sponsus enim Ecclesiae est Christus Sacramentatus; quia vero dies hodiernus solemnissimum illum nuptiarum suarum diem representat, in quo nobis in Eucharistia donatus fuit, ac deinceps cum Ecclesia sua tanquam viro suo elegantissime adornata sposa habitare coepit, ideo S. Joannes se vocem quandam in hac verba sibi acclamantem audisse, subiungit: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabile cum eis, quamnam haec majorem evidentiam desiderare potestis; hoc etenim tabernaculum, protut hodierna id ipsum clare demonstrat experientia in processione quaquaverum circumseretur & nobiscum semper perseveraret. Et ipsi popule ejus erunt; siquidem hodie in Christianitate fideles catholici ab hereticis manifestè discernuntur; quo enim tempore hi se publicæ & solemnni corporis Christi venerationi opponunt, nos, si unquam hodie vel maximè erga eandem solemnitatem obsequiosos nos & egregie devotos ac venerabundos exhibemus, dicentes: Christum Regem adoremus, ipse vero alia ex parte in hoc Sacramento realiter præsens Christus tot graiarum ingenti copia nobis magnifice correspondet, quia pertransit benefaciendo & sanando omnes,*

Unde S. Joannes prosequitur, dicens: *Et ipse Deus cum eis erit eorum Deus, Notandum est infuper eundemmet Apostolum & Evangelistam paulo ante nimis cap. 9. viginti quatuor illos vidisse Agnum hunc adorantes seniores, festivasque audisse voces hunc in modum acclamantes: Gaudemus & exultemus, & demus gloriam ei, moxque ejus subjunxit iste rat onem, dicentes: Quia veneruntur nuptia Agni, & uxor ejus preparavit se, & datum est illi, ut cooperiat se byssino splendenti & candido, Verum enimvero quodnam ex hac visione ad nostrum protectum addiscere possumus documentum?*

6. Væ nobis nisi elegantibus nuptiali bus indumentis nuptiis hisce adstiterimus: severam namque hanc condemnationem haud immerit timideate possumus: *Ligatis manibus & pedibus projicite eum in tenebras exteriore. S. Thomas ait: Illud nuptiale convivium est Eucharistia Sacramentum, istud convivium in Cœna Domini fuit paratum. S. Augustinus vero dicit: Ecce qualem sententiam merebitur audire, qui ad convivium nuptiale, id est, ad altare Dei aut ebriosus, aut odium in corde retinens presumit accedere. Idem quoque S. Thomas nobis suggesterit monitum inquisiens: Sirede, si pie ad cœlestis Regis nuptiale epulam accedere cupimus, prius aurum illud charitatis ignitum, quo locupletemur, apostolico moniti consilio nobis emamus, & vestibus albie puritatis & sanctitatis, ne nuditas nostra appareat, nos induamus. Sacrum Concilium Tridentinum nobis non tam hodiernarum processionum magnificentiam, quam devotionem & reverentiam unice nobis recommends, dum ait: In processionibus reverenter & honorisice per vias & loca publica circumseratur. In Concilio quoque Provinciali Mediolanensi per S. Carolum habito dicitur: Pio religiosoque apparatu, solemnique celebritate circumseratur. Ex quo loquendi modo deducitur, hodierna die reverentia & obsequii interni, in animarum nostrarum puritate fundati præceteris omnibus vel maximè curam habendam, dum vero curandos esse exteriorum ornatum apparatus.*

Matt. 22.
13.
Serm. I. de
dedic. Ec-
clesie.

Conc. 3. de
Fest. Cora
Christi.

Acta, Ecc
Med. c. 13.

Ecclesia in hodiernis processionibus Passionis Christi opprobria
recompensat, mortisque ejus victoriam & triumphum
ob oculos nobis ponit.

DISCURSUS NONVS.

*Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & hono-
re coronatum. Ad Hebreos cap. 2. v. 9.*

1.

A Prima & æterna veritate Christo Domino nostro pronuntiatum axioma est: *Omnis qui se humiliat, exaltabitur;* ac proinde in nullo magis adimpleri debuit, quam ipso, utpote qui in probrota morte sua ad infimum humilationis gradum se demiserat: *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis.* Imò si bene consideretur, incomparabiliter major humilitatis demonstratio fuit, quod ille infinitè Majestatis Deus se in instar alicuius frusti panis, nobis vilissimis tetræ vermiculis, è milenarium potius inquiratum, quam iuti cordibus plasmatis, idque ad usque mundi finem devorandum dederit. Æternus quoque Pater Filium suum etiamnum in terris moraliter viventem exaltavit, idque roties quories exigentibus id occasionibus, notabiliter se humiliavit & abjecit. Mox enim ut in stabulo abjectissimo natus voluit, novam quoque in celis stellam exoriri fecit, trelque Reges Orientales ad eum adorandum è regionibus suis per eandem evocari fecit. Quando per circumcissionis impressam cicatricem in aliorum peccatorum numerum se recenseri dignatus est, mox Pater æternus glorioissimum illud Jesu nomen ei cœlitus imponi voluit, ad cuius nudam prouinciationem omne genitum flectitur cœlestium terrestrium, & infernorum. Quando se in Jordane à Baptista baptizari permisit, mox cœlum apertum est supereum, clarumque de eo testimonium cunctis hominibus reddidit

bene complacui, atque insuper super caput ejus in columba specie descendit Spiritus S. Quando instar cundorum criminorum antesignani super monte Calvarie in duorum latronum medio crucifigi voluit, lugubri statim tristisque amictu Solem Pater æternus contexit, montes sepe dividere, terram tremere, velum templi scindi, & rumpi per medium, ipsumque per centurionem & justum latronem praecorizari fecit, tanquam verum Dei Filium, quod idem alii quoque omnes verum esse etiam confitebantur, qui revertebantur percussientes pectora sua. Verum enim vero per fidem vestram vos obtulisse, dicite sodes, num Christus Dominus unquam actum aliquem commiserit magis heroicum ipsamet institutione hujus augustissimi Sacramenti? Quodnam infinita illa maiestas, quam cœli capere non possunt, subire poterit majus vilipendium sive contemptum, quam quod in eo subiit, quando sepe invisihi cuidam hostiæ atomo inclusit, ut verrem quendam vilissimum nutritet, seque huic nostræ fragilitatis putredini & pulveri uniret? Jam de facto perspicue ei notum erat, quod corpus suum paulò post à traditore illo, cui dixerat, *Diabolus est, tradendum eset,* ut à barbaris dilamaretur, quodque non minores injurias & probra ad finem usque mundi à plurimis sibi rebellibus recepturus esset; similiter quod hisce sacramentalibus speciebus delitescens, murium quoque & tinearum dentibus corrodendus, subjiciendus esset; denique quod à tot hereticis peruersi que Christianis in varios abusus, imo usque ad ipsas incantationes & maleficia esset adhibendus, nec tamen ab hujus Sacramenti institutione revocari potuit. Ad

Philip. 2.8

Matth. 3.

16.

Manfy Sanctorum Tom. II.

Hh

hæc

hæc quænam excoigitari potuit humiliatio abjectior, quam sit illa, qua DEUS ille, cui obdiunt omnia, ad unius sacerdotis nutum, immo ad mille millium sacerdotum, si tot essent, imperium, velut obligatissimus servus & vile quoddam mancipium promptissime obediens à Patris dextera descendat, seque illi in exterioribus panis accidentibus vel uero careti includat, obdiente Deo voci hominie? Nec tamen uspiam hanc ejus tantam humilitatem ab æterno Patre aliquo honorificentia signo exaltatam fuisse comperietis. Et tamen cum Angelico Doctore teste verissimum sit, quod hoc Sacramentum instituit, tanquam passionis sua memoriale perenne, nunquid tot ejus opprobria & vituperia quibus in hoc Sacramento libens se subjectit, totidem honoribus & obsequiis recompensati convenientissimum erat? Etenim tempus seprimanæ sanctæ, utpote aliis permagnis redemptio- nis nostræ mysteriis deditum minimè permittebat, ut Ecclesia eotempore vel minimis honorificientia demonstrationibus in hujus Sacramenti honorem edendis, mortisque ejus propriis totidem devotionis & reverentiae testimoniis compensandis intenderet, ideoque hanc præcipue octavam sibi elegit, ut in ea illud adimpleretur lantæ Pauli oraculum; videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum.

2. In Passione Domini invida Hebraorum gens, cum missis à Pilato iustitiae ministris, lele conjungens tanto cum strepitu, tantisque cum insultibus Christum ut eum caperent, vinculisque & catenis ferreis onerarent, aggrefsi sunt, ut S. Petrus quin in justam indignationem prorumperet, continere se minime potuerit. Sed ecce tibi hodie is qui Petri in Ecclesia cathedra gubernanda successor est, omnes gentes præstandum sanctissimo corpori ejus reverentissimum obsequium, eique cum jubilo & festis gaudis applaudendum humanissime invitat. Tunc unusquisque Judæorum ad Christum injuryi, blasphemias, & calumniis onerandum certatum contendebat, hodie autem Ecclesia unumquemque hisce verbis invitat: *Lauda Syon Salvatorem, lauda ducem, & Pastorem, in hymnis & canticis: Quantum poss, tantum aude, Tunc Redemptorem nostrum subsannatur coram eo*

genua flerebant; at verò ha simulata genuflexiones, hodiernis frequentissimis & devotissimis adorationibus certatum recompensantur: Christum Regem adoremus. Patibulo Crucis super capitulū Iesu ad majorem ejus infamiam inscriptus fuit hic titulus: *Iesus Nazarenus Rex Iudeorum.* Hisce verò diebus totus mundus Christianus hilatiter ei acclamat; Christum Regem adoremus dominantem gentibus. Tempore Passionis publicè per urbis Hierolymitanæ vicos & plateas probrofissimè raptatur, multis fuit injuriis & opprobriis affectus: in hodiernis verò processionibus, non in una duntraxaturbe, sed in omnibus civitatibus & oppidis, pagis ac territoriis, ad quæ se fidei nostra extendit processio, in magnifice & augeusto majestatis throno cum omni uniuscujusque possibilitati correspondente magnificantia circumquaque circumfertur. Passionis tempore, tanquam lela majestatis, religionisque violata reus, ad tribunalia iuricandus & condemnandus ducitur & reducitur: hodie autem in plerisque platearum compitis sumptuosa eriguntur altaia, in quibus in hoc Processionum circuitu requieſcents, ab omnibus tanquam Salvator & Redemptor noster devotissime adoratur. Quodsi tempore Passionis à synagogæ Pontificibus, ab Herode Rege, à Præside Judæa Pilato, nec non ab omnibus synagogæ Principibus contumeliosè tractatus fuit; ecce tibi in hodierna solemnitate à summis Pontificibus velut in triumpho quodam reverenter circumfertur; eademque cum veneracione per humillima Regum, Imperatorum, & Monarcharum obsequia devotissime passim adoratur. Quodsi in pænissima illa passionis sue nocte columnæ flagellandus adstricatus fuit, hodie certe ad majorem illius honorem & gloriam mausolea, obelisci, arcusque triumphales hic & ubique eriguntur. Si in nocte illa vestimentis suis spoliatus ad majus ejus ludibriis lacera fuit purpura indurus, hodie illum prenissimis ornamentis circumactum exponi videmus, si quidem ad Ecclesias, altaia & plateas ubique locorum decenter exornandas tota exbaritur tam prophonorom quam factorum ornamentorum suppellex, qua facerdores quo-

quaque omnesque alii ministri Ecclesiastici circumornati prafulgenter. Quodsi Passionis tempore pungentibus fuit spinis coronatus , hodie ad illius altaria & per quae translatus est loca exornanda, quotquot in hortis nascuntur Rose & Lilia adducuntur. Quodsi in morte Calvariae in ligno quodamān totius populi conspectu , tanquam homo maledictus elevatus fuit. Maledictus qui pendet in ligno; hodie a sacerdotibus in altum elevatur, ut innumeris benedictionibus presentem cumuleat populum. Vereigitur, me verissime dicere hodie possumus : Videmus Iesum propter Passionem mortis gloria & honore coronatum.

3. Advertendum est autem , dictio-
nen hanc , *Coronatum* , ad victoriam &
triumphum alludere ; Et vere ita est, siquidem Concilium Tridentinum , de introduc-
tione hoc Corporis Dominicī festo tractans ,
expressè declarat , quod per hasce processio-
nes hodiernas passionis & mortis ejus victo-
ria representetur & triumphus : *Equisimum*
est, inquit, sacros aliquos statutos esse dies, cum
Christiani omnes singulari ac rara quadam
significatione gratos & memores testentur ani-
mos erga communem Dominum & Redempto-
rem protam ineffabili & plane divino benefi-
cio; quo mortis ejus victoria & triumphus re-
presentetur. Enimvero quod si vocis hujus

*In theatr. vita hu-
mana verb. tri-
umphus,*

Triumphus, ethymologiam examinare vol-
lamus , *Triumphus* vox est Graca, significat
omnium honorum, qui à populo Romano da-
ri poterant, maximum. Porro quotannis nos-
hic Romæ docet experientia, omnes huic so-
lemnitati honorandæ excogitari honores & ob-
sequia, quæ ab sancta Sede exhiberi ulla tenus
posunt, idemque per universum Christianis-
mum pariter prestatur. De Saule scribitur ,
quod post obtentam adversus Amalecitas glo-
riolam victoriam Fornicem sibi triumphalem
erexit; Ubi Glossa ait : Arcum extulit, ubi
descripsit triumphum gloria sua. De Divide
pariter legitur, quod post captam Syriam. Facit
sibi nomen in valle Salinarum; ubi Glossa di-
cit: Erexit sibi fornicem triumphalem. Equi-
dem olim nonita facili negotio contingebat
assequi triumphum ; neque enim ad id suffi-
ciebat multas obtinuisse victories , nisi triun-
phator pariter vel proconsul , aut consulef-
let vel dictator; præmium quoque requirebatur

præmium , in quo ad minus hostium quinque
millia occubuerint, & in quo per eandem stra-
gem provinciam, de qua agebatur , & subjugaf-
set, & paci denuo restituisset, necessum quoque
erat , ut victoriosus denuo cum triumphatore
reduceretur exercitus, bellumque non defensivè sed offensivè , novorum scilicet statuum
& dominiorum acquirendorum causa inchoa-
tum fuisset ; Denique in templo Jovis Capi-
tolino claudebatur triumphus , ubi post uni-
versam prædam & spolia exhibita sumptuo-
sum tandem apparabatur Convivium. Qua-
liter autem omnes hi paralleli & ab hoc Ro-
manorum triumpho defumpta analogia in
hoc nostro præsenti Sacramentali triumpho
perfectè verificantur , velim audiamus ;
*Mortis ejus victoria & triumphus repre-
sentatur*. Etenim quis est, qui neciat, quod
vicit Leo de tribu Iuda, gloriosam de universo
mundo , de Inferno , cunctisque alijs inimi-
cis reportando victoriam ? Quis adeo circu-
tit, ut non videat , qualiter omnes universæ
terræ provincias & regna sibi in cruento illo
passionis suæ certamine compararit ? Nunc
princeps mundi hujus ejicitur foras. Et ego se
exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me-
ipsum: Hoc autem dicebat significans, quia mor-
te esset moriturus. Christum quoque in mul-
tis provinciis & regnis Evangelicæ legi suæ
subjectis, regnasse & etiamnum regnare clarus
est, quam ut probare necessum sit , ac proinde
invitamus ab Ecclesia hisce verbis: *Christum*
*Regem adoremus dominantem gentibus; mor-
tis ejus victoria & triumphus representatur*.
Solebant in triumphis effigia circumferri præ-
cipua triumphatoris facinora & insultus, quibus
mediantibus hanc aspergunt gloriam fuisset.
Eundem quoque finem spectare videtur Ec-
clesia , dum in hac solemnitate in memoriam
nobis revocat gloriolosa , magisque memora-
bilis Redemptoris nostri facinora , dicendo :
*Pange lingua gloriosi corporis mysterium, san-
guinisq[ue] pretiosi , & cætera que sequuntur*.
In triumphis sumptuosis instaurabantur statua-
rum, fontium, arcuum , pontium, & obeli-
scorum apparatus ; quod idem pertim in ho-
diernis fit processionibus , dum , prout qui-
libet perspicue videt , eadem variis usque
valde elegantibus ac prædivitibus apparati-
bus & ornamentis honorantur. *Triumphat-*
Hh 2 tores

1. Reg. 15.

2. Reg. 8.

tores ante currus suos triumphales hostes suos
vincitos agebant & catenis onustos: in hoc au-
tem Corporis Christi triumpho, nos mancipia
sumus, qui paulo ante propter culpam hostes ejus
& inimici, nunc vero gratia mediante reconcilia-
ti, indissolubilibus charitatis vinculis eidem de-
victi & colligati sumus; In funiculis Adam tra-
bam eos (Ita hic Deus per Oleam praedicit) in
vinculis charitatis, & ero eis quasi exaltans
jugum super maxillas eorum, & declinavi ad
eum, ut vesceretur. Triumphatores similiter

O/ea n. 4.

Reipublicæ pacem adserabant, per se etiam
post debellatos inimicos Jani cladebant tem-
plum: ideoque pariter Ecclesia non sine myste-
rio per universam hanc octavam canere solet:
*Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tu-
um Syon: quoniam confortavit seras portarum
tuarum, benedixit filii tuis in te, qui posuit fin-
nes tuos pacem.* Denique triumphatores in
evidens magnificentie & liberalitatis tuae si-
gnum opulenta elargiti munera, magnique va-
loris monetas in populum spargere & effundere
solebant; ideoque hic coelestis triumphator er-
iam, ut diximus, pertransit beneficianda & sa-
nando omnes.

Verum enim verò inter cæteras antiquiorum
triumphorum circumstantias, una est, quæ in
summam nostram confusione in hodierno tri-
umpho nostro deesse fratre conspiciuntur. Etenim
senatores aliqui Reipublicæ primates ad præ-
paratum in Capitolio convivium triumpho ex-
plete invitati, illud ipsum frequentare neuti-
quam renuebant. Ad hanc autem mensam Eu-
charisticam, de qua dicitur: *O sacrum convivi-
um, in quo Christus sumitur, Homo quidam fecit
caenam magnam, & volavit multos;* Sed quo
eventu? prout in Evangelio Dominica proxime,
quæ est infra octavam audieris: *Cœperunt
simil omnes excusare?* Eheu! quanta est ab hoc
pane in nobis averso, quanta naufragia quam tarde
& inviti ad hanc mensam accedimus? Erat insu-
per & alia quedam triumphalis apparatus
circumstantia, quia nimis post currum trium-
phalem proximus tempore ibat quidam, qui hic
triumphatores iuriis revocabat: *Hominem te esse memento,* vel qui, ut alii di-
cunt, defectus ei suos exprobabat, gravibusque
eum onerabat injuriis, id quod in hodierno
quoque triumpho pro dolor in maximam con-
fusionem nostram plus nimis observari con-
spicimus, dum multi perversi & dissoluti Chri-
stiani per scandalum sua, magnaque quam huic

tanto Sacramento exhibent irreverentiam præ-
sentium processionum triumphos injurias &
contumelias suis dedecorant. Vestras obsecro
huic tanto ponderis veritati arrigite aures; Et
enim Christus Deus noster in magnifice majesta-
tis throno residens hodie quaquaversum cir-
cumfertur, ut si ei honor, illa gloria & obsequi
cum restituatur & compensetur, qui et in sua pas-
sione ab hominibus turpiter ademptus fuit; Et
quidem in spectabil illo indie Palmarum ei ex-
hibito triumpho, qui mortem suam immediate
antecepsit, quando paulo post inter duos latro-
nes probrobusissimum crucifigendus erat, tanta cum
Ceremoniarum & acclamationum pompa ho-
norari & condecorari voluit, ac proinde facile
unusquisque conjicere poterit, quanto majori
cum apparatu sanctissimum corpus suum in hoc
Sacramento, nunc dum ad Patris dexteram impa-
ssibilis resedit, honorari & celebrari desideret,
ut adimpleatur, quod dixit Apostolus, nimis
quod propter passionem mortis gloria & honore
coronatur. Mancipia & levi triumphalem victo-
ris currum præcurrentes, junctis ad invicem per
manicas ferreas manibus & inclinata cervice
eundem stipe solebant; talis quoque nostra
dum processiones hasce comitamus, deberet esse
devotio. A devotis proinde Hierosolymæ civi-
bus eorumque pueris, ex iis, quos in prædicto
Palmarum triumpho exhibuerunt pientissima
moribus, discamus obsecro, quoniam nos modo
in præfenti triumpho gerere debeamus. Illi ad
eum impealissem honorandum percupidos se
esse demonstrarunt, demonstramus igitur & nos
ipsi hac ferventissima reverentia & devotionis
exhibenda desiderio: *Esurientes replet bonis.
Sittentes venite ad aquas.* Ipsi quidem frondes
& flores per viarum compita sparserunt, sint in
nobis loco frondium & florum bona proposita,
sanctæque meditationes facram communionem
immediatè præcedentes. Illi vestes suas in terram
quæ calcaturus erat eum portans asellus,
prosternebant, nobis autem vitorum nostro-
rum, malarumque nostrarum inclinationum
exundi & deponendi sunt habitus. Illi ex
olvis quæ pacis sunt symbola, & palmis, quæ
victoriæ præsignificant, ramos dexteropos
Christo obviam tulerunt; nobis quoque cu-
randum est, ut imperturbata bona confiden-
tia pace fruamur, nostrarumque efficaciamur
tentationum victores, ac tandem coelesti
hic triumphatori occurtere possimus. Ipsi
Christo Domino advenienti acclamarunt:

Bene-

Benedictus qui venit in nomine Domini. Nos quoque nostras in ejus laudem linguis laxemus ad reddendas eipro tam immenso beneficio condignas gratias : Lauda Syon Salvatorem, lauda ducem & Pastorem in hymnis & canticiis.

Multæ inter processionem quā David arcam circumferri fecit, & hodiernas sanctissimi Sacramenti processiones adducuntur analogiae, agiturque de reverentia quā eisdem assistere debemus.

DISCURSUS DECIMVS.

Adduxit arcam Dei de domo Obededom in civitatem David cum gaudio, & erant cum David septem Chori.

2. Reg. 6. v.12

Dionysius Carthusianus solemnitatem processionis illius, in qua arca Dei cum tot instrumentis musicis, canticis, aliterque levitate & magnificentia demonstrationibus circulata fuit, considerans, ex altera vero parte ad hodiernas solemnes Corporis Christi processiones oculum deflectens, ita scribit : *Cone. 3. in fest. Corp. Christi in processionibus Ecclesia in deportatione dignissimi Sacramenti. Porro arcam illam in quam manna reclusum erat, tabernaculum hoc Eucharisticum praefigurasse adeò certum est, ut probatione non indigeat: Quanta maiestas, quantum honor in arca lignea ! inquit sanctus Thomas: Tantæ tibi Domine cura de ligno? Non utique inquit Sanctus. Hanc autem venerationem, hanc que reverentiam arcæ exhiberibovluit, eo quod augustissimi hujus Sacramenti figura existat : cuius typum sic magnificavit, sic sublimavit. Admirabiles quæ inter arcam, & hujus testi ac processionum quæ in corporis Christi honorem habentur, institutionum versantur, Analogias & parallelos, non nihil accusatiū examinemus.*

*2. Reg. 6.
3. Benedixit Dominus Obededom, & omnem domum ejus, nuntiatumque est Regi David, quod benedixisset Dominus Obededom, & omnia ejus propter arcā Dei; abiit ergo David & adduxit arcam. Ecce tibi motivum, quo sanctus hic Rex adiebat ad transferrandam hanc arcam, et mirum quia dominum Obededom multis cumulatam fuisse benedictionibus noverat. Quodnam vero motivum fuit, quo summi Pontifices Urbanus IV. multique alii ejus successores ad novam hanc solemnitem in universa Republica Christiana omnium follicitudine & cura promovendam permoti fuere ? Nimur bona infinita, quæ Christi fideles ab hoc tam augusto Sacramento percepant, & prodigiosa illa miracula, quæ eotempore quo mysterium hoc à multis hereticis controvegebatur ad fidem illius tanto solidius authenticandam in variis orbis partibus patrata fuerant ; prout in discursu primo vidimus.*

3. Inuit autem consilium David cum tribunis & centurionibus, & universis principibus; si placet vobis, & à Domino Deo nostro egreditur sermo, quem loquor, mittamus ad fratres nostros, in universas regiones Israël, & reducamus arcam. Ecce in novæ hujus festivitatis institutione

adimpletum omne id, quod David in arcæ processione ordinanda instituerat; nam pro-
ut Urbanus IV. in litera quadam ad magnam
illam DEI fasculam Evam conscripta, in qua
ei ob consolationem, quam ex feli hujus in-
stitutione perceperat, collatatur, attestat-
tur. dicens: Scias, quod nos hujusmodi festum
Phucen. de eum omnibus Archiepiscopis, Episcopis, cateris.
Orig. Festi que Ecclesiarum Pralatis tunc apud sedem
corp. Chri Apostolicam commorantibus (ad hoc ut viden-
sti. tibus & audiens de tanti festi celeritate
salubre praberetur exemplum) duximus cele-
brandum. Poterat equidem tolus Papa vel
Romæ, vel in statu Ecclesiastico Processiones
istas una cum festo hoc instituere; id tamen
facere noluit, sed potius solemnem hanc vene-
rationem ad omnes fideles extendere placuit;
Mittamus ad fratres nostros in universas re-
giones, ac demum dicit: à Domino egreditur
sermo, quem laquer; jam enim de revelatio-
ne hac super re B. Julianæ facta certior factus
fuerat.

I. Paral. 12.

4. Porro facit textus numerosum quen-
dam virorum ex omnibus tribubus Israel ex-
cellentissimorum, qui ad hanc functionem
festivam convenierant, contextit Catalogum:
Congregavit universum Israel in Ierusalem. Etenim utilissimum videlicet considerandum
est insigne illud à Davide illis datum moni-
tum: *Dixit ad eos: Sanctificamini & afferte
arcam Dei Israel ad locum qui ei preparatus
est.* Ubi Lyranus ait: *Per quod significatur, quod
in ministerio Sacramenti Eucharistie non suffi-
cit gradus ordinis, nisi cum hoc sit puritas men-
si & corporis.* Similem quoque Urbanus cir-
ca decernendum huic Sacramento honorem,
exhibit sollicitudinem; siquidem in Bulla
verbis satis perspicuis expresse precipit, ut
quilibet ad hujus sacrae fontis corporis vene-
rationem debite se preparet, dum ait: *Per
veram & puram confessionem, elemosynarum
largitiones, acentas & sedulas orationes, &
alia devotionis & pietatis opera taliter se stude-
ant preparare, quod hujus pretiosissimi Sacra-
menti mereantur fieri participes.* S. Augusti-

In Q. 127. in utrum. Fest. nus scribit: *Nunquid non tunica medioris ho-
minis quamvis munda, Imperatori tamens or-
dida & illicita est? Antistites Dei puriores esse
debent quam ceteri qui & Christi habent per-
sonam; & ministros Deimundiores esse oportet:
nemo enim Imperatori ministrat, nisi vestimen-*

tis claris & mundis induitus.

Vult Christus
Dominus noster in hac festivitate tanquam lu-
premus cali terraque monarcha adorari;
Christum Regem adoremus, &c. hoc tamen nou-
è quoq[ue] grato modo fiet; nam ut David ait:
Ilicetum est, ut à quocunque portetur arca Dei,
nisi à Levitis, quos elegit Dominus ad portan-
dam eam, & ad ministrandum sibi. Per quod si
gnificatur, ait Lyranus, quod in ministerio Sa-
cramentis Eucharistie, in quo continetur Christus,
soli Sacerdotes & ministri ad hoc ordinati
accedere debent, & non alijs. Id quod etiam sanctus Thomas, in Hymno statutinali hisce ver-
bis declarat: *Cujus officium committi voluit
solis presbyteri; ad hos etenim folios pertinet
animatae & divinae hujus arca summa cum
reverentia portanda humeros tuos subji-
cere.*

5. Congregauit David omnes electos ex Israele. Multi in veteris illius processionis comi-
tatu numerantur principes. Videlicet Princeps fuit,
Asaja princeps, loel princeps, Semeias princeps
&c. Dicit David principibus Levitarum,
adeoque processionis illius nobilitas & magni-
ficentia ex omni parte resplendebat; *Quia
vero omnia in figura contingebant illis,* ideo
tanti apparatus & pompæ veteris illius pro-
cessionis mysterium & causa fuit, quod vide-
licet processioni hodiernæ inter omnes, quæ
per totius anni decursum celebrantur pro-
cessiones, hæc debebatur excellentia ac præ-
rogativa, ut eidem Pontificibus, Cardinalibus,
Prælatis, Regibus & Imperatoribus summa cum
humilitate & reverentia debita obsequia certa-
tim exhibeantur.

**6. David erat induitus stola byssina, & uni-
versi Levites, qui portabant arcam, etiam indui-
erant ephod lineo.** Haec autem vettes ornamenta
præfigurabant sacerdotalia, aliosque prædi-
vites apparatus, qui hodie potius quam alio
quoq[ue] tempore, ad præsentis festivitatis ma-
jorem pomam explicantur. Advertendum vero
est, quod huius candor internam denotare
debebat animarum & cordium nostrorum
preparationem; Atque ideo Anastasius Sinaïta
nonnullos reprehendit, dicens: *Muli qui Orat. De
dem non laborant, qua puritate & paupi-
tia ad sacram mensam adeant; sed quibus re-
sumentis exornentur Glosa quoque ait: Per sto-
las byssinas candida munditia corporalis casti-
tas designatur, hac induuntur omnes, qui Dei
officio*

I. Paral. 16

I. Paral. 15

27.

officio afflunt, & laudes eis ore, moribus & actu
concrepani: Cymbala oris confessionem, psalteria
mortalitatem, cythara carnis mortificationem
denotant.

z. Reg. 6.3.

7. Imposuerunt arcam Domini super plan-
sum novum. Hodie quoque die vasa au-
rea & argentea, quæ Gaza nostra continent,
pretiosissima & elegantissima publicè à nobis
exponuntur ad Eucharisticam corporis Christi
similans tanto magis locupletandam, no-
viisque splendoribus illustrandam: Rece-
dant vetera, nova sint omnia, corda, voces, &
opera.

z. PAT. 13.

M.

In c. 6. lib.
z. Reg.

8. Constituerunt cantores in organis musi-
orum, nabilis fidelicis & lyris, & cymbalis, ut
resonaret in excelsum sonitus latitudo; erant cum
David septem chori, deducebant arcam in jubilo,
& sonitu buccina, & tubis, & cymbalis, &
nabilis, & cythara concupentes. Quis est, qui
non videat cantus & musica illa instrumenta
praludia fuisse, quibus Harmonia multica, cun-
cta que alia letitiae & universalis jubili signa,
quibus hodiernæ processiones passionis officium
tur, præsignificabantur? Audite Pontificem in
Bulla sua loquentem: Tam Clerici quam po-
puli gaudentes in canica laudum surgant:
tunc enim omnium corda, & vota, & ora, &
labia hymnos persolvant laetitia salutaris. Dio-
nysius Carthagenus eadem de re ita scribit: Per
arcæ reductionem præfigurata est processio-
nales circumductio Sacramenti, in qua cum Prae-
latori sunt diversi chori psallentium, & cum inte-
riori & exteriori Deitatis laudatione, sympho-
nia & devotione educitur Sacramentum. In
cytharis pro octava canebant epinicio, id quod
de hac processione dicitur: Ubi Lyranus ait: pro
octava canebant, est significatio ista; vixi Deo
triumphus five palma, hoc era principium can-
tici, quod cantabant, & frequenter resumeban-
tis in processus cantici. Nos in hodiernis matu-
rinis pariter per se replicamus: Christum Re-
gem adoremus dominante gentibus, & in pre-
cedenti dicti su de facto probavimus, quod in
haec processione mortis eius Victoria & triom-
phus representatur.

2. Reg. 6.
24.

In Glossa

bis potentio non esse habendum, ubi religioni
exhibetur obsequium. Poterò in salibus hi-
cœ ludi titulus à scriptura tribuitur: David &
omnis Israël ludebant coram Domino, saltan-
tem atque ludentem; Ubi Glossa ait: Iste lu-
dus non erat dissolutionis, sed devotionis, se-
cundum illud Psalmi 83. Cor meum & caro
mea exultaverunt in DEVM vivum. Hanc
devotionem, exultationem & interius gau-
dium, quilibet Christifidelis in hac fancissimis
Corporis Christi publicâ veneratione in se
manifeste experitur.

10. Michol filia Saul prop̄piciens per z. Reg. 6.25
fenestrarum, vidit Regem David subsilientem at-
que saltantem coram Domino, & desponsit eum
in cordis suo. Redeuntem quoque alperima
reprehensione corripiens ait: Quam glorioſus
fuit hodie Rex Israël discooperiens se ante an-
cillas servorum suorum, & nudatus est, quasi se
nudetur unus ex scurris. Ubi Glossa ait: Cum
dis exultantibus, & ad arca coelestis introitum
hymnos resonantibus sola Michol filia Saul ab-
est. Michol isthac à Saule reprobo & à Deo
totaliter abjecto genita expresa fuit hære-
scos figura, quæ processionum istarum au-
gustis honoribus & applausibus fete pro vi-
ribus oppositura erat. Unde sanctus Thomas
de Villa-Nova ait: Filia Saulis Michol qua
pium Regem Domini cultorem irrisit, quorun-
dam impiorum fidelium typum habet, qui ne-
que Dominicæ Corporis Sacramentum ipsi fu-
seipso, neque alios suscipere patiuntur: irri-
dent namque in suis conuenticulis & subsan-
nant de votis & pios hujus Sacramentii cultos
Quodnam autem fuit ipsi à Davide redi-
ditum reponendum? Ante Dominum qui ele-
git me potius quam Patrem tuum, Iudam, &
vilior siam, plusquam factus sum, & ero hu-
milis. Id quod motivum quoddam est valde
opportunitum, ad hominem in devotionem ex-
aggeratissimum Christi Corpus magis magis
que ascendendum, dum immensa quæ ab
ipto receperimus, & continuè accipimus be-
neficia grata memoria recolentes, debitam
ei gratitudinem exhibemus. Memorandum
vero est, hanc Michol in contemptus
istius penam & vindictam perpetua à D E O
sterilitate fuisse castigatam. Quid autem
hereticis Eucharistiam ejusque cultores &
adoratores deridentibus accidit? quantum
ex eo quod hisce se processionibus
op-

Sess 13. c. 5.

opposuerint, & etiamnum opponant, fuere multatū. Jam superius ex sententia Concilii Tridentini diximus: *Sic quidem oportuit viātricem veritatem de mendacio & heresi triumphū agere, ut ejus adversarij in conspectu tanti splendoris, & in tanta universa Ecclesia latitia positi, vel debilitati, & fractitabescant, vel pudore affecti, & confusi aliquando resipiscant. Memoriane fortasse recolunt, quidac*

ciderit, quando Arca Dei trans muros Hierusalem per circuitum deportata fuit? Sacerdotes tollant septem buccinas, & precedant arcam fœderis, septiesque circuibitis civitatem, & muri funditus corruerunt. Nunquid idem circa harum processionum solemnitatem accidere quotannis videtur, quando Arca Eucharistica magnam Hierichunitus id est, Hæres, DEO rebellantis partem prosternit & subvertit? Arca Domini Dagonis Idolus contrivit; Hoc autem Sacramentum hæresin totaliter confundit, atque prosternit. Nam ad confundendam specialiter Hæretorum persidiam & infamiam se festum hoc instituisse Pontifex in supradicta Bulla expresse declarat. de Arca in

s. Reg. 6. 6. super dicitur: Postquam autem venerunt ad arcam Nachon (id est, durante illa processione) calcitrabans boves, & declinaverunt eam. Quodnam oblecto in eo latet mysterium, quod arca ad aream virtutissimam appellente, boves, cursum, qui arce vehiculum erat, trahentes recalcitrare ceperint, adeo ut periculum evidens esset sacram illud depositum susque de que invertendi? Dionysius Carthusianus responderet: Per aream Nachon intelligi potest Ecclesia hæretorum loquax & pertinax. H enim veluti totidem ignorantes & stupidibus solemini huic festo & venerationi publicae corporis Christi recalcitrant, eidemque pertinaciter tenebantur; veruntamen à libris errores eorum manifestè refellentibus confunduntur, utpote quia adversus dictos hæreticos, quanta cum congruitate & convenientia universale hoc festum pro tota Ecclesia DEI instituimus, manifestè demonstrent. Verum enimvero postulamus, quoque hoc loco moralitatem quandam tangere præsentis nostro proposito perutilem: Michol propiciens per fenestras deponit in corde suo David. Ergo Michol illum saltem non contemplit in publico, neque per hoc consequenter universa

Hierosolymæ scandalum aliquod attrulit. Quam igitur deplorandum est, quod hodie multi solo nomine Christiani, hisce diebus porius quam alio quovis tempore prospicuerunt ad fenestras, & tantum tamque augmentum Sacramentum notabiliter cum reverentia & impietate despiciunt. Audite oblecto, qualenam illos pro hoc tanto scelere maneat supplicium. Sanctus Thoma de Villanova de illorum pœna ita scribit: *Quorum pia & debita retributio est, ut omnis justitia & pietatis fructus & sancto charitatis affectu vacui in summa bonorum omnium spiritualium Charismatum egestate & sterilitate moriantur*

Conc. cit.

11. Obtulit David holocausta & pacifica coronam Domino, & benedixit populo in nomine Domini, & partitus est universa multitudo in colliridam panis, & assutaram bubula carnis, & abiit omnis populus unusquisque in domum suam. Hic fuit processionis hujus circumlatæ arca finis. At vero oblectus oblecto, quam apte omnes haec circumstant, & nostræ festivitati respondeant. Etenim nos quoque sacrificium quoddam, sed inquietum, panem scilicet celestem in Missa offerimus, ac demum in fine processionum populus solemniter benedicatur, omnibusque ad hanc processionem confluentibus, multæ à summo Pontifice distribuuntur indulgentia. Unde Dionysius Carthusianus ait: Scendum quod in hac solemnitate merito sic aucta sunt indulgentiae ista: quoniam celebrissima ista festivitas est de eo, à quo omnes indulgentia efficaciam sortiuntur & oriuntur. Glossa vero supet verba illa: Colliridam panis unam, ita scribit: illius scilicet qui de celo descendit, & dat vitam mundo: & assutaram bubula carnis unam, illius scilicet vituli saginati, qui pro revertente filio maestus & igne passionis assatus est.

Serm. 2. in
Ev. Corp.
Chr.

12. Denique laudus Thomas Davidis tanta cum pompa arcam quaquaversum circumducentis latieram considerat, & ingen gaudium, & tale format argumentum: Quod si tam festiva gaudia instituit ille, qui stultus reputatus est, Cum esset alioquin gravissimus & severissimus: quid faceret cor Fest. Corp. ram isto sacrosancto & Deifico Sacramento? Char. Quis se humiliavit ligno, quomodo se desiceret Christo? Arca tantum umbra quedam Eucharistia fuit, & tamen non folium

solum David Rex, sed & universus populus, quantum, quantus erat, ipsam in summa veneratione habebat: Verègens illa & populus illa (inquit B. & Angelicus Thomas) surget in iudicio contra nos & condemnabunt nos: quia amplius illi umbra, quam nos veritati detulerunt. Considerandum quoque hoc loco est, quod hoc eademmet arca, licet tot benedictionum cumulandarum instrumentum, Ozam nihilominus morte repentina mori fecerit, cuia tamen is revera aliud nihil fecisset, quam quod ad sustinendam arcam, ne illa caderet, manum suam extenderit: Ira tuus est indignatione Dominus contra Ozam & percussit eum super temeritate, qui mortuus est. Verum inquit, quâ ratione temeritatis vitio aut labore notari meretur is, qui pretiosissimus & inestimabilis thesauri causum in terram impedit nitebatur? Scindendum est igitur, Ozam in eo temerarium fuisse, quia nimis arcum currui tanquam ferculo impo- suerit, qui eandem humeris suis ferre debebat: Eadem quoque & longè major est temeritas multorum, qui exiguum huic Sacramento deferunt respectum, & nonnunquam vix tanti faciunt, quanti panem usualem facere solent, siquidem ex mea consuetudine ad illud accedunt, vel ut facere videantur, quod alios facere vident sine debita præparatione & reverentia, damnum aurem inde illis emergens minimè considerant; siquidem mors est malis. Quot sunt, qui in hisce processionibus majus deferunt honoris obsequium objecto cuidam lascivo casualiter obvio, quam hinc infinita Majestatis DEO? Philistri lethiferas illas sibi acciverunt infirmitates, quia idolum suum in pari cum arca DEI loco statuerunt, eadem per hoc se honoraturos esse existimantes; quem eundem excelsum multi indigati Christiani committunt, quia malitiosè non jam in pari, quin potius inferiori loco hoc Sacramentum habent, quo objectum aliquod lubricum & diabolicum, vel carnale aliquod, quod in corde suo adorant idolum. Unde beatus Thomas ait: Majestas ad quam acceditur, non ad arcam ligneam, & altare aureum, sed ad ipsam sublimem celitudinem beatis spiritibus præsidentem, sub qua curvantur, qui portant orbem. & ad judicem vivorum & omnium mortuorum Christum, coram quo omnes Reges terra & omnes Principes trepidabunt. Merito illi ab ipfis met

quoque mundi Monarchis & Potentatibus hunc Deo in Eucharistia hisce diebus exhibiti homines, ad maiorem nos excitare debent reverentiam Hebrei arcum postquam à Philistis eandem recipierent, summo cum jubilo & veneratione excepterunt, & tamen Deus eisdem ingenti illa strage graviter mulcavit, in qua è bisagritibus septuaginta, è prima ibi vero quinque millia fuerunt mortui de populo; Quemam iniqutias, interroget idemmet Sanctus, quod flagitium, quod peccatum? utique non aliud nisi quia viderunt oculi suis arcum nudam, quia eam non statim pallio operuerunt, ne aspicerent, quia ausi sunt in eam oculos intendere. Hinc utique arguerelicebit, quod si Deus adeo severus extitit, in castigandis nudi aliquibus Igni prophanatoribus, idque ob solius citoletatis levissimam causam, qualis poena deceienda sit illis, qui adeo indignam irreverentiam attentare praesumunt, ut non solum multis culpis mortalibus coinquinati coram ipso compareant, verus etiam hisce processionibus nonnunquam in concupiscentiarum suarum abutuntur fomentum, easdemque multis dissolutionibus & scandalis suis contemnerant atque prophanant. Cogitemus Hom. 3. ad Eph. (est consideratio Chrysostomi) quod illi usi-
cups & sanguinem gustamus, qui in coelestibus sedet, qui ab Angelis adoratur. Et multò ex-
pressius Gregorius dicit: Intuendum est, quan-
tum delinquit, qui ad corpus Domini reus ac-
cedit, sille morte multatur, qui arcem Domini
corporis figuram minori quam debuit, ve-
neratione corripuit. Oleaster præceptum illud
Moysi à DEO datum optimè considerat, quo
leprosos, omaenque aliam personam im-
mundam extra aliorum qui incolumes erant,
habitacula coercere jubebatur, idque ob Num. 5. i.
eam duntaxat causam, quia inter lanos
suum habebat fixum tabernaculum & ar-
cam; Summam munditiam nos admonet locutus
iste, disce, quantum abominabitur voluntarias
immunditias peccatorum, qui sic abominatur
eas, quas homo invitus patitur. Opponat
mihi forsè quispiam Abiathar sacerdotem, quod
arcam portaret, à morte præseveratum
fuisse, non obstante ira & indignatione re-
giæ, quam Salomon Rex adversum con-
cepserat; Evidenter vir mortis es: sed hodie te
non interficiam, quia portasti arcem Domini
Dei coram David patre meo, & sustinuisti labo-
li. 2. Reg. 26.

Mansi Sanduarij Tom. II.

rem; Hoc tamen quod objicitur, grataanter accepto; exinde enim nos hanc quoque deducere possumus congruentiam, videlicet quod Deus ab illis, qui ad honorandas pro iuribus suis processiones istas preparandis & congerendis apparatus & ornamentiis necessariis operam suam impenderint, tametsi peccato sunt mortali obnoxii, & consequenter ira Dei subjaceant, suum

tamen dignè promeritum supplicium misericorditer suspendet, ut tempus habeant respescendi & ad seriam redundi penitentiam, aut vero aliam quandam iisdem impensurus sit gratiam, ut obsequiis ipsorum in sanctissimi Corporis sui Festivitatem & venerationem adhibitis aliquatenus corresponeat.

DE NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTÆ. DISCURSVS NOVEM.

DISCURSUS I. De miraculis & prodigiis actionibus in Conceptione, Nativitate & pueritia S. Joannis patris, deque ejus in annis puerilibus eximia sanctitas.

DISCURSUS II. Ex Ethymologia nominis S. Joannis deditur, quantus fuerit gratiarum, donorum & meritorum ejus cumulus.

DISCURSUS III. Super illis verbis: Erit magnus coram Domino, nonnullæ instauruntur considerationes.

DISCURSUS IV. Mundus lumen & agnitionem veri Dei S. Joanni Baptista in acceptis referre debet.

DISCURSUS V. Eminens S. Joannis Baptista sanctitas, infima cum humilitate conjuncta summe est admirabilis.

DISCURSUS VI. Analogiae & Paralelli inter Christum & S. Joannem Baptistam.

DISCURSUS VII. De mysteriis ob quæ S. Joannes Baptista se vocem appellavit, deque prædicationis ejus efficacia ad hoc directa, ut verbis unirentur operas, ac demum de admirabili ipsius in semetipsum austernitate, & benignitate in alios.

DISCURSUS VIII. Ponderatur ipsius met Christi de S. Joanne Baptista concepta estimatio ex laudibus quas ei attribuit: eminens quoque sanctitas ejus consideratur.

DISCURSUS IX. Varia tanguntur mysteria, ob quæ S. Joannes Baptista denominatus est Angelus.

De miraculis & prodigiosis actionibus, in Conceptione, Nativitate & pueritia S. Ioannis patratis; deque ejus in annis puerilibus eximia sanctitate.

DISCURSUS PRIMVS.

*Et posuerunt omnes, qui audierant in corde suo dicentes,
quis putas puer iste erit? Lucæ cap. i.*

Omnis quorundam ea quæ in Conceptione S. Ioannis Baptista acciderant suspenda, audierant, quique eum per adeo prodigiosa miracula in lucem editum esse viderant. Teneat mutuo cum stupore nimio intuentes dicebant: *Quis putas puer iste erit?* Nec sine ingenti mysterio faciunt esse, credendum est, quod sancta mater Ecclesia eidem in ipsa ejus Nativitate non infantis aut pueri nomen attribuat, sed potius magnum virum admirabili epitheto appelleret, dicens: *Eli-sabeth Zacharia magnum virum genuit, Ioannem Baptistam.* Quippe de solo Filio Dei, dum adhuc utero clauderetur materno scribitur: *Fœmina circumdabit virum;* utpote qui eodem perfectissimo rationis usu, eademque immensa & infinita sapientia prædictus erat, quam modo habet, dum aeterni Patris cui dexteræ assilit, at verò quâ ratione idipsum de sancto Ioanne, dum adhuc paulo ante natum tenellus infantulus erat, affirmari potuit? *Ex* altera verò parte, quis in sancto Ioanne, dum adhuc in senili Elisabethæ utero constrictus deliterceret, rationis usum acceleratum fuisse non credat, de quo constat, quod ad aeterni verbi incarnati, ejusque sanctissime matris presentiam, *Exultavit in utero?* Chrysologus ait: *Sexto mense sua matris exultat in utero,* & in uterum Virginis venisse nuntiat Christum, fervens nuncius, qui ante gestivit nuntiare, quam vivere, quia tardabat corpus solo spiritu amplectis evangelizantis officium. *Nescio pro-*

Xer. 31. 22.

Serm. 91.

fecto num aliquando ad id adverteritis, quod tametsi in proposito thematis verbis puer denos minetur: *Quis putas puer iste erit,* hoc tamen nomine non ab alio quam à vulgo, quod alienorum meritorum competens judex nequamquam esse cenfetur, vocitatus fuerit? nobis autem sanctæ Ecclesie Dei, quæ Spiritum sanctum pro suo directore habet, omnino credendum & acquiescendum est, quæ perspicuis verbis nobis dicit, quod *Eli-sabeth magnum virum genuit Ioannem Baptistam;* non sufficit ei dicere: *Virum genuit,* sed protinus addit: *Magnum.* Et hinc est quod sanctus quoque Gabriel Archangelus vicinam ejus Nativitatem annuntians, hisce fuerit verbis usus: *Eritis enim magnus coram Domino.* Advertite obsecro (inquit sanctus Thomas de Villa-Nova) quantus sit iste puer, Conc. 1. de Nat. Ioan. quitali cognitio in suo ortu decoratus est, Bapt. quid de illo grandius dici potuit, quam, *Eritis magnus coram Domino?* Cui nihil est magnum: nisi quod ipse magnum voluerit reputare. Evangelium porro, licet in Baptista laudes copiosè excurrat, nullam tamen sive infantiae sive pueritiae ejus mentionem facit; cuius veram rationem sanctus Ambrosius tangit, dicens: *Neque ullam infantiae sensit etatem,* qui supra naturam supra etatem in utero situa matru, à mensura cepit etatis plenitudinem Christi. Sanctus quoque Hieronymus ad Rusticum, teneram puerorum etatem Eremitæ vita rigori minimè convenire scribit, dicens: *Si igitur hoc vita genus non tyronibus,* sed veteranis militibus convenit, quâ admiratione dignum est parvulum Ioani-

nem hoc vita genus elegisse? Infans igitur dici nequit, tametsi tenerus sub annis petierit *antra deserti*, quia hoc *vita & genus veterani militibus convenit*. Nihil etenim in ipso reperitur infantie, præterquam tempus, dies, & menses; cæterum in eo non nisi *matura ætatis virtutes fulgere conspicuntur*, nimis prudenter, austera, solitudo, abstinentia, omnesque aliae rarissima dotes: *Nondum nascitur* (inquit Chryostomus) & saltibus loquitur: *nondum ei permittitur clamare*, & per *facta auditur*; *nondum dicit vitam*, & *Deum prædicat*; *nondum aspicit lucem*, & *Solem indicat*.

Cone. cit. 2. *Quis putas puer iste erit?* *Quanta in ejus ortu miracula facta sunt?* Angelus nuntiat (inquit sanctus Thomas de Villanova) pater obmutescit steriles concipit, virgo salutat puer exultat, mater prophetat, nomen de' cælo misitatur à matre per spiritum agnoscitur, à patre conscribitur, vinculum lingua solvitur; ex muto, Propheta pater efficitur. Idemmet Ar. hangelus, qui verbi incarnationem annuntiatur ad virginem missus fuit, ad hanc quoque Baptiste Nativitatem intimandam cœlitus demittitur; Ab eodem quoque Angelo nomen ei imponendum cœlesti ordinatione allatum fuit. Idemmet Propheta Ieremia qui vita Christi eventus prævidit & descriptis, de hujus Baptiste Nativitate tractare incipit, & velet ore Baptista dicit: *Dominus ab utero vocavit me; de ventre matris meæ recor-datus est nominis mei Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sua*. Et verè ita accidit, siquidem prius sanctus fuisse noscitur quam natus. *Videtis quemadmodum Ioannes* (inquit Chryostomus) *antepervenit ad cœlum quam tangeret terram: ante accepit diuinum Spiri-tum, quam haberet humanum; ante suscepit diuinam munera, quam corporis membra*. Chryostomus sanctum Joannem in materno utero delitescentem cœlestibus superextulit paronymphis: *Quia in cœlo, inquit, ignoraverunt Ange- li*, (id est, verbum Patris aternum in Maria Virginis utero fuisse incarnatum) cognovit Ioannes, qui gestabatur in utero. Prius verum contemplatus est Solem, quam intra matris tenebris osum carcerem reclusus prodiisset ad lucem: *Prius gratiam suscipere, quam vitam* (inquit Eusebius Emilianus) *prius benedictio-nem meruit habere quam lucem*. Et S. Ambro-

sus ait: *Nondum erat in eo spiritus vita, & In Cat. jam erat spiritus gratia; adeoque ut Chrysolö-gus ingeniosè advertit: Ante cœpit vivere Deo, D.Th. quām sibi; immo ante vixit ille Deo, quām Deus viviceret illi; juxta illud Apostoli: Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus*. Beatus Lau-rentrius Iustinianus hanc in Ioanne priusquam nasceretur, gratiarum cœlestium præventionem & præparationem optimè consideravit, dicens: *Ipsum in benedictionibus dulcedinis prævenerat DEVS*, cum adhuc in materno teneretur corpusculo, nam ante fuit sanctificatus, quam natus. Prius animo ejus Pa-radisi thesauris exorrata & locupletata fuit, quam ejus corpusculum debite organizaretur. Quodsi vos aliquem hujus mundi Re-gem, Imperatorem, aut Monarcham è regio palatio suo celeri gressu ad visitandum mulieris cuiuspiam prægnantis conceptum fœ-tum properantem conspiceretis, licet is materno adhuc esset utero clausus, nunquid omnes exstupfacti clamaretis: *Quis putas puer iste erit?* Non potest non factum istud meipsum in admirationem rapere (inquit Dia-dacus Stella) id namque quod prius fecit Christus post Incarnationem, fuit Ioannem visita-re: nec dubitandum est captum fuisse Domi-num Ioannis amore, quandoquidem protinus ut humanam induit vestem, ad ipsum accedit. In cuius réti declarationem Regis cuiusdam adducit similitudinem, qui nocturno tem-pore priusquam Sol illucescere incipiat, ad quandam è terris suis visitandum serecipit: *Magnam certe familiaritatem videtur exprime-re*; nonne satis esset servum accersere? non equidem si Dominus nimio ipsis tenetur amore. Serenissima quidem cœlorum Re-gina ad Elisabetham visitandam abiit, sed tamen hunc ei honorem detulit, in quantum Ioannem gravidante utero serebat, non verò aliam ob causam; Christus quoque eodem sese contulit, ut Ioannem sanctifica-ret; hoc primum eius opus est eorum quæ haec tenus unquam fecit, hæc fuit prima om-nium à Redemptore operata sanctificatio, postquam ab aeterni Patris sui sinu in terras de-scendit. Unde S. Ambrosius: *Maria ad Elisa-beth, Christus ad Ioannem*, dum puer aliquis sub constellatione propitia nascitur, Astrologi ei-dem fortunatum præfigere solent prognosti-cum, *S. Ioannes non solum in utero materno*

etiamq;

Cone. cit.

Serm. 2. de etiamnum reclusus , verum etiam inde egressus sub felicibus veri justitiae lolis Christi auspiciis ortum suum habuit , illiusque divini zodiaci fascis involvus fuit , de quo scribitur : *Mulier amicta sole , & luna sub paibus Nat. Ioan. ejus , & in capite ejus corona stellarum duodecim.* Unde S. Bonaventura ait : *A Maria adhuc in utero salutatus , & natus ab ipsa in brachia elevatus.* Nam ut sanctus Bernardus opinatur beatissima Virgo cum Elisabetha cognata sua mansit , donec Joannes nasceretur : donec puerum natum sinu beatissimo conforveret , & uno pariete remoto propinquorem redderet presentia Creatoris. Imò idem sanctus Doctor subjungit : *Alii qui librum justorum diligenteribus oculis inspexerunt se vidisse testantur , quod ipsa Dei genitrix fecit puerum prima de terra levavit.*

Serm. 83. 3. *Quis putas puer iste erit ?* quod si quando adhuc in ventre materno reclusus deliuit , intra membranas illas vindus & ligatus , exultavit , exhibuitque præ gaudio , & Christum adoravit , facile est conjicere , qualis fuerit devotion & reverentia , quam in pueritia , & in adulsciencia ei exhibuit : *Quia lingua non poterat , (inquit Hugo Cardinalis) animo exultante salutat , & sue præcursoris officium inchoat.* Præiusquam viator esset , præcursoris officium peragens currit , & præcurrit. Beatus Joannes , inquit Chrysologus , qui ante Dei spiritu meruit intonare quam hominis vagiret in fletu ; *beatus , qui ante divina possidere meruit , quam sortiretur humana beatus , qui ante Deum capere potuit , quam suo ipse caperetur à corpore.* Didacus Stella saltus quos sanctus Joannes in utero matris edidit , confidrans , titulum ei servi diligentis & solliciti attribuit : *O quam diligens servus appellari potest , qui cum nondum cœlum & terram vidiisset , jam cœli & terra creatorum adorabat , ac tandem de hisce saltibus subjungit : Prostulit puer nondum natus , velut occurrere gestiens Dominum suo , ac debitum honoris officium exhibere.*

4. *Quis putas puer iste erit ?* Albertus Magnus multa Nativitatis ejus prodigia enumera , dicens : *Quod ab Angelo annuntiatus , ab Angelo pronominatus , antequam natus , quod in utero sanctificatus , & quod nondum natus in occursum Salvatoris est in gaudio motus.* At vero quod demum postquam pueriles facias vix egressus , in antris le deserti abscon-

derit , hoc est , miraculorum omnium maximum : *Suam inde inchoans vitam (inquit beatus Thomas) Vbi perfectus quisque desinere solet ; & puerum mirabilem o' prodigiosum septen-nium ! o'eremitam ipsis etiam Angelus cunctio stupendum tunc in hac tam tenella ætate , au-steritatem cuiusdam adeo rigida incapax erat , nisi Deus miraculosè concurisset , ut porten-tum istud dignè comparere deinceps posset coram mundo. Neque enim tanta perfectionis capax erat humana fragilitas , ea maxime atque , nisi Deus cunctio facultis sanctitatis mi-raculum in Ioanne pro libitu facere decre-visset.*

5. *Quis putas puer iste erit ?* verba haec sunt populi vicini , ex miraculorum concur-rentium magnitudine & copia , ut quidem ex ultimo penitus obstupefacti & attoniti , qua tamē socialiter eo fine protulisse credendi sunt , ut denotarent ipsum ab humana stirpe suam trahere originem , non vero spiritum esse Angelicum , qualis à Malachia de-scriptus fuerat : *Hic est de quo scriptum est : Ecce ego mitto Angelum meum. Non virtute natura conceptus fuerat : Sed virtute gratia (inquit Guerricus Abbas) Ioannis nativita-tem gratia operatur , natura miratur. Chrysolo-gus utriusque genitoris sterilitatem considerans dicit : In Zacharia & Elisabeth stuper-sexus frigescit caro , praterit tempus , atas rizit , abolescit totum quicquid est & humani ordinis , & negotij conjugalis , ut divino munere non partu ex hominibus Angelus nasceretur. Idem in alio quodam sermone scribit , quod in de-crepitate matris sterilitate Mundabatur longo tempore sanctitatis hospitium , Angeli domicilium , aula Spiritus sancti. Innocentius III. ste-tilitatem genitorum Isaaci , cum parentum san-cti Joannis sterilitate inter se mutuo comparans dicit : *Vterque natus de sene , uterque de sterili , uterque & pronuntiatus & pranominatus ab Angelo , ille Isaac , iste Joannes.* Verum enim vero quod valde considerabile est , hoc est pre-cipue , quod in Isaaci nativitate Siria dixerit : *Risum fecit mihi Deus in nativitate autem lan-cti Ioannis Baptista omnes vicini Elisabethæ congaudent & congratulantur. Inter cœ-teras divinas hujus infantis prærogativas unam sanctus Maximus tetigit , dum ait : Virè hit om-nium beatissimus parvulorum : Nullus ignorat Nat. Ioan. omnem parvulum materno ab utero prodeun-tem inter ipsa lucis exordia mæstis concrepare**

Serm. 63.
Serm. 83.

vagibus: Solus Baptista Domini ultra legem nascentium nativitatem suam latitio exultatione prevente, siquidem exulta vit in utero. Didacus Stella hac de re ita scribit: Christus largitur illigratiam, Ioannes ipsi gratiam rependit ob acceptum beneficium; ita ut uterque infans in vicem certabant, alter gratiam tribuendo, alter vero gratum animum ostendendo ob acceptum beneficium.

6. Nativitas ejus cum excessiva cœli terræque letitia conjuncta fuit; sed advenit dum est gaudium hoc spirituale fuisse, & de hoc gudio hodiernâ die intelligenda est

S. Mater Ecclesia, dum ait: Da populu tua spiritualium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis aeternæ. Unde B. Thomas quoque ait: O sancte Baptista hi prophani ludis tuam se putant celebrare festivitatem, & non celebrant, sed prophanant: Nam quale est sanctum virum in eremo commorantem, cœlico camelorum vestitum, non comedentem nec bibentem, talibus ludis & choreis, & eibis & potibus honorare? scriptum est quod multi in Nativitate ejus gaudebunt: sed isti gaudent non de Nativitate, sed de uinitate.

Ex Ethymologia nominis S. Ioannis deducitur, quantus fuit gloriarum, donorum & meritorum ejus cumulus.

DISCURSUS SECUNDVS.

Ioannes est nomen ejus. Lucæ cap. I.

Lib. 2.
Tr. 21.

S1. Thomas à Villa Nova in sancti Ioannis Baptiste laudes per tres Conclaves tene diffundens, dum ad ejus se nomen reflectit, ita scribit: Secundum nomen suum, ita & laus tua in fines terra, eo quod nemini dubitandum sit omnem ejus virtutem, ingenium, fortunam, virtutes, mores unico hoc vocabulo sibi à Deo imposito comprehendi. Innocentius III. in hodiernum diem scribens dicit: *Ioannes interpretatur gratia Dei.* Et hoc quidem nomen ejus proprium fuit, siquidem ut Salmeron observat, alia quibus insignitus fuit nomen varia potius ipsius denotarunt officia: Nomen proprium fuit *Ioannes*; *Baptista* vero ab officio baptizandi dicitur; dicitur *testis*: *Quia de luce testificatus est Lucifer; quia solem pravit justitiae; lucerna, quia tanto vita illuminat splendore, ut ipsam veram in humanitate Christi velut in Crystallo latitante ostendere Deitatem.* Nomen istud, ut sanctus Bonaventura ait, summa omnibus admiratione fuit: *Et miratis sunt universi;* Neque ipsi casualiter aut fortuito fuit impositum, sed singulari DEI dispositione Gabriele Archangelo mediante fuit intimatum; hic etenim Zacha-

riæ Patri suo, dum incenso in templo adorando intentus esset, apprens, eique felicissimum hunc partum annuntians, dixit: *Vocabis nomen ejus Ioannem.* Cum vero ei jam in hunc mundum nato, Patris nomen in circumcisione imponere decrevissent, sancta Elizabeth totis te viribus omnibus opponens dicit: *Nequaquam; sed vocabitur Ioannes;* cumque alii neminem ex tota haec tenus familia hoc nomine vocitatum fuisse replicarent, ipsa nihilominus in verbis suis constantissime perslit. *Et hoc quidem dicebat edocita à Spiritu sancto,* inquit Seraphicus Doctor; unde Ambrosius ait: *Spiritu prophetia didicit, quod non didicerat à marito.* Ceteris vero patrem ejus sollicitantibus, ut imponendum filio nomen ederet, ipse à lingua usu impeditus, nomen hoc, *Ioannes*, in tabulas exaravit: Innubant patri ejus, quem vellet vocari eum, & postulans pugillarem scripsit, dicens: *Ioannes est nomen ejus.* S. Bonaventura ulterius subjungit: *Sequitur, quod mirati sunt universi: Vnde miratis quia sic ab Angelo nuntiante, sic à matre concipiente, sic à Patre generante puer concorditer Ioannes est nominatus.* Tandem concludit, nomen istud immensæ gratiae magni hujus sancti expresse esse indicativum;

tivum; Dumpergo toties afferunt eum esse Ioan-

nem, ostendunt in eo plenitudinem gratia.

2. Ioannes est nomen ejus. Ab ore magni

Baptistarum, ut audivimus, haec videntur verba

Isa. 49. 1. emanare: Dominus ab utero vocavit me, de

ventre matris mea recordatus est nominis mei;

siquidem in ipso matris utero tantam cœle-

stis gratiarum affectus est abundantiam,

ut merito dicere potuerit, DEUM nominis su-

tunc quoque memorem fuisse, quando non-

dum editus, neque hoc nomine etiamnum

insignitus fuerat; sicutidem gratia & Ioannes

Synonima sunt. Hugo Cardinalis dicit: Re-

cordatus est nominis mei, id est, dedit mihi rem

nominis hujus Ioannes, id est, gratiam. Ejus-

dem quoque nominis Ethymologiam nobis

Chrysostomus insinuat, dicens: Hoc nomen lo-

anne gratia Dei interpretatur, quod ergo gra-

tia di vina favente non natura Elizabeth hunc

filium conceperit, beneficij memoriam in nomine

pueri conscriperunt. S. Bonaventura eandem

quoque rationem reddit hujus denominatio-

nis, dum ait: Quia enim non virtute natu-

rae conceptus fuerat, sed virtute gratiae, non de-

bebatur vocari Zacharias à Patre; sed Ioannes à

dono gratiae, ut novo modo natus novo nomine

nuncupetur.

In Catb. Inc. 1. Luc. 3. Cor. 15.

3. Ioannes est nomen ejus. Albertus Ma-

gnus postquam nominis hujus interpretationem

expofuisset, dicens: Ioannes interpretatur, in

quo est gratia Dei, illum Apostoli textum ad-

dicit: Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia

ejus in me vacua non fuit, eademque verba

S. Joanni per egregie adaptat, dicens: Omni-

bis enim Ioannes innoescit per gratiam, quic-

quid in eo videtur gratia est, non natura. Si

enim Conceptionis ejus respiratur, haec mira-

culeola fuit, sicutidem genitores ejus nequa-

quam maturæ aut vegetæ, sed quasi decre-

pitæ ætatis erant; a boque insuper sancti,

incidentes in omnibus mandatis Domini sine

querela. Si de ejus intra vilceia materna fa-

tas & sanctificatione agatur, haec specialissimum

quidam fuit gratiae effectus; Gratia fuit, non

natura. Quod Nativitas ejus à Prophetis in

facta Scriptura vaticinata, annuntiata ab

Angelis, à Filii Dei ejusque magnæ matris

præfentia honorata fuerit, quodque nomen

ejus cœlitus allatum sit, ipseque suis natili-

bus mundum lœticarit; Gratia fuit, non

natura; Quod etiam puer lactens, sese

velut Scorpionum & terarum locius, in vastæ

solitudinis speluncis speliverit, feceritque

penitentiam, quando adhuc culpæ incapax

erat; denique quod ob summam ejus inno-

centiam Angelus quidam, imo verus promis-

fus Messias existimatus fuerit, Gratia fuit, non

natura Sanctus Thomas de Villa-Nova, super Conc. 3. de

hoc adeo mysticum nomen hanc observa- 10. Bapt.

tionem instituit: Quodsi rem perscrutari di-

ligenitus libet à principio creature usque nunc,

nulli hominum tam solemniter, & tam celebri-

ter nomen impositum est, sicut Ioanni Baptista;

hoc enim nomen non à Patre, non à matre ac-

cepit, sed à Deo compositum est, ab Angelo pro-

mulgatum, de celo allatum, à Patre auditum,

à matre prophetatum est. Jam in foribus ade-

rat plenitudo temporis, in quo faciendum

erat novæ legis gratia exordium, eandemque

Baptista tanquam præcursor annuntia-

turus adveniat, quid igitur mirum si gratiae

nomine, quod cum hoc nomine Ioannes co-

incidit, appellatur? Idemmet sanctus Thomas

in prima Concione de hodierno festo dicit, hu-

manum genus sanctitatis cuiusdam ad eo

eminentis, qualis haec præcursoris extitit,

omino quidem incapax fuisse, Divinam ta-

men omnipotentiam, ut suo satisfaceret divi-

no beneplacito, decrevisse ipsum velut por-

tentum quoddam in hunc mundum compa-

rete. Neque enim tanta perfectionis capax erat

humana fragilitas, nisi Deus cunctis saculis san-

ctitatis miraculum in Ioanne pro libitu facere

decreveret.

4. Ioannes interpretatur, in quo est

gratia. Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero

matris sua, ait Angelus ad Zachariam; cogitate

obsecro, quam inexhausti fuisti in thesauri,

quos Spiritus Dei magna huic animæ infudit;

cogitate inquam, qualiter Spiritus sanctus

cum sanctissimam Deiparam vix vebo æterno

fœcundasset, gratiaque ecclesiæ replevi-

let, (quæ cauila fuit, cur conceptionem Fili

Dei annuntians, eum hisce verbis, Gratia ple-

na, salutaverit) mox eandem ad Judeæ mon-

ta, ingenti cum celeritate condescenda

permoverit, ut immensas & infinitas gratias

quibus ipsa refertim plena erat, sancto huic

pupo in sextum usque mensem in matris

utero recluso partiparet. Unde valde consi-

derabilia fuit illa Angeli verba: Replebitur

Spiritu sancto adhuc ex utero matris sua. Reple-

bitur, hoc verbum enim plenitudinem deno-

tat, sicutidem in tanta copia communicata ei

fuit

fuit divina gratia, ut pariter in S. Elisabeth matrem ejus redundavit: Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth. Ubis sanctus Thomas ait: Non

In Cat.

Serm. 1. de sancto, proper sūlum sit repleta. Unde benē Gu-
Nat Ioan. erricus Abbas obseruat, S. Joannem genitoribus
Bapt. suis pro collatis sibi beneficiis valde abundan-

ter retribuisse : *In eos qui in se transfuderant carnis substantiam, spiritus sui & gratia superabundantium resundebat.* Audite autem quoniam modo *Spiritus sanctus* sanctificationem Joannis in matris sua visceribus operatus fuerit ;

Serm. de
Priv. lo.
Bapt. Sanctus Bernardus ait, *Sanctificatus est à pec-
cato, & ita dominante spiritu superflusus, ut
& purgatus exeat & repletus.* Hanc quoque
sermonem planiusdum claram expresse doceo il-

Homil. de le Emissari calamus , dum ita terribit : Ma-
Nat. Ioan. gnum est Spiritu sancto illustrari, sed multo es-
Bapt. majus repleri. Sicut enim vas aliquo quan-
do plenum est, aliud liquorem capere nequit :
ita in eum nihil secularis macula introire jam
poterat , in quo sanctificationis plenitudo re-
gnabat. Neque enim solum illam gratiam acce-
pit, ut ab originali macula purgaretur, priu-
quam ederetur in lucem , verum etiam in
gratia & amicitia Dei consumaretur & sta-

In Matth. servaret innocentiam: *Replebitur Spiritu sancto; hoc est (inquit Dionyius Carthusianus) gratia donisque spiritus sancti, antequam egreditur ex utero, qua gratia à peccato originali purgabitur. Et donis spiritus sancti anima ejus ornabitur.* Unde mirari nequaquam debemus, inquit Paulus de Palatio, si Baptista ipsomet Christo teste à nullo unquam tentationis aut culpe vento quassatus fuerit, ut pote quem DÉUS ingenti gratia pondere fir-

Serm. 2. de maverat : Si Ioannes, Christo t. se, vento non
Nat. Ioan. agitatur; haber ergo Ioannes grande gratia pon-
dus. Advertisit ne, quantus fuerit Ioannes? quan-
tum gratiae habuerit? Nam eius fuit Ioannes

La Cat.

In c. I. Luc narunt, Prudentia magnus fuit (scribit Albertus Magnus) quia omnes docuit: temperantia.

*quia non solum à delitiis, sed à necessariis tem-
peravit; iustitia quia unicuique; quod suum erat,
attribuit bonis ex malis fortitudine magnus.*

Conc. 3. 1. de
Nat. I. oan.
Bapt.

etiam bonis & malis, fortunam magis, &
quia insaniam Regis & Regina suscepit. Sanctus
Thomas rationem nobis reddit, cur de-
fesa, in quibus sanctus praecursor demorab-
erit, instar urbium populi frequentia referta sue-
rint, & dicit: Undique ad ripas lordanis videre
mundi spectaculum & audire: erat enim homo
gravis, severus, constans, mansuetus, pius, pru-
dens, quietus, ingeniosus, sapientissimus, elo-
quentissimus, conversatione gratus, moribus
suavis. Beatus quoque Laurentius Justinianus,
hoc Joannis encomium. Erat lucerna ardens
& lucens, considerans egregiam insignium vir-
tutum ejus contexti corollam: Lucebat adeo,
inquit, ut fieret humilitatis speculum, magi-
sterium pudicitie, virginitatis decus, sapien-
tia lumen, innocentia forma, norma virtutum,
disciplina doctror, prece veritatis, paupertatis
specimen, contemptor mundi, perfectionis
offensor, charitatis liber, martyrum decus,
patientia fastigium, & penitentis propala-
tor.

5. Ioannes est nomen ejus. Dionysius Cat-
hulianus autem Redde Ioannes vocari præcipitur,
cui tanta fuerit gratia danda, ut de ipso Chri-
stus testatus sit: Inter natos mulierum non sur-
rexit major Ioanne Baptista. Salmeron ratio-
nem reddit, cur hoc nomine fuerit insigni-
tus; Ioannes interpretatur gratia Domini: quia
gratiosa à Deo parentibus donatus est. Et quia
annuntiavit cessationem legis Moysis, quia jugum
importabile. Et gratiam Evangelij, quia jugum
Christi suave est.

6. Ioannes est nomen ejus S Thomas de Villa-Nova sicut nihil aliud est esse Ioannem nisi esse Deo gratum vel acceptum; illustris profecto titulus & celebre cognomina! nulla quippe major dignitas creatura quam suo placere creatori. De hoc sancto P[ro]fe[ctor]e S. Luca dicit: Etenim manus Domini erat cum illo, quod dictum Carthusianus hunc in modum interpretatur: Id est supernaturalis operatio Dei, & gratiosae ejus presentia fuerat cum Ioanne.

7. Pro nostra autem spirituali instruptione advertendum est, quod quantumvis sanctus Joannes omnino securus esset, se à gratia & amicitia Dei corrue non posse, utpote qui in illa confirmatus erat, hactamen ejus tam rara innocentia non obstante. incepsibilem

tamen valdeque auferam ac rigidam fecit pœnitentiam; quantum igitur nobis timendum erit, qui licet S. Ioannis innocentiam non habemus, ejus tamen non imitamur pœnitentiam. Ipse primus fuit inter omnes, qui nobis Regnum cœlorum quasi apertum commonstravit.

à diebus Iohannis Baptista regnum cœlorum vim patitur. Sed cum quanam puras cautela idipsum efficeret prius ait: pœnitentiam agite, & postea subjunxit: appropinquavit enim regnum cœlorum. Matt. 3.2.

Super illis verbis: ERIT MAGNUS CORAM DOMINO, nonnullæ instituuntur considerationes.

DISCURSVS TERTIVS.

Erit magnus coram Domino. Lucæ cap. 1.

Gabriel Archangelus ad S. Zachariam, dum in altari adoleret incensum cœlitum missus fortunatum ei de nascituro sancto præcursore nuntium attulit, simulque dixit: *Erit magnus coram Domino. Mirabile dictu* (inquit Didacus Stella) *Angelum dixisse futurum magnum Iohannem coram Domino. Quod si euim omnes Naturam ejus audientes exclamarunt, dicentes: Qui putas puer iste erit? quæ rations eidem vix concepto & nato Magni titulus adscribi poterit?* Responder Angelicus Doctor: *Non corporis sed anima magnitudinem declaravit.*

In Cat.

Hom. 12.
in Leg.

2. *Erit magnus.* Origenes scribit: Peccatum hominem parvum facit & exiguum, virtus eminentem prestat ac magnum. Ex qua propositio ne clara, quam apud hoc encomium S. Joanni conveniat, deducitur, siquidem non solum quamdiu vixit, peccatum devicit, puerilem suam innocentiam illæsam conservando, verum etiam hunc inimicum tunc debellavit, quando etiam num intra materna viscera reclusus erat. Repletus fuit spiritu sancto adhuc ex utero matris sua. Evidenter si gratia & virtus homines magnos & eminentes efficit, maximum illum fuisse necessum est, ut ex discursu præcedenti constat, ubi divinarum gratiarum inestimabiles thesauros, nec non admirabilis illius virtutes, quibus magna ejus anima locupletata fuit, examinavimus. Unde me-

Mansi Sanctorum Tom. II.

rito Ecclesia de sancto Iohanne canit: *Elizabeth magnum virum genuit, non dicit hominem, sed virum, quia vir à virtute dicitur. Sanctificatus est à peccato, ut supra ex mente sancti Bernardi diximus. Albertus Magnus Sancti Lucae Evangelium exponens, super illud Epithetum *Magnus*, ita scribit: *Erit magnus syn- In Cat. cera & vera magnitudine virtutis.* Sanctus Thomas de Aquino præfati Doctoris discipulus autem: *Est coram Domino magnitudo animæ, magnitudo virtutis.* Dionylius Carthusianus illum Apostoli textum ad Ephesios: *Vt possit, In Mate- tis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitude & latitudo & sublimitas & profundum;* exponens, quatuor hujus magnitudinis dimensiones mysticas adducit. *Magnitudo*, inquit, *spiritualis* habet quatuor dimensiones: *in altitudine conversationis seu contemplationis, vel dilectionis divina; in latitudine charitatis fraternalis; in profundo humilationis; in longitudine perseverantie usque in finem;* Indubitatum vero est omnes halce mēnsuras in sancto Iohanne ad vivum expressas fuisse, quod de qualibet prolixus discurrendo facile deduci posset.*

4. *Erit magnum.* Magnus fuit ob sublimem culmen quod in gratia & benevolentia Filii altissimi asseditus fuit. Unde S. Bonaventura ex illo S. Joanni à Christo dato encomio: *Internatos mulierum non surrexit major Ioannes Baptista;* hoc elicit argumentum; *Cum ergo non sit inter homines in gradu gratia in-*

Kk

fime

fimo vel medio, necesse est, quod sit in supremo; unde non solum ex hoc dicitur, quod sit magnus, sed etiam ita magnus, quod de eo possit dici illud, quod dicitur de Iosue, qui fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorum Dei quia enim magnus habuit gratiam, ideo Ioannes vocatus est; magnus enim fuit per virtutem, major per doctrinam magisterium, maximus per gratias privilegium: vel etiam cum Dionysio Carthusiano dicere possumus: *Magnus magnitudine spirituali, qua est magnitudo gratiae, & sapientie, & virtutis.*

4. Erit magnus, ob ardenti illum amorem, quo DEO adstrictus fuit; ac proinde scribit S. Bernardus: *Quantitas cuiuscunq[ue] anima estimatur de mensura charitatis, quam habet, ut qua multum habet charitatis, magna sit.* Testimonia aeternæ veritatis, quae Charitas & amor est (*Deus charitas est*) Ioannes erat lucerna ardens. Hinc patet (inquit Salmeron) quantum à Deo diligenter Ioannes. Nam quia multum à Deo amat, magnus est, qui vero parum diligitur, parvus est; qui nihil amat, nihil est; ac proinde Paulus dicebat: *Si autem charitatem non habeam, nihil sum.* Idemque Salmeron illud Christi dictum: *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum, oblevans dicit;* Ioannes autem qui lucerna erat sibi ardens, & alia lucens, utrumque & quidem cumulae præstis.

Serm. 3. in Dom. 10. 5. Erit Magnus. Sanctus Bernardinus verba illa Samuelis ad Saulem dicta: *Nonne post Pent. cum parvulus essem in oculis tuis, caput in tribibus Irael factus es? ponderans dicit; ac se aperite dicat:* *Magnus fuisti, quia despiciens tibi.* Verissimum hoc est in Ioanne; hic enim quanto magis exaltabatur, & depradicabatur à Salvatore, tanto magis in lemetypo humiliabatur, sibique vilescebat. Unde quando Prog. 16. 2 Filius Dei (qui spirituum ponderator est) eo illum dignatus est honore, ut ad se baptismo tingendum, manus illius capiti suo imponebat; ipse econtra protestabatur dicens: *Non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti.* Seneca in mortalibus scribit: *Nihil magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens,* ac proinde ingens fuit Baptista magnitudo, qui altissimam Messias sibi oblatam dignitatem renuit acceptare, seque ipsa vilificavit, ut Chri-

stum honorificaret, seipsum reperiens quandam vocem, sive quoddam in solitudine resonans Echo, aut nihilum esse contestans: *Ego vox clamantis in deserto, Illum oportet crescere,* inquit Ioannes de Christo, me vero minui. At vero quia verissimum est, quod qui se humiliat exaltabitur, idemque qui hoc promiserat, ad Ioannem honorandum & exaltandum, non solum ab Archangelo nuntiari voluit: *Erit magnus, verum euam, ut diximus, ipse met declaravit,* dicens: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.*

6. Erit magnus. Albertus Magnus ait: *Magnus fuit honore, magnus opinione, ut à multis Christus reputaretur.* Admirandus omnibus erat, scribis nimis, sacerdotibus, Pontificibus, Synagogæ principibus, populo, militis, publicanis, imo ipsum Herodi servorum Dei implacabili inimico & persecutori; Evacabantur civitates, quia omnes ad eum videndum & audiendum in deserta confluabant. Quid ex. In Catechisis in desertum videre! Ac si diceret (inquit S. Thomas) propter quid civitates dimittentes conveniunt in desertum & non enim plebs tantum cum tanto desiderio in erenum venisset, nisi magnum quendam, & admirabilem, & petra solidiorem se videre existimans. Innocentius III, qua in re magnitudinem ejus admirari debeamus, pulchre declarat, dicens: *Magnus in predestinatione, quia Deus per Itiam multis faculis ante prædictis: Prinsquam te formarem, in utero novite, Novit enim Dominus, qui sunt ejus.* *Magnus in annuntiatione,* quia futura iphius nativitas ab eodem Archangelo qui ad annuntiandum verbi incarnationem missus fuerat, magna cum solemnitate de celo nuntiata fuit. *Magnus in conceptione;* quia conceptus est non exigente natura, sed gratia operante; *Magnus in natura,* quia de Sacerdotali genere; *Magnus in persona,* quia præcessit ante Deum in spiritu & virtute Elii; *Magnus in gratia,* unde vocatum est nomen ejus Ioannes, repletus spiritu sancto adhuc ex utero matris sua; *Magnus in officio;* ipse enim vox verbi, præco judicis, paranyphus sponsi, lucerna solis, finis legis, initium Evangelij. *Magnus in merito, in dignitate, & potestate, in opinione, in prædicatione, in passione.* Didacus Stella insuper

Serm. de
Nat. Ioan.

DISCURSUS III.

357

de eo dicit: *Habuit sacros Evangelistas suorum gestorum scriptores, & Christum suorum virtutum egregium concionatorem.*

7. De Christo unque dici non potuerit, quod in exaggerandis sancti Ioannis laudibus hyperbolice locutus fuerit, siquidem ipse sciebat, *quid esset in homine*, ipsissimaque veritas est, que adulari nequit. Est author aliquis, qui ingeniosè obleravavit, quod quanto quis proximus ad Christum accedit, tanto magis ab ipso lumen accipiat, & in sanctitate proficiat: *Accedite ad eum, & illuminamini*. Nullus autem Christo vicinus Joanne appropinquavit, ideoque de divio lumine nullus illo magis participavit, siquidem *Ipse erat lucerna ardens & lucens*, Sancta Maria Magdalena ad Salvatoris pedes feso prostravit, *sans retro secus pedes ejus*, & tamen omnium peccatorum indulgentiam plenariam accepit: *Dimittuntur tibi peccata tua*. Hemorhoissa vestis ejus extremitatem tertigit, & sanitatem protinus recepit. *Sanctus Thomas* digitum suum cruento ejus lateri immisit, & depulsis infidelitatis sue tenebris illuminatus fuit. *Sanctus Joannes* super pectus ipsius requievit. Et fluente Evangelij potavit de ipso sacri Dominici pectoris fonte; nullus autem eoque pertigit, ut manus suas capiti ejus imponeret, ipsumque baptizaret, ut fecit Baptista, qui illum ad pedes suos genibus flexis prostratum vidit, in cuius reverentiam *omne genu flebitur cœlestium, terrestrium, & infernorum*, ideoque de illo non solum dicere possumus, quod sit *Magnus*, *verum etiam addere possumus*.

8. Magnus coram Domino. Hec circumstantia admirandam præcursoris sanctitatem notabiliter auget, dum scilicet in infinito illius Majestatis conspectu & praesentia magnus esse dicitur. In mundi estimatione magnum censi, nihil in se eximum habet, secus vero si coram DEO quis magnus judicetur. Magni titulus mundo pro re parva vanalis est, non vero DEO, & ideo pro nihilo reputatur, si coram mundo magni titulo materis, quod vel ipse gentilis Seneca agnovit, dum ait: *Nemo magnus in puncto*. Totâ hæc universi mundi machina in comparatione ad cælum Empyreum, atomus quidem est; magnum vero esse in conspectu DEI illius, coram quo tota terra est instar stille r-

nis decidua (*Sic est ante te orbis terrarum Sap. II. 23* tanquam guttaroris antelucani) hoc miram excellentiam indicat. Si luna in ipso meridiani solis splendore, ita clare luceret, sicut de nocte lucere conspicitur, miraculum esset inauditum, nec unquam hædenus vilum, majoremque meretur admirationem, si lucerna accensa in ipsiusmet solis praesentia luminosa appareret & splendida. Ecce ubi igitur rationem ob quam jure merito miranda sit sancti Joannis sanctitas. *Magnus coram Domino*; Ipse enim erat lucerna non solum ardens sed & resplendens, ardens & lucens, idque in ipsiusmet justitiae solis conspectu, id quod ejus sanctitatem adeo magnificavit, ut iplemet DEUS ejus encomias fieri non sit deditnatus: Lux sanctitatis in Joanne in ipsiusmet vera lucis praesentia adeo radibat, ut mundus vix valeret discernere, an Christus an vero Joannes pro vera luce agnoscendus esset; unde Evangelista necessarium esse censuit expresse dicere: *Non erat illa lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine*. Lux sancti Joannis iplorummet quoque Phariseorum atque Iesubarum oculos, quantumvis hi perspicaces essent, caligare faciebat, proutividere est in legatione, quam ad eum expediverant. Bene igitur beatus Thomas ait: *Non magnum quod aliquis coram mundo magnus sit, sed coram infinito Domino magnus* *Conc. I. de S. Ioan.* quis poteris dici (Didacus Stella hac de re ita discurrevit: si nullus subditorum in comparatione terreni Regis magnus vocari potest: *Qualem illum existimat, quicoram Deo ante cujus conspectum universi Imperatores & Reges terra nihil sunt, magnus appellatur*. Alio modo Salmeron argumentatur, dum ait: *Tract. 34 Quodsi omnes gentes sunt quasi non sint, & sicut stipula, & aqua stilla ante Dominum, qualis quoque est Joannes, qui ante Deum magnus dicitur*; Porro fatendum saltem est Joannem tamē esse, qualis jubente DEO, præconizatus est ab Angelo, & qualis ab ipsemet Deo fuit deprehendatus; nam Deus non decipitur in estimando, nec decipit. Vnde B. Franciscus dicere solitus erat: *tantus quisque est, quantum est apud Deum: contra vero mendaces filii hominum in stateris judiciorum suorum, ut decipient, qui quos volunt, erigunt, & exaltant, & quos volunt, hos deprimunt, atque deiiciunt*.

K k 2

9.No-

9. Notata dignissima est differentia, qua intercedit inter illos, qui magni sunt apud mundum, & alios qui tales sunt apud DEUM: In mundanorum aestimatione hi magni censentur, qui in divitiis, imperiis, delitiis, omnibusque aliis bonis temporalibus magis abundant; in cœliverò Magnatibus omnino contrarium accidit, in his namq; magni censiuntur humilitas, sui ipsius contemptus, pauperitas, & quanto in propria aestimatione se minores

esse reputant, tanto maiores sunt in oculis supremæ majestatis: *Quia respexit humilitatem ancille sua;* ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Multi sunt, qui cum Reges & Imperatores fuerint, non tanti estimantur, quanti estimarentur, si in humilitate & paupertate Christiana vixissent, dignitatibus renuntiando terrenis, & monitum adimplendo Boetii dicentis: *Non in hoc terra puncto; sed in cœlo propaganda gloria.*

Mundus lumen & agnitionem veri Dei S. Ioanni Baptiste
in acceptis referre debet.

DISCURSUS QVARTVS.

Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.

Ioan. cap. i.

I. Tim. 6.

16.

Ps. 17. 12.

Ioan. 1. 18.

Philip. 2. 7

In cap. 1.
Ioan.

Divinitas humanis oculis adeo erat abscondita, ut Scriptura sacra de DEO differens pluribus in locis testetur, quod *lucem inhabitat inaccessibilem;* Posuit tenebras latibus *lumsum. Deum nemo vidit unquam;* at vero postquam nostram mortalitatem induitus nobiscum vixit; *In similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo,* ut se tanquam promissum Redemptorem & Messiam humano generi cognoscendum præberet, haud dubie multo minus tanquam DEUS habitus ac creditus fuisset, nisi id contestatum fuisset per testimoniū omni exceptione maiorē. Quis autem ad hunc tam sublimem finem electus est? *Etolus sanctus Ioannes Baptista,* nam *Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine.* S. Bonaventura in hanc rem autoritatem adducit S. Augustini dicens: *Quia filius Dei sic erat homo, ut lateret in illo Deus missus est magnus homo, per cuius testimonium inveniretur plusquam homo.*

Enimvero si ad hoc ut testimonio alicujus integræ adhibeatur fides, necessum sit ut testimoniū in tali sit apud omnes conceptu & aestimatione, ut fide estimetur dignissimus, in hoc utique sanctus Ioannes vel maximè excedit, siquidem Evangelista subiungit: *Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine;* quasi dicere vellat, præcursor Domini radiis adeo claris resplendebat sanctitatis, ut non stella lucis prodroma, sed ipsemet videretur esse Sol iustitiae, adeoque opus fuerit, ut Spiritus sanctus mediante alterius Ioannis calamo expresse specificaret, dicendo: *Non erat ille lux.* Sanctus Thomas de Villa Nova optime notat, quod quando ad Ioannem solemnis illa destinabatur legatio, exploratura an ipse verus esset in lege promissus Messias: *Tanta erat autoritas viri, ut sibi licaret de se dicere, quicquid veller.* Verum dicat fortassis aliquis vestrum, quoniam modo sanctus Ioannes Solem indicare poterat, quando ipse vera lux non erat? Audite similitudinem, quam sanctus Bonaventura ad hujus rei intelligentiam addu-

Cone. 1. de
S. Ioan.

cit.

erit. Sicut enim inquit, monte irradiato cognoscitur, quod Sol sit ortus; ideo Iohannes sicut mons magnus prior radiatus lumen exceptit, ut oculus nostrus nuntiaret. Sanctus Athanasius illum alio gloriolo titulo insignire non dubitat, vocat enim eum Luciferum matutinum, Solis precursorum. Et haec quidem comparatio proposito nostro aptissime deserbit; sicut enim illuciente Sole, non solum omnes vulgares stellæ verum etiam illa que magni illius planetæ prodroma est, lucem suam apud nos amittit: eodem modo postquam sanctus Iohannes verum Messianum mundo innoscere fecit, ipsum verum iustitia Solem Christum digito suo demonstrando ipse excessivam opinionis & conceitus, quem de se tanquam Deo habebant, claritatem, aliquæ ex parte eclyplos deliquerum pati aut diminui nihil faciebat. Illum oporteret crescere, me autem minui. Etenim quemadmodum sapientissimus rerum omnium conditor dispositus, ne Sol subito totaliter una & eadem vice extoratur & illuceat, sed auroram clarum ejus splendorem praecedere voluit, ut visus noster ceteroquin debilis & infirmus ad claram Solis lucem contuendam disponatur & preparetur. & eodem quoque modo voluit, ut prius quam in excessiva sanctitatis M. ssæ Solem oculos nostros dfigeremus, insigne hoc lumen innocentia spiritus, & sanctitatis præcursoris sui intueremur, sicque verificaretur, quod à cœlesti oraculo pronuntiatum fuit: *In lumine tuo videbimus lumen.*

Psal. 35, 19.

2. Ut testimonium perhiberet. S. Thomas Doctor Angelicus ait: *Hoc officium Iohannis testificandi est valde magnum, quia nullus potest de aliquo testificari, nisi eo modo, quo illud participat; quod si imus, loquimur; quod vidi mus, testimoniū: unde testimonium perhibere divinae veritati indicium est cognitionis ipsius veritatis.* Hoc iupposito omnino alterendum est, fonsq[ue]um Iohannes inter omnes à DEO peculiariter electum esse, ut majorem præcunctis aliis de ea cognitionem haberet, ut potè qui lumen illud toti universo communica turus erat, ut omnes crederent per illum, adeo ut universus mundus ob notitiam veraque fidem, quam de Filio Dei habet, sanctio Iohanni magnopere obligatus existat. Unde Salmeron ait: *Testimonium Iohannis ad omnium salutem hominum pertinuit Quid profusset ve-*

nisse, si non contigisset agnoscit? Ita S. Thomas interrogat: *Quid mundo sine fide redemptio conciliasset? Paganis, iudeis, & Turcis mors Christi; Nat. Iohannes, quid confert? Filius Dei missus est, ut mundum redimat & pretium Deo redemptionis exsolvat;* Iohannes missus est, ut bac ipsa redemptio mundo innotescat; *Christus in redemptionem mittitur, Iohannes in fidem, id est, ut omnes crederent per illum.* Iam dudum verbum incarnatum Spiritus sancti opera interveniente à virgine conceptum erat, novam quandam & miraculosam stellam super stabulo emicare & scintillare fecerat, Tres orientales Reges ad eum adorandum, solvendaque tributa ē suis pocul diffitis regionibus dilasserant; Iam dudum duodenis sapientia superhumana cum Doctribus in templo, cum uniuscujusque stupore Ierooflymis disputaverat, & tamen ut idem sanctus Archiepiscopus optimè considerat. Mirares, triginta annis inter homines Deus erat, & factus homo cum hominibus versabatur, & non agnoscebat. Sed dices: Quis igitur ipsum non solum Hebraeorum synagogæ, sed & toti mundo innoscere fecit? Respondeo cum eodem Sandio: *Missus est Iohannes, ut ad tanti Sacramenti advertentiam mortalium oculos excitaret, & tantam Dei dignationem in populi proclaimaret.* Verum quidem est, quod de Apostolis scribatur: *In omnem terram exiit sonus eorum. Annuntiaverunt opera Dei, & facta ejus intellexerunt;* at vero à quonam hanc agnitionem & lumen accepserunt, præterquam à sancto praecursore? Unde sanctus Thomas merito ait: *Apostolus ergo mundi universalis Iohannes natus est, non promotus; Apostolus conditus, non electus; non in unam provinciam ut ceteri, sed in orbem maximum destinatus.* Imperscrutabile illud sanctissimæ Trinitatis mysterium, quinque millibus & an plus annis humano intellectui ut plurimum absconditum fuit, Baptista vero temporibus clare revelatum & manifestatum est, quando ut sanctus Bernardus notat: *Prima revelatio de Trinitate à creatione cœli & terre, usque ad hunc locum (nimur quando Christus baptizatus est) nunquam Trinitas manifestè apparuit hominibus.* Et tamen mysterium illud basis & primum mobile est, circa quod omnia fidei nostræ mysteria circumvolvuntur, hæ etenim tres divinæ personæ

Serm de
Priv. Iohann.

unitim S. Joanni revelata manifestat x fuere. Pater namque vocem suam audiri fecit , Spiritus sanctus in columba specie apparuit, & Filius Dei coram ipso in genua pro voluntus fuit. *Adest Ioannes totius medius Trinitatis* (inquit S. Bernardus) mox vero quare: Domine quis es iste. quia innotuisti ei cui facile respondeatur, dicendo : *Huc venit in testimonium, ut testimonium perhiceret de lumine,*

3. De Precursore suo Salvator perhibet , quod sit *Pius quam Propheta*. Porro quisquis Propheticæ dono prædictis denominatur, in Scriptura sacra pluribus in locis hoc titulo insignitur, ut *Videns* appelletur; *Quisquis igitur acutior* rem magisque syncerum oculum habet, ampliora quoque prophetæ dona habere jure dicetur, talis autem S. Joannes fuit, qui *Erat lucerna ardens & lucens. Vidi filium dei* (inquit Paulus à Palatio) *vidi spiritum descendente*, & super Christum manentem; *vidi cœlos apertos*; *audivit patris vocem. Alij fuere testes de anditu*. Audiebant aliquem Angelum in se loquenter, licet spiritu sancto essent inspirati. S. Joannes autem oculata fidei testis est. Quid amplius desideratis ? De ejus testimonio Author hic dicit: *Ioannes assertur testis à sanctissima Trinitate dicente: Super quem videris spiritum, ipse est: assertur vero testis super re omnium penitus rerum gravissima, id est, super Christi Deitate, & assertur, ut ejus testimonio tota gens Iudea credat, & assertur, ut universa hominum salus ex unius hominis ore dependeat* Quiamnam putatis causam esse, quod sancta Dei Ecclesia nullius alterius sancti Nativitatem tanta cum festivitate celebret, sicut nativitatem S. Joannis Baptiste. S. Thomas de Villa-nova ad id respondet, dicens: *Merito illius nativitas in orbe colitur, quia tantum contulit orbi, merito, ut Angelus prædictus in ejus natali, totus mundus exultat, quise de illo tam bene meritum recognoscit;* alian quoque rationem protinus subiungit dicens: *Non solum quia intersanctos natus est sanctus, sed quia ejus nativitas plus mundo conductit, quam omnium Sanctorum natalitia,* quia mundus Christi fidem ei te debere agnoscit. *Quis enim illum agnovisset, nisi ipse eum digito monstrasset, dicens: Ecce agnus dei quis Christo post torab ipso patrata miracula, post adeo prodigiosam, quam vita sua testabatur, sanctitatem ei creditisset?* Effortasse hanc ob causam faciem est, quod Ecclesia se Joanni Baptiste tantopere obligatam esse agnoscens, eundem ob

in signia in se collata merita super omnes factos, imo, ut Bernardus observat, super ipsummet S. Petrum honoraverit, primum videlicet templum Romæ ad eum honorem & gloriam erigendo, & eum sancto nomini dedicando, templum videlicet S. Ioannis in Laterano Mater & magistra omnium Ecclesiarum Ecclesia Romana, cui dictum est: *Ego pro te rogavi, ut non deficit fides tua, in honorem Ioannis Baptista post Salvatoris nomen consecrata est, & signata;* & jure quidem meritissimo ; siquidem fidem & agnitionem Dei non solum in universum mundum transfudit, verum etiam eandem sedem suam erga Christum fidelitate stabilivit. *Didacus Stella* de S. Ioanne dicit: *Christi honor in ipsis manibus fuit constitutus, idque hac ratione probat, dicit enim Christum sponsam suam id est, Ecclesiastis consignasse Petro, Matrem suam S. Ioanni Evangelistæ & Apostolo, sacratissimum corpus suum Iosepho ab Arimatæa: at honorem, qui totius humana vita pondus est, & quo nihil pretiosius & pulchrior hominibus estimatur,* Ioanni Baptiste tradidit. Honor etenim Christi in ancipiis peperdisset, si Joannes se Messiam esse responderet, indubitatum namque est, quin mundus coram eo in genua pro voluntus, eum tanquam verum Dei Filium agnoscisset, & adorasset : ipse vero per heroicum fuiusmodi contemptum se indignum esse declaravit, qui calcementorum ejus corrigias solveret, eumque toti Iudeæ, omnibusque aliis manifestavit; *Christi honor totus ab ore & responsione Ioannis pendebat.*

4. Ut testimonium perhiceret. Quis vestrum mihi causam explicabit, cur S. Ioannes in trinitate annorum spatio Salvatorem nostrum nunquam videre curavevit, tametsi adeo stricto parentele vinculo cum ipso conjunctus esset, imo licet ejus præcursor à Deo destinatus esset, attamen protestatus est, dendo: *Ego nesciebam eum,* 10.2.1.31. cum tamen, ut facile concipere possumus, tanto cum desiderio cum Christo conversari concupiverit? S. Thomas dicit: *Cum sciret Christum inter homines habitare, privavit se confortio Christi & familiaritate, & mansit in deserto, quod fuit illi magnum martyrium, acerbius omni illo rigore paenitentia.* O quomodo situebat videre Christum, alloqui, gaudere, & frui ejus presentia & colloquio, quem sciebat esse DEVM in carne. At vero cur se inestimabilibus consolationibus illis privavit, quibus ex conversatione cum Deo illo perfici poterat,

In C.18.
Matth.

Ps. 33. 19. rat, de quo scribitur : *Gustate & videte, quam suavis est Dominus ! Cur corpore tenuis adeo remotè ab eo substitut, cui spiritu adeo conjungens erat ? Abstinebat propter hoc, ne putarent homines, quod amicitia & familiaritate Christi de ipso reddebat testimonium, non veritate : Testimonium quoque pro hac re habemus Chrylostomi dicentis: Ut autem non videatur ex amicitia propter cognationem ei testimonium perhibere, quia cognatus ei secundum carnem, propterea dicit : Ego nesciebam eum.*

5. *Vt testimonium perhiberet. S. Ioannes in utero materno sanctificatus fuerat, & in gratia confirmatus erat, & consequenter securus erat se deinceps nequaquam peccaturum esse; & tamen Antra deserti teneris sub annis, civium turbas fugiens petiſi, ne levi saltu maculare vitam famine posse : at vero quænam sunt illa peccata ab eo commissa, ob quæ vitam duxit adeo rigorosam & penitentem ? Certum est enim, quod ad illum non pertinuerit debitorum nostrorum satisfactio aut exolutio, siquidem ipse net Redemptorem.*

demonstrans, dixit : *Ecce agnus DEI, ecce qui tollit peccata mundi.* Noverat (inquit sanctus Thomas de Villa-nova) peccata mundi de morte Domini, non sua paenitentia expianda, qua causa ergo tanta paenitentia ? usque sola mundi charitas, solus amor proximorum ; noverat enim illud magnum Sacramentum, quod absconditum erat inter homines, Deus homo ; Noverat quod omnis Concil. de salus & vita mundi consistebat in eo co-Nat. Iohannes, gnoscoendo; noverat se ad hoc natum & misum, ut ipsum manifestaret mundo. At vero inquires, an non expediens fuisset, si eum extra desertum constitutus generi humano annuntiasset, & praedicasset ? Santos Archiepiscopos sapienter responderet dicens : Noverat, quam difficile erat hoc credere, & quod illud rationibus non poterat persuadere, & ideo elegit vitam illam asper- rimam, ut sic persuaderet sua authoritate, & crederent ei, & mundus notitiam salutis accepere.



Eminens sancti Ioannis Baptiste sanctitas, insima cum humilitate conjuncta, summè est admiranda.

DISCURSUS QVINTVS.

Veniet fortior me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum illius. Lucæ cap. 3. v. 16.

Trita est illa sancti Bernardi de humilitate sc̄ibentis sententia, quæ ait: *Magna & rara virtus humilitatis honorata*, huc enim virtus tunc vel maximè admirationem mereatur, quando in honorum humanorumque aplausum culmine exerceatur; nam quod quis intra se aliquos humilitatis sensus experiatur, dum extra honores & obsequia est constitutus, nihil mirum est: at verò quod quis sibi non solum exterius, sed etiam & multo magis in concepu suo interno vilescat, quando mundus eum veneratur, eique applaudit, hoc verè mirandum est. Scindum est igitur, sanctum Joannem Baptistam eo præcipue tempore in hac verba prorupisse: *Non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus*, quando unicris ludra eum veluti DEUM venerabatur & adorabat. Unde Evangelista scribit: *Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus*, respondit Joannes, dicens omnibus: *Veniet fortior me*, &c. Quod quis semetipsum contemnat, humiliisque inter abdita ferarum latibula se abscondendo, inter ulmos & fagos veluti si scorpionum socius esset, in sylvis conversando, quid mirum? At vero à Palestina Metropoli expeditam ad se à Pontificibus & synagogæ principibus solemnum spectare legationem, quæ ipsum tanquam Altissimi Filium veneretur & agnoscat, & tunc se in humilitatis cujusdam adeo insimile abyssum demittere, hoc vere portentum est tale, ut sancti Augustini

linguam in his temporis plena verba relaxet: *Nullum tantum meritum habuit Joannes*. *Tradit. 4. in quam de hac humilitate, quod cum posset repudari Christus, confessus est aperte se non esse Christum*. Et quidem hæc tamque egregii & circumspiciendi Ecclesiæ Doctoris sententia valde est considerabilis, nec minus intellectui difficilis, nam si Joannis vitam bene examinemus, inveniemus utique omnia Magni Baptiste merita multa esse, eaque valde stupenda & transcendentia; qua igitur ratione verum esse poterit, quod sanctus hic Doctor dicit: *Nullum tantum meritum habuit Joannes*. *quam de hac humilitate?* Repletus est Spiritu sancto adhuc ex utero matris sua; ubi sanctus Ambrosius ait: *Cui spiritus infunditur, magnarum in eo est plenitudo virtutum*. Angelus quoque in annuntiatione sua prius prædicterat: *Eritis magnus coram Domino*, circa que verba Cartthusianus ait: *Magnus magnitudine gratia, sapientia, virtutis coram Domino*, id est, verè. De Joanne similiter scribitur: *Ecce ego mitto Angelum meum, qui duxit vitam Angelicam*, ut inquit Lyranus. Præterea quanam censendus non est sibi comparasse merita, quando *Antra deserti teneris sub annis petiti*, ne levissatem maculare vitam famine posset, quando in iildem deserti antris per totum vitæ suæ cursus asperissimo cilicio vestitus, in perpetuo live continuo, nec unquam intermissio jejunio constantissime demoratus fuit, adeo ut ipsamet aeterna veritas dixerit: *Venit Joannes Matth. 13. non manducans, neque bibens?* Qualia sibi comparasse censendus est merita, quando turbis ad ipsum in deserto confluentibus tot annis ferventissime prædicavit, tot animas erra-

erabundas revocando ad penitentiam, transmutando corvos in columbas, viperas in turtes, è durissimis cordium illorum scilicibus aquam elicendo compunctionis, alium quendam in divini honoris zelo Eliam lese probando & exhibendo, denique efficiendo ut evidens omnibus fieret se non volubilem quandam esse aruadinem, à quovis levi tentationis vento agitataam, sed potius stabilem esse Libani cedrum? Quantus sibi meritus est, dum universum mundum, ut supra diximus, ad veri Dei agitatem perduxerit, hinc eum verbis indicando: *Ecclesie Agnus Dei*, innumeris hominibus Baptismum suum, figuram videlicet & dispositionem ad Christi baptismum, conferendo, semetipsum in castitatis victimam sacrificando. Herodi denique præciso etiam capite sacrilegum incestum suum improverando: *Fuit plusquam Propheta*, inquit Salomon. *Apostolus Apostolorum, Martyr, Doctor, Confessor, Eremita*. Quā igitur ratione S. Augustinus de Joanne in tam insignium virtutum ac meritorū culmine constituto assertore potuit: *Nullum magis meritum habuit Iohannes, quam de hac humilitate?* Et tamen verissima est illa fanta Augustini sententia; & quidem pro illius facilitati intelligentia diligenter ponderandum est, quam excellens quid sit, quod quispiam tanquam Filius Dei estimetur, veneretur & adoretur, & tamen indignum se esse dicat, qui talis viri calceamentum resolvat & exuat, qui licet verus D E U S & promissus in lege Messias esset, & tanquam talis à Joanne agnoscetur, & adoraretur, apud alios tamen nomen obtinerat hominis seditionis, & deceptoris, Samaritani. Demoniaci, imo ut uno verbo edicam opprobrium hominum & abjectio plebis. Prothopatenoster in felicissimo innocentiae statu, ornatissima justitiae Originalis Chlamide induitus, mirisque donorum & celestium gratiarum thesauro loquaciter: *Ministrasti eum paulo minus ab Angelis gloria & honore coronasti eum*, dum ab animali quodam licet tortuoso & fraudulento dici audiret: *Eritis sicut Dei*, in obedientia & fidelitate Creatoris sui, licet hunc paulo ante adeo erga se beneficium expertus fuisset, solide & constanter consistere nequivit. Lucifer quoque pulcherrimus ille cœli Em-

Mansi Sanctorum Tom. II.

prei Angelus in abyssum precipitatus fuit, & quod altiora ambiens, æqualitatem & similitudinem cum Doo usurpare præsumperit: *Ego similis altissimo*. Ecce igitur tibi Joannem Baptistam, elegantissimo Paradisi Angelo, & primo hominæ licet in statu innocentiae constituto, & justitiae originalis paludamento contexto longè superiorem; qui cum in æximatione & veneratione mundi ipsomet Dei filio superior esse posset, humiliavit se, & ad infimum contemptus suipius gradum se demisit, dicens: *Ego vox clamantis in deserto*, *Non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus*. Etenim Eremi incolam esse, rudissimo vestri cilicio, tantum suam non nisi locustarum & mellis sylvestris esu compescere, austertates quidem sunt, que Corpus & portamento ejus inferiorem macerant; at vero contemnere hoc, quod est Dei loco adorari, hoc est, quod superbia & ambitionis spiritus, qui huic naturæ nostræ corruptæ à primis ejus natalibus per ly Dominae, ut ita dicam, fuerunt congeniti, vel maximè reprimit. Unde Hildebertus ait: *Superbia natione caelestis sublimes appetit mentes*, & velut ad proprios revolans orruis in gloriam & puritatem irruptit hominum, que agloria & puritate irruptit Angelorum. Quanto arbores sunt altiores, & in loco eminentiori plantatae, tanto tortius impetuunt à ventis id quod arboribus in vallibus seu in planicie plantatis non ita accidit: Porro Baptista cedrus quædam erat ex sublimioribus, qua fuit in Lybanos. Inter natos mulierum non surrexit major; & tamen summè mirandum est, quam solidus, constans, & immobilis semper persistens: *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* in profundissimo contemptu surius centro, humilitatis sui radices profundissime demiserat, ac proinde quid mirum si venti quantumvis vehementissimi gloria & fastus humani eum in calsum & frustra afflarent? Sanctus Augustinus pulchre considerat S. Joannem à primo homine didicisse, qualiter se fortiter & solidè in peccatis conservare posset: *Putavi Christus potuisse, & noluisse dixerunt homines, cum fallerentur in eo, num forte hic est Christus?* respondit ille, quod non erat, ut remaneret, quod erat: inde quippe Adam lapsus perdidit, quod erat, quia

*Sermo 22.
de Sanctis*

L

quod

quod non erat, usque parvus, recolebat hoc ille magnus, sed in parvo Christo minimus.

2. Non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus. S. Bernardus de humilitatis doctibus tractans ita nos monet: Humilitas virtus habet hac tria: superiori subdi, aequali non preferri, minori potius subdi quam preferri. Per omnia haec munia S. Joannes humilitatis partes est executus. Primo enim Christo superiori suo se subjecit, dicendo: Non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus. Secundo etiam sibi aequalibus se submisit; cum enim ipse met Christus dixisset. Ipse est Elias, qui venturus est; ipse te talem esse negavit, dicens: Elias non sum, quin potius repercutsum aeris sonum seu Echo se esse dixit: Ego vox clamantis. Tertio denique Prophetis se inferioribus subjecit, cum enim a Christo diuus legatur: Plusquam Propheta; ipse nihilominus econtra protestatus est, dicendo: Propheta non sum. Enimvero si ita est, prout quotidiana nos edocer experientia, quod aqua ad eundem usque limitem sursum ascendat, à quo descendere cœpit deorsum, quid mirum, si

Serm. 2. de
Nat. Ioan.
Matth. II.
14.

Joannes adeo fuerit exaltatus? Omnis qui se humiliat, exaltabitur, ergo qui se magis humiliat (inquit S. Bonaventura) magis exaltabitur; & qui maximè, maximè, sed B. Ioannes summè humili fuit, vilia maximè de se sensi, vilia de se predicavit, vilia de se querentibus respondit; tandem verò idem Seraphicus concludit: Ergo quia sic in summo humili fuit, summè exaltari promeruit. Guerricus Abbas notat Angelum

Serm. 3. de hæc verba prædixisse: Erit enim magnus coram Nat. Ioan. Domino; illa magnitudo Ioannis fuit, quia inter magnos tam magnus excrévit: quia videlicet virtutes suas magnas & innatas quibus nullus mortalium secundus fuit, maxima omnium virtutum humilitate cunctulavit. Triumfissima sunt illa S. Augustini verba: Magnus esse vi: à minimo incipit cogitas magnam fabricum construere? de fundamento prius cogita humilitatis. Quantum te spirituale hoc Joannis ædificium cœlum versus exerxit, ex illis aeterna veritatis verbis colligere licebit: Inter natos mulierum non surrexit major. Unde per necessariam consequentiā dicendum est, in nemine hominum majus fuisse fundamentum humilitatis, idque vel maxime quoniam ædificium hoc inflaret veritate teste adeo fuit solidum, constans, & stabile. S. Petrus Damianus postquam in Joanne obseruasset, nullum ventum, immo nullum flatum vel halitum vanitatis, hanc adeo per spiculam & claram cry-

stallum aliquo saltem modo obfuscare posuisse, mox interrogat: Quis est quem vel ventosa felicitate, vel adverstas turbida, vel cuiuslibet peccati aura tensor non inflexit? Ad extremum subinfertur, quo à terram excedat, transeat cœlum, ipsumque verticem angelica dignitatis contingat. Internatos mulierum non surrexit major Ioanne Baptista. Quid vis amplius? Serm. 85. Chrysologus de sanctitatis & perfectionis ejus eminentia ita argumentauit: Qui coram Deo magnus est, quantum sit peses homines, quis probabit; ac tandem ipsum denominat sanctitatis exemplum, vero valde parum dixit in comparatione ejus quod de illo, dum de genitoribus ejus à tot annorum spatio sterilibus ita scriptum reliquit: In illis parabatur, unde tota sanctitas nascetur, ac proinde cum Deus illum adeo in sanctitate eminentem reddiderit, iustum erat, ut eum quoque ad eandem propositiorem faceret humilem. Quanto magnus es, humilia te. Scriptor quidam modernus historiam quandam recente proposito nostro convenientissimam. Cum enim Placidus itamensæ magnitudinis statuam quandam sculpsisset, quæ sedens capite suo supremam domus contignationem contingebat, à nonnominis artis pictoria imperito censore reprehensus fuit, de commissari in arte sua errore, eo quod status hæc si in fuos se pedes erigeret, domus rectum utique penetratura esset; prudens vero sculptor protinus respondit, se statu istam ex data opera & studio ex materia gravi & ponderosa fabricasse, ad hoc ut se nunquam erigeret, led continuo sedens manet. Quam historiam S. Joanni per omnia facile adaptare licet, dicendo, quod tametsi supremus gratiae artifex, ingens hoc sanctitatis simulachrum in tam eminenti magnitudine fabricaverit, huic tametam excessiva magnitudini, quæ capite cœlum tangere poterat: inter natos mulierum non surrexit major; Ecce ego mitto Angelum meum, pondus quoque adjecterit profundissimæ humilitatis, per quam se altera ex parte adeo humiliabat, adeoque de se submissæ sentiebat, ut dicceret: Non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus. Guerricus Abbas pulchram Nat. Ioan. redat rationem, cui Christus hunc præcursorum suum tam præclaris laudum nec mis in cœlum usque extollere non dubitarit; vimurum quia probè sibi perspectam habebat humilitatem ejus, ideoque sibi merendum non erat, quod ex pronuntiatis ejus laudios inaniter esset efferendus; Deus neminem facilelandat, quom

Serm. 85.

Serm. 86.

Serm. 89.

Ecclesiast. 20.

Serm.
Nat.
Bapt.

Unde posse inflari videat: Ex ipiusmet Christi, siveque sanctissima matris praelentia in utero materno sanctificatus fuit, quod privilegium hic praecursor stricte, quia inter Christum & se intercedebat, parente attribuere potuisset, quod tamen minimè fecit, non enim se Christi nepotem, sed humilem servum ab ipsa sua concepcione exprestè denominat, dicens: Formans me ex utero servum suum sibi. Data quoque ei fuit Eliæ & Prophetæ nomenclatura: Elius es tu? Prophetæ es tu? ipse autem responderet: Non sum, non sum; Ego vox clamantis in deserto. Adhuc sublimissima Messia dignitas ei oblata fuit, quam ille protinus respuit, dicēs: Non sum dignus sol-

Serm.3.de vere, &c. Ubi Guerricus Abbas ait: Nobis non Nat. Iohann. solum miranda, sed & imitanda proponitur

Bapt. virtus humilitatis ejus, qua major se credi cum potuit, noluit; immo credentes, ne errarent, quantum valuit, compescuit. Denique ipse inter cunctos viventes unicus & solus electus fuit, qui Christum baptizaturus manus lusae ejus sacramissimo vertici imponeret, & tamen ipse se reputabat indignum, qui ad solvenda ejus calceamenta manus suas extenderet; adeoque quanto major erat, humiliabat se in omnibus.

3. Alterum humilitatis ejus punctum
a nobis imitandum, est quod licet confir-

matus esset in gratia; ipse tamen salutem cum metu & tremore operari non intermisserit. Unde Dionysius Carthusianus ait: Occasione peccati perfectissime evitavitis: quia nec sanctitate parentum, nec plenitudine gratias sibi collata, nec promissis Angelicis & divinis contentus, mox ut infante annos egressus est, preparavit ad erorum.

4. Est & illud quoddam documentum, quod ab heroico sui ipius contemptu à Joanne laudabiliter exercito pariter addiscere possumus. Ipse namq; nihil æquè desiderabar, quam ut cum diminutione glorie sue, suorumque honorum præjudicio Christi cultus & veneratio egregiis incrementis augeretur: Illam oportet crescere, me vero minui. Nos verius DEUM & proximos nostros oratione contraria modo nos gerimus, siquidem nos cum diminutione & gloriæ & honoris Dei, in conceptu & opinione mundi hujus crescere satagimus, quot enim modis, quot scandalis DEUM offendere non erubescimus, ut fines nostros alioquin valeamus? Quanto Serm.8.
salubrius (inquit Guerricus Abbas) imitarentur humilitatem Iohannis, qui detrahebat sibi, ut adderet aliud; qui contendebat mi-

*non credi, ut aliis inciperet apparere,
quod non pertinet.*



Analogiæ & Paralleli inter Christum & S. Ioannem Ba-
ptistam.

DISCURSUS SEXTVS.

*Quem dicunt homines esse filium hominis? at illi dixe-
runt; alii Ioannem Baptistam. Matthæi cap. 16.*

Nota est omnibus illa à Salvatore discipulis tuis proposita quæstio, quænam aut qualis ipse hominibus esse videretur? *Quem dicunt homines esse filium hominis?* At primo quidem loco veluti quod in communione & per vulgationem opinione positum esset, respondum fuit, alii quo ipsum existimare esse Ioannem Baptistam. Et revera hic conceptus sive opinio non vulgariter tantum sed & sapientiorum quoque mentibus adeo firmiter impressa erat, ut tam Ioannes ipse metuere, quam Christus Dominus discipulos & schola S. Præcursoris ad hunc errorem deponendum summa cum difficultate promovere potuerint. Hanc questionem (*quem dicunt homines esse filium hominis?*) Redemptor noster Collego Apostolico eo præcepue tempore proposuit, quando jam pridem multa patraverat miracula, quando jam cœcis lumen, surdis auditum, mutis loquela, defundens vitam prodigiosè restituerat: Sanctius verò Ioannes altera ex parte nulla etiamnum miracula operatus fuerat, ac proinde merito hic quis dubitare posset, quomodo etiam sapientes permoveri potuerint, ut Ioannem filium Dei crederent, cum de venturo Messia Ieray ipsum miraculis celebrem futurum esse prædixerit? Et tamen S. Ioannes apud Pharisæos, scribas, legi Doctores, Sacerdotes, Pontifices, & omnes alios in taliteras sanctitatis opinione, ut Christus ad hoc ut Petro dicent: *Tu es Christus filius Dei vivi;* fides adhiberetur, necessarium esse duxerit subiungens *Caro & sanguis* non revelavit tibi, sed Pater mens qui in calice est Tantus erat Ioannes (inquit Paulus de Palatio) ut plaus creditus esset Messias, & ut Messias esset suscepimus, si se ille Messianus fingere voluisse, Christum homines difficulter pro filio Dei agnoscere potuerunt, Ioanni etiam nolenti ab eisdem offertur. Ad hanc similitudinem quæ Christum & Ioannem intercessit, iacta erat, ut postquam Christus Ioannem adeo ministræ laudasset, ad hoc ut Baptista non existimaretur esse Messias, opus esse censeret proclamari, le majorem esse Ioanne. Periculum enim erat, ne orbis crederet Ioannem esse Christo aut majorem, aut non certè minorum. Dicat autem fortasse aliquis quænati causa sit, quod cum Christus præcurserem tuum suprad omne modum honorare voluerit, illum nihilominus dono miraculorum nequaquam dotaverit? *Ioannes nullum signum fecit.* Salmeron respondet: Si signa edidisset, magis de Christo dubitassent, & majorem procul dubio refutandi Iesum & Ioannem in Messiam accipiendem habuissent occasionem littorū. Et tamen licet miraculorum idendorum avidissimi essent, adeo ut Salvator noster eos reprehenderit, dicens: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis,* at tamen ut S. præcursor, licet ne quidem per umbram illa ab eo patraverit miracula, velut verum DEI filium adorare, promptissimi erant. Adeo tandem Ioannes & Redemptor noster inter se conformes erant, ut vel ipsem infernalis coluber cum omnis astutia & caliditate sua, utebatur suorum sanctior & velut expectatus Messias adorandus esset, dignoscere haud potuerit; Cum utroque enim singulare certamen inire

In c. IV.
Matth.

Io. 4. 47.

non dubitavit, hoc tamen observato discrimine, quod Christus si ipsum superplex adoraret, omnia universa terrae regna & imperia obtulerit, dicens: *Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me*, quod utique nunquam fecisset, si cum verum esse creditisset Dei filium, quid enim stultus, quam id quod Dei filio proprium est, eidem offerre? *Domi*nus est terra & plenitudo ejus, orbis terrarum & universi qui habitant in eo; Imo quid insipientes, quam ea illi promittere, qui omnes ad regnum terrae nonnullum contemptum invitauit, ut coeleste regnum libi acquirant? Unde S Remigius ait: *Miranda etiam Diaboli Dementia*. Illi promitterebat dare regna terrena, qui suis fidelioum dat regna caelestia, & gloriam mundi, & qui est caelestis gloria Dominus. Enimvero Baptista promissum esse Messiam certiori sibi habebat opinione impresum, liquide magno Hebraeorum Concilio, ut follementum illam ad eum legationem awandarent, firmiter persuasit, vel ut ex ipso an verus Messias esset, perspicuus intelligerent, vel etram in calo quo is ille non esset, ipsum tamem per arrogantiae praecipitiae de turbarent, idque non jam terrenorum regnorum, sed quod augustinus est, ipsiusmet Divinitatis in ipso agnoscendae spoustone, neque ab ipso petit adorari, qui potius ut adorationes soli Deo convenientes adoraret, totis viribus contenit.

2. Præterea tanta talisque Christum in ter & præcuriore suum conformitas fuit, ut sicut nonnulli obliterarunt, eternus Pater Spiritus sanctum super eum, ut Salvatoris data opera in columba specie, Joanne ipsum baptizante via subtiliter submittente voluerint, ut hac ratione quiam filius iphus esset in conspectu omnium altantium perspicue indicaret; unde vox de cælo retinans, dicebat: *Hic est filius meus dilectus, ille nimirum, super cuius vertice columbam requiescere cernit*: *Vidit spiritum Dei descendenter, & venientem super se*, & ecce vox de cælo dicens: *Hic est filius meus dilectus, id quod tunc tanto ambius requiri videbatur*, quantes major erat existimandi, octauo sanctum Ioannem in illa functione, quæ circa Christum fungebatur esse Christo superiori, utpote qui ad pedes Ioannis genuflexus batebat; Imo ipsum sacerdotes & Hebreus Pontifices eam de Ioanne habebant opinionem, ut Chrysostomus diebat: *Indignum existimat*

bant subiectum Christo propter multa, que Ioannis claritatem demonstrabantur. Sanctus Ioannes Apostolus qui aquilinos oculos suos in inaccessibilem illam divine essentia lucem desigere confuerat, postquam in ipsum justitiae solem Christum oculorum tuorum aciem direxisset, eodem deinceps immobilitate in sanctum Ioannem declinavit. Unde Didacus Stella ait: *Postquam mysteria divinitatis originem & nativitatem verbi pertransiisse*, ad humanam res descendens, prior, in qua gradum sibi, fuit Ioannes Baptista, tanquam in sublimiori vertice, & cacumine totius mundi. *Eius homo missus à Deo*, inquit Iustus Ioannes de Baptista, ut praecaveret, ne ipsum alium quedam *Dicitu*r Uniuersitatis Modestus, hinc aliam quandom laudissimam Triumatis personam esse crederemus, quin potius cum suspicemus, velet in quo plus divinitati quam humana eluceferet, quicque proinde celitus, ut ita dicam, dilapsus esset; unde postquam dixit: *Fuit homo, protinus subiunxit, missus à Deo*; Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine Baptista non contendis, nec certameris initum aliquo sanctorum (inquit idem Stella) nam homines juam sanctitatem videntes non cum alio quam cum Filio Dei illum conferunt. Sic ut Ioanne scribitur: *Huc venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine*, ita quoque de Christus patitur declarat, dicens: *Ad hoc veni, & ad hoc natus sum, ut testimonium perhibeam eritati*. Unde S. Thomas ait: *I.C.S. 107. Est magnum officium Ioannis, & ex participacione dei in luminu, & ex similitudine ad Christum, qui hoc officio usus fuit*.

3. *Ex similitudine ad Christum Quæ de te Conc. 3. do* sanctus Thomas à Villa Nova ita scribit: *Cogit. Nat. Ioannæ ta nunc si potes, hujus hominis dignitatem*; *Pi* *Bapti* *lius Dei mutuus ad salutem, Ioannes ad fidem;* *Filius Dei ut operetus salutem in medio terra,* *Ioannes ut illa salus à tota terra credatur*; *Filius Dei ad mundi vitam, Ioannes ad mun-* *dus pientiam; Filius Dei ut vivificet, Ioan-* *nnes ut illuminet, ut omnes, inquit, crederent per illum. Dionybus Cartulianus de utra- Serm. 4. da que hac conformatitate ita dicit: *Mente S. Ioanno erant simillimi, carne quoque propinquus*, & *se invicem limpide cognoscentes etiam nondum ex utero nati materno. Malachias postquam de sancto Ioanne tanquam præcursoro**

Cap. 3. sub Epitheto Angeli mentionem fecisset dicens:
Ecce ego mitto Angelum meum, mox quoque
Christi mentionem subinfert, eumque pariter
eodemmet Angeli epitheto condecorat, dicens:
Hom. i. de Statim venier Angelus Testamenti. Eusebius
S. Ioan.

Em. Irenius alias inluper inter utrumque Analogias considerat, dum ita scribit: Ioannes nascitur
de Patre sene, Christus ex matre mundi se-
nescens etate, etate inquam illa, qua erat fide
& operibus infecunda; Ioannes venit desperata
generatione per sterilem, & Christus natura ob-
stupescente per virginem; ille salutem predicas
vit, hic contulit, ille baptizavit in paenitenti-
am, iste generavit in gratiam; adhuc Salvato-
ris nativitas à multis fuit Propheticæ vaticinæ,
sancti quoque præcursoris nativitas ab iisdem
pariter prophetata fuit; mimurum per Jeremiam
cap. i. Prius quam te formarem in utero novi-
te, Per Isaiam cap. 49 De ventre matris mea recordatus est nominis mei; Per Malachiam dicen-
tem Ecce ego mitto Angelum meum, Gabriel
Archangelus de celo misus. Matræ apparuit,
ut verbi incarnationem annuntiaret: de lanço
Joanne autem inquit S. Petrus Damiani: Sal-

Serm. 1. de Nat. Joan. va reverentia Redemptoris, quia non deroga-
mus Regi, si Regis militem honoramus, digniori
præmonstratione Ioannes nuntiatur, quoniam
Christus: Hic enim in privato quodam concla-
vi virginis annuntiatus fuit, Sanctus Ioannes au-
tem in templo, ante laeta sanctorum in die so-
lemni annuntiari meruit; Unde S. Bernardus ait:
Serm. 1. de priv. S. Joan. Ioannes ab eodem Archangelo in loco digniori,
tempore sanctiori, aperiò miraculo prædicatur.

4. Ex similitudine ad Christum. Salvatoris
nostræ nomen cœlitus delatum fuit, antequam in
utero virginis conceptus esset. Et vocatum est
nomen ejus Iesus, quod vocatum fuerat ab An-
gelo, prius quam in utero conciperetur: Baptiste
quoque nomen ab eodem Archangelo annuntia-
tum fuit, quando S. Zacharia ejus nativitatem
predixit: Vocabis nomen ejus Ioannem, Debuit
præcursor (inquit S. Ambrosius) & prævius
Christi aliquid simile habere nativitati Do-
mini Salvatoris. Præterea sicut Christus na-
tus est ex virginie, ita quoque præcursor à pa-
rentibus nascitur sterilibus in decrepita ætate;
Neque id sine mysterio factum fuisse credendum
est, cum enim Ioannes antiqui testamenti termi-
nus esset, Christus vero novi testamenti esset ex-
ordium, æquum erat ut ille ex vetula, hic verè
ex teneræ ætatis nascetur juvencula. Potro-

multorum haçenus fuit opinio verbi, incarna-
tionem per Virginis Deiparæ orationes acce-
leratam fuisse, hanc quoque miraculosam pro-
blem amborum parentum S. Ioannis orationes
cœlicus impetravit: Exaudita est deprecatio
tua. & uxor sua pariet tibi Filium. Item sicut
partus virginis, qui Filius Dei erat Divina poti-
us gratia quam humanae nature opus fuit. Spir-
itus sanctus superveniet in te, & virtus altissimæ
obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te
sanctum uobis filius Dei: ita quoque Elisa-
betha Filius naturaliter conceputus tanta fuit
gratia locupletans, ut sanctus Ambrosius di-
cat: Concepit Ioannem non natura, sed gratia,
indeque hanc deducit consequentiam: Ne serm. 2.
ceceras sanctum nasci filium, qui non tam
complexibus, quam orationibus gigneretur.
Aureus quoque sancti Ravennatum Archig-
piscopi calamus hunc in modum de eo scri-
bit: Euangelista virtutes patris, matrisque de-
scribit, ut ex generatorum & santis meritis do-
gitur germinis nosceretur, & probaretur ma-
jor homine, qui in ortu suo excedebat legem na-
tivitatis humanae.

5. Ex similitudine ad Christum. Idemmet
Archangelus de S. Ioanne prædixit: Erit magnus
coram Domino, qui de Salvatore Mariæ prædi-
xerat: Hic erit magnus, & Filius altissimi voca-
bitur; deque eodem Præcursor Pater quoque
ejus prophetaverat: Et tu puer Propheta altissi-
mi vocaberis. Virgo Deipara sive ab Angeli ap-
paritione, sive ob verba ejusdem turbata fuit:
De Zacharia quoque dicitur: Turbatus est vi-
dens & timor irruit super eum. Virgo Ange-
lam interrogavit: Quomodo fiet istud? Zacharias
quoque ab Angelo quæsivit: Vnde hoc sciam? E
Virginis respondit fuit: Ne timeas Maria, in-
venisti enim gratiam apud Deum: Zacharie
quoque promissus est filius, qui appellandus
erat Ioannes, quod idem est, quod Domini
gratia. Præterea sicut Maria dictum fuit: Spi-
ritus sanctus superveniet in te: ita quoque de
Elisabethe dicitur: Repleta est Spiritu sancto
Elisabeth, deque ejus partu Angelus prædixit:
Spiritus sancto replebitur adhuc ex utero matris
sue. De Christo sanctus Gabriel ait: Regnabit
in domo Iacob: de sancto Ioanne vero scribitur:
A diebus Ioannis Baptista regnum cœlorum
vix patitur. Beatissimæ Virginis dictum fuit:
Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius
DEI; atque à Spiritu sancto diu ante dictu-
fuerat: In splendoribus sanctorum ex utero an-
te in-

Serm. cito te luciferum gensi te. De nostro autem hoc
infante sanctus Bernardus scribit. In hac die
natus est sanctorum splendor. De Christo pro-
phetatum fuit: Fœmina circumdabit virum,
eo quod à primo instanti conceptionis sua per-
feciissimo prædictus fuerit usus rationis; De fan-
do Ioanne è materno utero prodeunte canit
sancta mater Ecclesia; Elisabeth. Zacharia mag-
num virum genuit. Ioannem Baptistam præ-
cursorum Domini; Et si credibile fatis ei, dum
a thuc in vi. cibis matris reclusus delitelceret,
acceleratum fuisse usum rationis, siquidem ad primam Christi ejusque prægnantis
matris sibi propinquorem præsentiam ex-
ultavit in utero. In Nativitate Filii DEI ga-
visti sunt Angeli pariter & Pastores; Herodes
verò anxietate plenus visus est turbari. Tur-
batus est Herodes, & omnis Ierosolyma cum illo.
Non vero idem ac cedit in nativitate ho-
dierni, quin potius adimplita fuit illa ab Ar-
changelo facta promissio: Erit gaudium tibi &
exultatio, & multi in nativitate ejus gaude-
bunt.

Ez. similitudine ad Christum. Filius Dei
vox in scriptura denominatur: Ego ex ore al-
tissimi prodivi. Vox quoque denominatur
Ez. 24.1. sanctus Ioannes: Ego vox clamantis. unde bene
ait author operis imperfecti: Quanto vox
proximior est verbo, non tamē verbum: tanto

Ioannes proximior est Christo, non tamē Christus. Sanctus Ioannes à Christo lucerna appellatur. Ille erat lucerna; De ipso autem in Matth. 27. Evangelicus Propheta prædictus: Propter Syon non rachebo, & propter Ierusalem non quiescam donec egreditur ut splendor justus ejus ut lampas accendatur. Messias & Salvator noster Evangelistas eosque à Spiritu sancto inspiratos, gestorum suorum habuit Chronistas: idemque Spiritus, idemque Evangelistarum calami laudem quoque & vitam reconsuere Ioannis. Christus multos discipulos habuit. S. Ioannes vero non solum quoque multos habuit, sed etiam ex suis multis Christo submisit. Idem quoque habuere ambo prædicatiois sue exordium: Perseverantiam agite. S. Ioannes Baptismum instituit, talentum vero qui ad Christi Baptismum dispositio esset, quens etiam baptismatis unda tinxit. S. Ioannes in desertum quoddam se procul ab hominibus subduxit, non manducans, neque bibens: Christus quoque per quadraginta dies & noctes in deserto sine cibo & potu perseveravit. Unde merito concludere possumus, quod si Christo hæc proponeretur interrogatio: Domine quis similis tibi? sine ulla hæfitatione re-
spondere possit: Ioannes Baptista.

Ez similitudine ad Christum.



De mysteriis ob quæ S. Ioannes Baptista se vocem appellavit, deque prædicationis ejus efficacia ex quo præcipue exorta, quod verbis semper unire contenderit opera; ac demum de admirabili ipsius in semetipsum austeritate & benignitate in alios.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Ego vox clamantis in deserto.

S. Ambrosius eminentem Magni Bptistæ sanctitatem considerans, eandem devoto quodam silentio venerandam potius quam exponendam esse censet, qui iem; at vero mox se reficiens, quod vel solum Baptiste nomen ea virtute polleat, quod linguis etiam mutas resolvens disertas esse faciat, prout Patri suo Zachariæ accidit, nostras quoque linguis eloquentes futuras esse confidit, eo ipso quo te ad ejus laudes enunriandas confeceant, qui vox quædam esse perhibetur: *Quis igitur vocem laudes, & taceat?* Cui sanctus Petrus Damianus contentit, dum ait: *Quis taceat in nativitate vocis?* Et Beda: *N*on enim Patrem in laudibus silere decebat, qui verbi precone sibi nato gaudebat.

Lucas 1. *Ego vox* Sanctus Zacharias signum aliquod ab Angelo expetuit, unde vera esse verba illa conjicere posset, quibus sibi promitebat nasciturum esse filium: *Vnde hoc sciens?* *Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.* Et ecce mox ei intimatum fuit, *Ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem, quo huc fiant.* Quoniam autem mysterio id ipsum factum fuisse existimatis? Sanctus Augustinus

Hom. 4. *a*n*t*Merito obmutuit Zacharias, quouique vox nascetur.*** Origenes ait: *Amittit vocem Zacharias, sument es malcente voce.* De S. Elizabeth matre ejus scriptura dicit, quod repleta est spiritu sancto, & exclamavit voce magna. Cur autem voce elatione exclamarit, S. Bonaventura optimè exponit, dicit: *Magnitudo namque vocis signum est magne affectionis:* quia voces sunt nota passionum, ideo voce ma-*

gnata clamabat, quia illum continebat in utero, qui erat vox verbi. *Enimvero sanctus Joannes a scribis & sacerdotibus interrogatus quis esset, multifarum respondere potuisset, optimè enim ad sui submissionem dicere potuisset:* *Ego autem sum verius & non homo,* vel alia similes humilitatem redolentia responsa edere potuisset, cur igitur ita præcisè respondere voluit: *Ego vox clamantis!* Sanctus Thomas de Villa-Nova ait: *Quarentibus quis esset nihil aliud respondit de seipso, quam vox sum in deserto clamantis: vox verbum proditur: quia ergo verbum Dei gentibus prodere venerat, vocem se esse rationabiliter afferebat; quantus hic est, qui illius est vox, cuius verbum Christus est?* Notandum vero quod non dixerit: *Ego sum vox clama*ns*, sed clama*tis*,* quia vox erat Christi. Nescio profecto num aliquando observaveritis æternum Patrem supra Jordaniem de Salvatore nostro dixisse: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui;* In monte vero Thabor adjunxit ipsum audite; Possit iste differentia hujus reddere rationem? Nimurum ratio erat; *Quia S. Ioannes Baptistæ vox Christi erat;* unde quia hæc juxta Iordanem personaliter prælens aderat, Pater æternus filium suum auditum vel auscultari nequam jussit, eo quod hic juxta Iordanem per os præcursoris sui loqueretur; non vero in monte Thabor, ubi Ioannes præfens non aderat.

Lucas 9. 9. *3. Vox clamantis in deserto.* Cœlesti in Davide relonus oraculum de Messia venturo prædictum: *Dabit vocis sua vocem virtutis;* Ps. 67. 34: quæ verba de Magno Baptista aptissime intelliguntur, hic enim vox Christi erat, cui tanta communicata fuit gratia, ut S. Thomas de Nat. Iohann.

eo ita scribit: *Quos non igitur ad se traheret, qui etiam viperas traxit?* Ipse etiam Herodes qui crudelitate & nequitia omnes nequissimos superabat, eum libenter audiebat. Et eo auditio multa faciebat; cedebat omnis nequitia Ioanni, & tanti homini autoritati nulla poterat obviare duritia. Prædicante Salvatore nostro, S. Petrus jure merito ei dicebat: *Verba vita aeterna habes;* longo quoque tempore hi qui ut ipsum caperent, omnis generis ei struebant infidias, ab admirabili facundia ipsius actioni stabant, & quasi obriguerent, movere se non poterant, quia Nunquam sic locutus est homo; nec mirum, quia verba ejus miraculis semper & ubique conjuncta erant; & tamen prædicatio magni Baptiste adeo auditorum animis grata erat, ut non tam ad eum videndum, quam ad audiendum ipsum integræ ut ita dicam, civitates cum incolis à sedibus suis divulgæ ad deserta, ut eum audirent, magno cum desiderio se transtulerint. Unde S. Nilus ait: *In solitudine versabatur, & civitates ipsa cum hominibus ad eum consuebant.* Posuit os meum (inquit sanctus præcursor Domini) quasi gladium acutum. Quis est, qui verbum Dei gladio assimilari ignoret? Didacus Stella ait: *Verba ejus Spiritu sancto erant plena, & hominum corda penetrabant, ita ut ea renovaret, & sanctitatis institutionibus componeret.* Vix etiam natus in solitudinem quandam se subduxit, ubi multo tempore omnibus penitus incognitus delituit, quæ causa fuit, cur adeò curiosè ab eo exquisiverint: *Tu quis es?* & tamen nativitas ejus adeò facta est famosa & celebris, ut non Palestinam duntaxat, sed & universum mundum lætificaret; idque nifallor ea præcipue de causa factum est, ut nobis insinuaretur, quod si is cui prædicandi munus incumbit, in auditorum animabus fructum producere desiderat, ea ratione vivere necessario debeat, ut sucs reliquat auditores ambiguos, an non Angelus potius sit quam homo, spiritus potius quam corpus. Rupertus Abbas hac de re ita scribit: *Et hoc maximè illius reverentiam augebat, quia veniebat ignotus, quia cum hominibus non fuerat conversatio ejus.* Unde per Malachiam prædictum de eo fuit: *Ecce ego mitto Angelum meum.* Beda ait: *Prædicator pœnitentia futurus, aperies solitudinis elegit, ubi primavam statem transsegit, ut juvenis liberius ab amore mundi auditores suos revocaret.* Porro observandum

Mansi Sandhary Tom. II,

est, quod sanctus Matthæus, sanctum Joannem juxta prophetam Ilaia illam vocem fuisse re-
censeat, de qua scriptum est: *Ego vox clamantis in deserto;* cunque præmisisset ipsum prædicasse & annuntiasse pœnitentiam, ac demum progressus fuisset, dicendo. *Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, esca autem ejus erat locusta, & mel sylvestre,* tandem hæc magna cum emphasi significantia verba de eo subiungit: *Tunc exhibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudea, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordanæ, confiteantes peccata sua;* ubi Lyranus ita scribit: *Quia in moralibus magis movent fidia, quam verba, & vita sancta, quam loqua composita,* ideo statim subditur exhortationis sue efficacia, cum dicitur: *Et exhibat a deum Hierosolyma;* Valde notabilis est illa Gregorii Magnificentia: *Loquentis authoritas perditur, cum vox opere non adjuvatur.* Verum inquires, quid opus erat ad conciliandam præcursori fidem sanctis & virtuosis operibus, quando ipse repletus fuit Spiritu sancto adhuc ex utero matris suæ? quando ipsemet Christus de ipso testatus est, ipsum revera esse eum, de quo Propheta ait: *Ecce ego mitto Angelum meum?* Imò quando ipsemet aternaveritas hoc ei encomium attribuerat: *Inter natos mulierum non surrexit major Ioanne Baptista?* Ettamen hoc non obstante scribit S. Maximus: *Conversatus in deserto, vestimentum habens de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, locustas edebat & mel sylvestre, ut increpaturus hominum mala, nullam penitus haberet vel in ueste, vel in epulis voluntatem.* S. Thomas de Villa Nova hunc vitæ rigorem considerans, querit: *Ad quid pœni-
tentia tantus rigor?* maximè cum innocens omnisque peccati expers, & in gratia confirmatus fuerit, priusquam nasceretur; ac tandem responderet: *Nempe, quia prædicatorius erat pœnitentiam peccatoribus, prius illam in seipso operibus ostendit, quam sermonibus docuit.* Eundem quoque Baptistam denominavit *Apostolum mundi,* quia docuit totum universum, ut omnes crederent per illum. Quænam autem fuit præcipua Apostolorum perfæctio? S. Bernardus ait: *Habentes vicium & uestitum, ait Apostolus, his contentissimus:* *Apostolica perfe-
ctio ista est: Sed Joannes etiam hac contempsit;* *venit enim non manducans, neque bibens, plane*

*Hom. 2. de
Nat. Ioan.
Bapt.*

*Cone. 3 de
Nat. Ioan.
Bapt.*

*Serm. de
Nat. Ioan.
Bapt.*

Mm.

nec

nec vestiens: Sicut enim non est locuta cibus, nisi aliorum forte irrationabilium animalium sic nec pilus camelii hominum est indumentum. Et erat in desertis, inquit facer texus, usque in diem ascensionis sua ad Irael. Ubi S. Bonaventura ita scribit: In hoc erudiuntur omnes Prædicatores, ut prius videntur perfectione propria, & deinde adificationi aliena; quia cujus vita despiciatur, restat ut ejus prædicatio contemnatur.

4. Ego vox clamantis in deserto. Ioannes ut pote prædicator qui in verbis suis magnam habebat persuadendi energiam, non solum austoritatem & solitudinem amabat sibi meti ipsi, verum quia prædicatorus erat poenitentiam (Poenitentiam agite) suo nos exemplo docere voluit, quoniam eam modo facere debeamus, ad hoc ut stabilis sit & perseverans. Sancta mater Ecclesia sancto Joanni hoc attribuit etiogum, quod scilicet inter omnes sanctos: Non fuit sanctior quispiam genitus Ioanne, & tamen ab infante usque ad ultimum spiritum excessivis corpus suum rigoribus affixit. Nam ut Eusebius Gallicanus ait: Seivit quod non sufficeret eligentis gratia, nisi invigilareret collaborantis industria: sanctificatus est, & nondum tamen de sola Dei electione securus, sed agonibus jejuniorum, & laboribus abstinentiarum atque justitia in se vota servare contendit. Porro si Dei matrem excipias, ut pote quemcum nullo aliorum sanctorum est comparabilis, nulla dari potest in humana creatura sanctitas, Baptista & caritate sublimior: Inter natos mulierum non surrexit major. Unde Paulus de Palatio interfert: quod terram excedat, transeat cœlum, ipsum verticem angelica dignitatis attingat, quid

Serm. 4. de
Nat. Ioan.
Serm. 2. de
Euch.

vix amplius? & tamen quantum corpus suum castigavit & maceravit? Sciens utique (inquit Guerricus Abbas) quia sicut peccatoribus ut sancti fiant, sic sanctis ut sanctiores fiant, necessaria est severior vivendi disciplina. Vel ut S. Leo scribit: Hac perfectorum vera iustitia, ut nunquam presumant se esse perfectos:

5. Ego vox clamantis in deserto. Haim-

vero tametsi in opacis sylvarum recessibus habitando tantam in se austoritatem atque rigorem exerceret, attamen prouti sanctus Thomas optimè advertit: Termo ejus fuit Severus & Lenis, vox ejus rigorosa, austera fuit pariter & amabilis, id quod forte cum eodem coincidit, quod alter Thomas de eo dixit: quod scilicet fuerit Affectu pulcher, conversatione gratus, moribus suavis. Etenim secum rigorosissimus erat, cum omnibus vero aliis mitis, benignus, & discretus, uniuscujusque se-

In Cat.

capacitati adaptando: Omnibus omnia factus, ut Christo lucifaceret. Omnidem necessere est (in-

Serm. 1. de
Nat. Ioan.

quit Guerricus Abbas) ut qui de publicanis, & peccatoribus plebem perfectam Domino parare festinas, humanius ei loquaris, quam rivas; ac proinde paulo post subhunc: Loquitur eius, pro-

Luce 3.

ut possunt audire: facite, inquit, fructus diagnosis penitentie, humanum, inquit, dico propter infirmitatem carnis vestra, si nondum esse potest

in-vobis omnium plenitudo bonorum, si saltem vera omnium parsitudo malorum. Publicani

quidem eum interrogabant,

dicentes: Quid faciemus? nec tamen ipse iis imponebat, ut vastas quoque incoherentes solitudines, ut ci-

cilio se accingerent, vel jejunii quotidiani

fete conficerent; quid gitur? Nihil aliud quam quod constitutum est vobis, faciat. Quid

igitur militibus præcipiebat?

Estate contenti stipendiis vestris, neminem concutias, neque calumniam facias: Evidem sanctum Joannem in vita sua austoritate imitari admodum difficile est; non item in perseverantia,

Serm. 4. de

Nat. Ioan.

& quam in Christianarum virtutum exercitio probavit & exhibuit stabilitate. Unde Guerricus Abbas ait: Tu ergo si non potes imitaris Ioannem in austoritate vestitus & parsimoniae virtus, vel in hoc imitari contende, ut non sis arundo vento agitata; & ut sapiens ait: Non teventiles in omnem ventum: & non esse

Bapt.

in omnem viam: sed esto firmus:

in via Domini.

Ponderatur ipsius met Christi de S. Ioanne Baptista concepta
estimatio ex laudibus quas ei attribuit: eminens quoque
sanctitas ejus consideratur.

DISCURSUS OCTAVUS.

*Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum
major Ioanne Baptista: Matth. II. V. 11.*

Existimo omnino, quod ut quis ad equatum faciat transcedentium meritorum sancti Joannis Baptista conceptum, sufficere possit, si te ad encomiorum ejus panegyricum reficiat, optimè enim Eusebius Emilianus dicit:

Hom. 1. de Agnoscere magnificantem laudis ex dignitate Nat. Ioan. & si dum nemo esse illo major assertur inter natos mulierum, datur intelligi, quod Ioannes humanorum fugit mensuram meritorum. Etenim quemnam mihi ex tota hominum propagine invenietis, quem incarnata sapientia tantoper laudare, aut cuius adeo prolixum contexere panegyricum fategerit, sicut sanctissimi praecursoris sui panegyrim exposuit? etenim Nathanaeum quidem laudavit, sed quid de eo deprædicavit? *Hic vere Israelita est, in quo dolus non est. Commendavit & Magdalena dicendo: Sinite illam, opus enim bonum operata est in me.* Laudavit quoque sanctum Petrum, dum ait: *Beatus es Simon Barjona.* Centurionem quoque laudibus extulit, dicens: *Non inveni tantam fidem in Israel.* Apostolum quoque ad gloriam electum esse testimonio suo assertum esse voluit hisce verbis: *Vae electionis est mihi iste.* At vero ut Didacus Stella optimè advertit: *Has laudes Dominus obiter, & velut in transcurso protulit, qua duo tantum vel tria verba continent.* Non vero ita agendum esse censuit, quando de laudibus sancti Joannis sermonem instituit, sed *Pleno ore & absoluto sermone in ejus laudes prorupit.* Postquam enim ipsum quoad ejus in austernitate & innocentia vitae stabilita-

tem & perseverantiam & heroicam perfectionem dignè collaudasset, ipsumque Angelum Prophetam appellasset, tandem ita concludit: *Amen dico vobis, inter natos mulierum, &c.* Circa quæ verba specialiter notandum est. sapientissimum magistrum nostrum in iisdem summa cum circumspectione procedere; ne enim mundus sibi foris persuaderet, quod in deprædicando præcursoris suo aliquam dedisset hyperbolis exaggerationibus locum, quin potius summam ipsum veritatem asservuisse crederet; verbis præfatis juramentum quodam solemne præmittere voluit, dicendo: *Amen dico vobis.* Unde Paulus de Palatio ait: *Tantus erat Ioannes, ut Christus iuramento suo firmarit, inter natos mulierum non surrexisse majorem Ioanne: & quia verbum Dei tantam habet efficaciam, ut ea qua non sunt, faciat esse, ideo etiam si Ioannes omnibus major non esset, hoc unico Christi verbo major redditus esset.* Ac proinde non est, quod quis sibi imaginetur, encomium istud suisse, aut esse potuisse adulatorium. *O quantum praconium (inquit Serm. 3. ad Dionysius Carthaginianus) ore infallibiliis veritatis prolatum!* imò verba ista non solum ne umbram quidem adulacionis præferunt, verum insuper certissimi sunt fidei articuli; ac proinde sanctus Bernardus scribit, dicens: *Non est humana eloquentia differendum, sed evangelica dignitatis eloquio comprobandum.* Enimvero Paulus neminem laude digum esse censet, qui seipsum collaudat, dignissimum vero eum quem DEUS ipse commendat: *Qui 1. Cor. 1. 22 gloriatur, in Domino gloriatur, non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem*

DEVS commendat ; cuius ratio est , quia ille scit , quid sit in homine . scrutatur renes & corda , spiritum ponderator est , ac proinde Beda ait : *Ipsæ qui solus virtutem magnitudinis & donavit , novit , dixit : inter natos mulierum , &c.* Eo invero quod si forte apostolus aliquis , vel alius quispam illuminatissimum DEI servus Privilegium istud Baptistæ attribueret , fortisan de aliqua exceptione latente suspectum haberi posset , siquidem omnis

Pf. 61. 10. homo mendax : Mendaces filij hominum in se seriat ; at vero ille probatus est , quem **D**EVS commendat .

Levit. 27. 27. Sanctitas Baptista ponderata fuit , non pondere publico & vulgari , sed pondere

1 Reg. 6. sanctuarii : *Omnis estimatio scilicet sanctuarij ponderabitur ; neque enim in contoversiam vocari potest , quin pondus hoc è sancto sanctorum deriveretur & procedat . Homo videt ea , que patent , Dominus autem intuetur cor .*

Scribit Dionysius Carthusianus , quod Salvator noster per hoc juramento firmatum testimonium : *Amen dico vobis , non surrexi major , ostendit se esse Deum ac judicem hominum , alter non judicaret nullum iohanne majorem : quoniam Salomon teste , spiritum ponderator est Dominus . Maxima igitur huic Baptiste attributa laudi adhibenda est fides , tantique*

Conc. 2 de *estimanda , ut sanctus Thomas de Villa-
Nat. iohann.
Bapt.* Nova scribete non dubitarit : *Sit totum calum & tota terra simul volnissent laudare iohannem , non esset ei tanta gloria , ac proinde concludit , pro laudum suarum Panegyri hoc unicum sufficere , ipsum à Christo metu commendatum & celebrarum esse : Sufficit iohanni ad omnem gloriam , quod tales habuit laudatores .*

In c. 7. *Etenim per hunc prætextum multi facri Do-
ctores exculanter , quod à conscribendis Bapti-
sta laudibus calum suum suspendant , atque
à laxanda in ejus honorem & gloriam lingua-
sua ablineant . Unde Chrysolomus ait : Suf-*

*ficit quidem Domini vox prædens testimonium
præminentia iohannis inter homines .* **S**anctus

Hieronymus quoque scribit : *Sermo humanus
inferior est laude cœlesti . Quis enim lin-
guam suam illi materia ingerat , cui exponen-
da ipsam et increata sapientia oneram dedit .*

Serm. 91. **C**hrysolomus considerans angelum primum susse laudum Baptiste præconem , ac deinceps ipsum quoque Christum , se non obiter & per transennam ut dicitur , sed studio & data opera in ejus lete laudes extendisse , pro-

tinus subiungit : *Vacat humanus sermo , quan-
do angelico præconiio iohannis profertur gloria ,
virtus intonat , laus collaudatur ; nec est , quod
illi adjicat homo , cui Deus consulit eorum . Be-
atus quoque Laurentius Julianianus scribit : Hu-*

*Serm. de
Nat. Nat.*

*mana dignitatis transcendere videtur merita ,
dum commendatur à Christo . Quantu enītū
hoc à filio Dei perhibuit iohanni testimoniū
referre existimatis ? Audite id explicantem S .
Augustinum : *Quisquis iohanne maior est , non In Ps. 29 :
tantum homo , sed Deus est .**

z. *Non surrexit inter natos mulierum*

major . Quidquid uspiam in sancto Joanne

concurrere cernitur , stuporem ingentem &

admirationem conciliat . **Q**uis enim in ad-

mirationem non rapiatur , dum ipsum om-

nibus aliis sanctis superiorē declarari au-

dit , quem nullum unquam miraculum fe-

cisse legit ; huic tamen admirationi sanctus

Thomas de Villa-Nova unica responsione fa-

Nat. loan.

tus facit , dicens : Nullum fecit signum , sed ne

signis quidem indiguit ; quicquid in eo erat , se

reclit in spicis , signum erat : quid enim in illo

veccat à miraculo ? conceptio , sanctificatio ,

ortus , pueritia , sermo , videtis , & omnis vita

ejus . Sanctus Maximus alia in ejus Nativitate

*Conc. 2 de
Nat. loan.*

mirabilia ponderat , dum ait : Quis hujus-

modi Prophetam non tota admiratione fusi-

piat , quem tantum recognoscit obtinuisse de

D E O , ut ante ejus merita laudarentur ,

quam nativitas formaretur ? Conceptio illius

miracula fuit , ut postea quæ à Divina gratia

potius , quam à natura humana originem

suam habuit . Chrysolomus decrepitam ge-

nitorum etatem considerans ait : Abole-

scit totum quidquid est , & humani ordinis

& negotij conjugalis , ut dñino munere non

partu ex hominibus angelus nasceretur . Ad

hunc patrum anticipatè & prematurè an-

noxiandum Angelus de celo mittitur . Nes-

qui libet Angelus , inquit sanctus Bernardus ,

Serm. 89.

Sed ille sublimior , qui beata Virgini nuntium

Priv. lo.

attulit , perque eundem paranyrophum cœ-

Bapt.

lestem nomen ejus explicatur ; adeoque ut

S. Thomas de Villa-Nova ait : A principio crea-

Cone. 2 de

tura usque nunc nulli hominum tam sole-

Nat. loan.

nam & tam celebriter nomen impositum est ; il-

ludque nomen tale fuit , ut de eo dici potue-

mo sit .

quod S. Ambrosius de S. Agneta scriptum

relicuit : Cuius ne nomen quidem vacuum est

luce laudis . Quod si de ejus sanctificatione ser-

mo sit .

DISCURSUS VIII.

mo sit, alium quandam in ipso Hieremiaro vide-
mus, licet in hoc Propheta singulares fan-
cti precursoris prærogativas minimè invenia-
mus; Etenim postquam textum à Concep-
tione sua menem attingit, factum est, quod
Virgo proinus ut verbum aternum Spiritu
sancto fecundante concepit, ad magnam
eius te matrem Elisabeth receperit, & ipsis
repletus Spiritu sancto adhuc ex utero matris
sua; Cum tamen Collegium Apoitolicum
plenicudine ista perfici nequaquam potue-
rit, nisi post Christi in cœlos ascensionem
decimo die. Quisnam unquam visus est, qui
creatori & DEO suo servire coepit, priuquanu-
nacendo in lucem prodūsset? Nondum natus
(inquit Albertus Magnus) in occursum Salvatoris
est motus. Ex utero vaticinari incipiens
(inquit Salmeron) & præcursoris officium
agere. Alij Propheta testes sunt Christi ex au-
ditu (inquit Paulus de Palatio) Iohannes oculata
fides testis est. Si ejus considerenr natales,
totus mundus exultat, & festum diem agit.
Unde sanctus Bonaventura ait: In nativitate
Iohannes totus mundus gavisus est; Et sanctus Ber-
nardus serm. de privilegiis sancti Iohannis ait:
Nullius hominis nativitatem, præterquam so-
lius Dei in autoritatis arcem recepit Eccle-
sia. Fuit quoque valde mirabilis infirmitas ejus
& pueritia, siquidem quando etiamcum lactens
erat, vestivit se cilicio, vitam instituens duifissi-
mam & riguflissimam Non solum à delitius (in-
quit Albertus Magnus) sed etiam à necessariis
temperavit, Imo abstinentia ipsius adeo exce-
siva fuit, ut dicatur de eo, quod venit non man-
ducans, nequebibilis. Quod si morum ejus in-
nocentiam consideremus, de eis Author operis
imperfecti ita scribit: Nihil carnis erat in eo,
nisi visio sola; Et sanctus Bernardus ait: Sic na-
vem Angelorum ordinibus insertus est, ut et-
iam ad Seraphim apicem transferatur. Pro-
digiosa pariter opinio fuit, quam Scibæ, Pha-
nitæ, Sacerdotes & Pontifices, ceteroquin erga
Christum mire malignantes & amuli, de ejus
facilitate conceperant; Milites item & Publi-
cani, imo & ipse net sacrilegus Herodes in sum-
ma eum in veneracione habuerunt. Quod consi-
derans Albertus Magnus ait: Magnitudo opini-
onis & laudis ad omnium intentum adi-
cationem Denique si immensus quem in præ-
dicatione sua protulit, fructus consideretur,
novum nobis ministratur admirationis mo-

tivum, quia ut lacer quidam interpres ait, *Paulus de Universa hominum salus ex ore ipsius pendebat*. *Palatio*,
Sanctus Thomas ait: *Apostolus mundi universalis in orbem destinatus*. Sanctus quoque Bei-
nardus obstupecit & exclamat: *Quem Cheru-
bit & Seraphim vix audent aspicere, tu nu-
dum tenere præsumis, ita Joannem alloquitur!* *Conc. de*
quidem nefas acili meruit lavantem tingere Nat. Ioh-
lymphis. Nihil item melius dici potera: eo Bapt.
quod S. Maximus hisce verbis scribit: *Cujus Hom. 3. de*
tanta est prærogativa meritorum, ut uno eo *Nat. Ioh.*
demque momento cœli terraque arbitrum sub-
mersum aquis tingeret in Iordanæ, Spirillum
*quoque sanctum venientem cerneret in colum-
ba, & attestantis vocem Patrius audiret è cœlo.* *Conc. 1. de*
Denique sanctus Thomas solemnam ad eum *Nat. Ioh.*
expeditam legationem considerat, dicens: *O mi-
ram legationem populi, apud eos natus & nu-
tritus fuerat, patre sacerdote notissimo genera-
tus, & querunt ab eo: Tu quis es? Moxque idem*
*Sanctus veram ejus rationem reddens ait: Tan-
tus namque omnibus videbatur, ut vix crede-
retur esse, qui erat; Imo ut S. Augustinus scribit:*
Tanta erat excellentia Iohannis, ut posset credere
Christum esse, si voluisse.

3. Tandem ab epithetis glorioissimis
sancto Precurori attributis, ingentium meri-
torum ejus singularitatem etiam deducere
possumus. Ait enim Guerricus Abbas: *Etsi* *Serm. 4. de*
*moretur in desertis, non est tamen arundo de-
serti, sed cedrus Paradisi, columna cœli, gloria* *S. Ioh.*
generis humani, miraculum mundi, virtute &
meritis ultra mensuram hominum, conditione
citra naturam Angelorum. Sanctus Cyrilus de L. 2. Thes.
eo pariter scribi: Dicatur major inter natos *c. 40.*
*mulierum virtutis sublimitate, quia ad eos per-
venit terminos, quo natura humana pervenire*
poteat. Sanctus Bernardus item de eo ita scribit: *Serm. de S.*
*Vnus est & similem non habet, qui choriz inser-
tus Angelicis sublimioris corona titulu universi-
tatis humana transcendit ascensum. Simili-
ter in sermone quem de Privilegiis sancti Jo-
annis incritbit, hisce eum encomiis exornat: San-
ctorum est splendor, iustorum gloria, latitia*
Anglorum, orbis exemplum, mortis expulso,
janua vita. Chryologus in variis in ejus *Serm. 36.*
lauem conscriptis sermonibus eum vocat
Sanctitatis exemplum; Deque utero matris *Serm. 51.*
ejus scribens illum appellat Sanctitatis hospi- *Serm. 39.*
tium, aulam Spiritus sancti; & uti superius
diximus; In illis parabatur (d est, genitoribus

*lone. 1. de
Nat. lo.
Bapt.* ejus) unde tota sanctitas nascetur. Denique *S. Thomas hinc eum condecorat præconis*, dum ait: *Sanctitatis prodigum*, & totius per-
fectionis monstrum, & admirandum facilius
virtutum omnium spectaculum Ioannes à Deo
fatus est.

Varia tanguntur mysteria, ob quæ S. Joannes Baptista denomi-
natus est Angelus.

DISCURSUS NONVS.

*Hic est, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum me-
um. Lucæ cap. 7. v. 27.*

*Serm. 3. de
Nat. Ioan.* **E**ncomium hoc, de quo in al-
lumpti thematis verbis fit
mentio, tanto majoris asti-
mandum, majorisque admi-
ratione dignum est, quanto
dem redditur ex eo excel-
entius, quod eodem præ-
conio Divina & incarnata sapientia præcur-
forem suum honorare voluerit, atque ab il-
lius lingua dimanet, qui de se ait: *Ego sum
veritas.* Unde Guerricus Abbas dicit: *Salo-*
mon ait, laudent te labia proximitui, sed quan-
*tio felicissima & glorirosa cum laudant quem-
piam labia Desjui!* Hoc etenim nec de adul-
tatione, nec de fraude & dolo potest esse su-
spectum, *D E U S* quippe nec falli potest, nec
adulari. Hic igitur adeo veridicus *D E U S*,
qui prima & eterna est veritas, à multis retro
fæculis de prodromo suo per Malachiam Pro-
phetam plu Angelum quendam futurum esse
prædicti voluit hinc verbis: *Ecce ego mitto An-*
*gelum meum, & preparabit viam ante faciem
meam.* Christus Dominus antiquæ paginæ
veritatibus testimonium perhibiturus, in hacce
terras cum venisset, ait: *Ego ad hoc natus sum, &
ad hoc vens in mundum, ut testimonium perhi-*
beam veritati. Et quidem ut verba thematis
proposita declararet in Evangelio Lucæ, ut dixi-
mus, ait: *Hic est, de quo scriptum est: Ecce ego mitto
Angelum meum.* Verum dicat fortasse aliquis,
quâ ratione S. Joannes hoc epitheto condecorari
potuit, quem Spiritus sanctus Conceptionem &
Nativitatem eius describentis testimonio à S. Zi-
charia ex Elisabeth utero genitum esse constat?

In Ioan. 2. **a** *Angelum meum.* Considerandum est igitur
conceptionem, nativitatem, & vitam, quam S. Jo-
annes hic in terris traduxit, adeo fuisse omni hu-
mana conditione superiores, ut meritò in dubi-
um revocare potuerit. Homone esset an Angelus,
adeo etiam ut S. Evangelista Joannes coram toto
mundo necessario eum hominem fuisse conte-
stari debuerit, dicen: *Fuit homo missus à Deo:*
videtur autem idem Evangelista in idem verbis,
uno eodemque tempore Baptistam velut An-
gelum nobis proponere & describere voluisse,
dum de illo ait, quod fuerit *missus à D E O*, An-
gelorum namque proprium est hoc in terras
a D E O deortum mitti. Unde Doctor Angeli-
cus ait: *Licet Joannes natura non fuerit Ange-
lus, fuit tamen officio, quia missus à D E O; pro-*
*primum enim Angelorum officium est, quod à D E O
mittantur, & sint nuntii D E I,* unde Angelus
nuntius interpretatur. Sanctus Thomas de Vil-
*In C. 1. de
Nat. Ioan.* la Nova alium adducit modum, quo utrumque
ei titulum congrue adaptari posse optimè
declarat, dicens: *Vita ejus non erat humana,
sed Angelica;* Erat quidem homo, sicut & nos,
sed mihi videbatur nihil hominis, nisi effigiem
& colorem habere; totum quod cogitabat, quod
volebat, quod desiderabat, quod agebat, totum
erat Angelicum. In quam considerationem
Didacus Stella consentiens dicit: *Licet ex In C. 1.
carne & ossibus sit compactus, moribus tamquam
& vita ita parus est & caelestis ut nihil nisi de
caelestibus agat:* Quibus verbis sanctum Jo-
annem ad instar nostrum ex carne & ossibus
compositum fuisse minime quidem negatur, sed
potius in omnibus aliis Angelo simillimus
fülle

fuisse dicitur, adeo ut spiritus potius quam corporeus fuisse vixit fuerit; cuius Author operis imperfecti perspicuum peribet testimonium dicens: *Ioannes Specie homo, gratia Angelus, quia nihil carnis erat in eo, nisi visus sola.* Unde si cui foli mores, innocentia, dona & gratia, quibus à Deo locupletatus erat, non vero conceptio ejusdem & nativitas nota fuisset, is haud dubie illum verum quandam personata carne induitum Angelum credidisset; at verò oculus humanus decipi non poterat, dum enim ad instar nostrum hominem esse conspiciebat, præterquam quod eum insuper fidei oculo aspiciens facilè credidisset, quod de eo scribitur: *Fuit homo misericordia à Deo.*

3. Angelum meum: Spiritus Angelicæ qui Filio Dei in cœlis assidue ministraverant, eidem in halce terras descendenti, quantum nobis constat, visibiliter saltem minimè ministrabant, præterquam in deserto, ubi post gloriosam illam à Sathanā relatum victoriam, accesserunt Angelii, & ministrabant ei: Scitisne causam, cur hic in terris paratissima & promptissima Angelorum ministeria admittere noluerit? In prompta causa est, quia unicus duntaxat in carne Angelus abunde ei pro cunctis aliis ad praestanda necessaria obsequia sufficiebat, quantumvis ab illo diffisus esset: *Ecce ego mitto Angelum meum.* Unde

*Matth. 4.
viii.*

Serm. 89. Chrysologus ita scribit: *Cum Christus Deus nascetur in carne, Ioannes Angelus est generatus in terris, ut ita officia terrena officiis se celestibus miscerent, si ut humanis se divina miscerant, & in terra Deo Angelus, Dominus ordo celestis obsequij non decesset.* Enim eto Salvator quoque noster denominari voluit *Magnificus Angelus,* & apud Malachiam *Angelus testamenti* appellatur; Quid igitur mirum, quod & Angelum quandam in suum elegit prodromum & præcursum. Veruntamen maxime in Baptista astimandum est, ut ait Chrysostomus, quod is Angelus fuerit non natura, sed gratia & virtute, & merito: *Puto, inquit, sed non audeo dicere, quod gloriōsior est Ioannes, quia homo fuit, & propter meritum virtutis Angelus est vocatus, quam si nomine Angelus & natura fuisse.* Sanctus Bernardus titulum hunc ei ex illo quadam capite convenire considerat, dum ait: *Mirabile conversio, hominem vix mundum in-*

gressum, mundum fugere, gloria & facili cupitates non solum obliuisci, sed nescire, perpetuumque cum Divinitate habere consortium.

4. Angelum meum: In hisce verbis præcipue observandum est, ut ait Paulus de Passatio, illud meum: *Angelus non quisvis sed ille meus.* Scindunt est etenim, quod protuli Didacus Stella ponderat, Baptista non solum hoc nomine Angelus ob vitam verè Angelicam dignus sit, verum etiam propter officium & ministerium ad quod fuit electus: *Angelus vocatur, non solum propter vita puritatem, sed etiam ratione officij;* *Angelus latinè nuntius est.* In eundem quoque tensum Dionysius Carthusianus eum vocat: *Opus Angelie excentem, annuntiatio Christi adventum.* Adhuc ut alter ille Dionysius scribit, Angelis proprium est, quod purgent, illuminent, & perficiant, quæ tria bona synagoga à Baptista egregiè recepit, siquidem efficacissima prædicatione suâ mediante, multos a vitiis & peccatis enormibus purgavit, ad penitentiam eos reducendo, eisdemque in ignorantia sua tenebris lucis & ducis loco fuit: *Hic erat lucerna ardens & lucens;* veram quoque eis demonstravit lucem. Erat lux vera qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; *Ecce Agnus DEI.* Unde Hugo Cardinalis ait: *Ioannes Christum dicit Agnum, Christus Ioannem dicit Angelum.* Multos denique discipolorum suorum ad statum perfectionis perduxit, è quibus ad Apostolatus gradum suere evenit, alii verò septuaginta duobus Christi discipulis annumerati.

5. Angelum meum: Porrò certissimum est, quod in Angelicæ naturæ creatione non sicut in nostra ætas infantilis computetur, quia in primo instanti quo creari suere, omnem habuerunt esse sui in naturalibus perfectionem, usumque liberi arbitrii perfectissimum; Et ecce tibi aliam quandam rationis congruentiam, ob quam hic titulus & Epithetum Angeli sancto Joanni convenire censematur, quia si non solum infantia, verum etiam Conceptio & Nativitas ejus consideretur, hac nequaquam fuit instar aliorum, siquidem à parentibus sterilibus per miraculum conceitus fuit; cumque alii flentes & ejulantibus nascantur filii ita, hic prius sanctificatus quam natus etiamnum intra materna viscera

*Serm. 88.
Priv. 8.
Iusti.*

Tom. 2.
tract. 21.

vilicet reclusus exultavit, & p̄z gaudio gestire & salutem ceperit; *Exultavit infans in utero, cœlum & terrā gaudere fecit.* Multi in nativitate ejus gaudebunt, *supra naturam ex senibus* (inquit Salmeron) & sterilibus venit, quod non est natura, verum solius Dei opus. Potest itidem certo quodam modo affirmari Joannem nullam proflus egile infantiam, ut potè cui in sexto Conceptionis lux mente rationis usus acceleratus fuit, de quo etiam nascente Ecclesia canit: *Elisabeth Zacharia magnum virum genuit Ioannem.* Illam quoque quam per totam vitam continuavit austерitatem in ipsis, ut ita dicam, fascis exorsus fuit, *Teneris sub annis, eandem ad ulque etatem magis proiectam constantissimè est prosecutus.* Præerea Angeli in illo instanti, quod scholæ vacare solet Angelicum, gratia sibi à Deo communicatae cooperantes Sancti facti sunt, & in divino servitio stabiles, adeo ut ab illa sanctitate deinceps nunquam possent redire. Ecce tibi hic alium quandam, inter Angelum hunc terrenum & celestes Angelos parallelum; Etenim S. Joannes priusquam prodiret in lucem, gratia nactus est confirmationem, fuitque prius sanctus quam natus. *Sola ejus Nativitas recolitur* (inquit S. Thomas de Villa Nova)

*Conc. 3. de pro eo absque dubio quia alijs sunt, sed non na
Nat. Ioan. scuntur Sancti, Ioannes sanctus natus est.*

Matt. 22.
30.

6. Angelum meum. Indivisa Angelorum proprietas & dos est puritas Virginalis, unde Christus de corporum nostrorum resurrectione tractans ait: *In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in celo.* Hunc autem immaculatum candorem Joannes adeò feliciter est assecutus, ut à matris utero (ut inquit Albertus Magnus)

*Serm. de
Nat. Ioan.* usq; ad mortem in virginitate permanserit, & propter virginitatis privilegium agnum virginem, virginis filium virgineo indice demonstrare, nec non & virginem manibus meruit baptizare. Unde Didacus Stella de eo scribit: *Ob excellentissima vita puritatem & virginalem munditiam Angelum appellavit.*

7. Angelum meum. Angeli hac sunt inter cæteras prærogativa condecorati, quod nunquam à Dño divellantur, quantumvis enim adhibeantur, sive hic in terris ad nostram custodiā, sive illuc sursum ad sphærarum

coelestium circumvolutionem, sive ad aliud quocunque ministerium, attamen semper per contemplationem in essentia divina defixi habent; *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in celis est;* Merito igitur sanctissimus Præcursor Angelus dicitur, siquidem ab illo temporis momento quo Filius Dei in partem Ioannis domum pedem suum figere coepit, ipse licet in tenebris oculos suos figere non prætermisit; quia *Exultavit in utero.* Unde S. Bernardus ait: *Quicquid insertus Angelicus sublimioris corona titulis universitatis humanae transcendit ascensum.* Chryostomus eum notat uno eodemque tempore, quo in terra constitutus erat, secundum animam in celo quoque substituisse. *Sic in terris quasi in celo versabatur.* Unde Didacus Stella ita scribit: *Tam profundam contemplationem erat sortitus, ita ut magis celestis, quam terrenus habitator appareret,* magisque spiritum habere Angelicum, quam humanum videbatur, quia ut Angelus sine lete, sine potione, sine comedione, sine dormitione in celesti contemplatione dies noctesque consumebat, & per Angelicos choros deambulabat. Idemmet prefatus S. Bernardus, etiam hoc inter alia ejus privilegia connumerat, dicens: *Latanus Priv. Istanatur Angeli, & utriusque natura numerositas ad Bapt.* miratur hominem sic ingressum abyssum luminis, & intra interna Divinitatis absorptum, ut ipsam reverberet aciem Angelica puritatis. Idemmet sanctus & mellifluus Doctor eundem Præcursorum Seraphinis quoque in lectum esse observat, dum ait: *Silentio transeo, quod sic novem Angelorum ordinibus insertus est, ut etiam ad Seraphim apicem transferatur.*

8. Angelum meum. Angelorum denique proprium est pasci & nutriti Dei visione; Et ideo Raphael Archangelus Tobiae dixit: *Videbar quidem vobis cum manducare & bibere, sed ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor.* De S. Joanne pariter Christi testimonium habemus dicentis: *Venit Ioannes non manducans, neque bibens.* Unde S. Basilius vitam ipsius congruo jejunio nomine perpetuum appellavit *jejunium.*

DE S. PETRO A P O S T O L O D I S C U R S V S Q V A T V O R D E C I M.

- DISCURSUS I.** Varia considerantur motiva, ob quæ credibile efficitur S. Petrum omnibus aliis in regimine Ecclesiæ fuisse prælatum.
- DISCURSUS II.** Variae exponuntur prærogativæ, quibus S. Petrus super alios Apostolos eminuit.
- DISCURSUS III.** S. Petrus velut caput Ecclesiæ consideratur, variaeque ad id probandum rationes adducuntur.
- DISCURSUS IV.** Hanc petram S. Petri omnes boni fundamenti conditiones habuisse ostenditur, simulque quo sensu Christus pariter & Petrus petra illa sint, super quo fundata est Ecclesia, declaratur.
- DISCURSUS V.** Christus Petrus petram denominando nomen suum S. Petro communicavit; ideoque nonnullæ inter ipsos emergentes analogiae considerantur; simulque variae ad hanc petram alludentes Figuræ & Scripturæ in medium adducuntur.
- DISCURSUS VI.** S. Petrus notitiam Filii Dei mundo suggessit; indeque nonnullæ super verba Petri Christi divinitatem exprimentia considerationes instituuntur.
- DISCURSUS VII.** De clavibus S. Petro consignatis, & specialiter de clavibus Jurisdictionis & Scientiæ tractatur.
- DISCURSUS VIII.** De Fide S. Petri, ejusque stabilitate.
- DISCURSUS IX.** Defectus in S. Petro notatos in majorem ejus laudem & gloriam redundare ostenditur.
- DISCURSUS X.** De obsequiis quæ omnes fideles, præcipue vero Reges pedibus S. Petri exhibent, fusiùs disleritur.
- DISCURSUS XI.** De S. Petri humilitate exaltata à Christo.
- DISCURSUS XII.** De amore S. Petri erga Christum.
- DISCURSUS XIII.** Causæ cur S. Petrus capite deorsum verso crucifigi voluerit, explicantur.
- DISCURSUS XIV.** De honoribus S. Petro exhibitis, deque insigni ejus erga urbem Romanam patrocinio; necnon de obligationibus, quibus haec civitas præ cunctis aliis eidem Apostolorum Principi obstringitur, latius agitur.

Varia considerantur motiva, ob quæ credibile efficitur S. Petrum omnibus aliis in regimine Ecclesiæ fuisse prælatum.

DISCURSUS PRIMVS.

Tu es Pastor ovium.

I. **S**aluator noster post resurrectionem suam priusquam abhinc in celos gloriouse ascenderet, coram Apostolis suis simul congregatis alium quandam in terris Pastorem in custodiam gregis sui, & felix ovilis sui regimen loco suo substituere volens, unicum ex omnibus Petrum elegit, dicens: *Pasce agnos meos, pasce oves meas.* Unde mox dubium quoddam exoritur, nimisquam quamobrem Sapientia increata sponsam hanc unice sibi dilectam, ut potè quam acquisivit sanguine suo, Petro potius quam ceteris Apostolis, ipso, ut facile credere possumus, tum experientia, tum innocentia tum insigni gubernandi a pritudine minime inferioribus concedere voluerit.

Ioan. 21, 15

Aet. Apost. 20, 28,

Hom. 1, de 2. Reat ei (inquit S. Maximus) *arbiter erat. Apost. cultorum Dei filius pascendas oves suas, tunc Pet. & P. dasque commisit cui noverat in nutriendo grege dominico nec studium deesse, nec fidem. Christus Dominus noster probè cognoscet vivaciori in quandam in pectori Petri relucere fidei & cognitionis lucem, quam in omnibus aliis. Ad officium quoque & curam pastoralem quam maximè pertinet distinctam habere ovium suarum notitiam. Unde Salvator noster ait: Ego sum pastor bonus; moxque rationem reddit dicens: quia Cognosco oves meas. Sciendum autem est, quod, ut Hugo Cardinalis notar, hac à Deo notiā singulariter dotatus fuerit; nam Petrus interpretatur agnoscens. & significat fidem. Adhuc requiritur in pastore talis quædam erga oves affectio, ut pro illarum defensione nullum prorsus euret periculum, sed continuus se exponat*

Ioan. 10, 14

In c. 6. 10.

ærumnis, sudoribus, passionibus atque molestiis, proque iis à luporum, cunctarumque aliarum ferarum fauibus eripiendis miram quandam exhibeat pectoris animositatem. Unde Chrysostomus, qui velut optimi cujusdam Pastoris ecclesiastici speculum omnium oculis obversari debet, dicere solebat: *Quidquid terroris habet mundus, contemno; quidquid delectabile habet, video; divitias non curo, paupertatem non horreo, mortem non timeo.* Porro de S. Petro doctissimus Salmeron ait, eum præ cunctis aliis ardenteri fuisse animo præcellentem: *Pra aliis noverat esse ardenteri animi; optimè sciebat Christus, nullum subesse periculum, quod idem illi obiceretur, quod olim pigris illis & socordibus pastoribus apud Ezechielem exprobratum fuisse legimus: Non ascendisti ex adverso, neque oppositis murum pro domo Irael, ut staret in prælio in die Domini; quem textum S. Gregorius in hunc sensum interpretatur: Ex adverso ad ascendere, est pro defensione gregis Christi, voce liberâ mundi hujus potestatibus contraria; jam vero certissimum est, quod Petrus se non solum synagogæ principibus, summisque Hebraismi Pontificibus opposuerit, dum liberâ voce est protestatus: Obedire oportet magis Deo, quam hominibus;* *veium etiam potentissimum totius mundi monarcham, crudelissimumque quem Ecclesia unquam habuit, inimicum. Neronem videlicet sibi suisque conatibus obstantem contemperit: In die Domini in prælio stare est malis decertantibus ex justitia zelo fortiter resistere. Videlicet S. Petrus Simonem Magum instar lupi rapacis gregem suum, ut illum dilaniaret, infestare, adeoque se illi fortiter opposuit;* *primò qui-*

*Hom. de
Expulso.
ne suip-
suis.*

*Tom. II.
tract. 29.*

Ezech. 13,

In p. 2.

Past. c. 4.

Aet. 21

quidem in Samaria, demum vero eundem hic Romae aggressus est, cœpsumque contra illum certamen adeo generose est prosecutus, ut gloriosam de illo reportari victoriam. Si pro grege se obiicit (inquit idem Gregorius) murum pro domo Israel, id est, pro Christi Ecclesia, hostibus operit. Hanc quoque animositatem ardenterque zelum in Christo defendendo manifeste probavit, dum ait: *Tecum paratus sum in carcerem & in mortem ire.* Unde ingle solus adversus armatum illum militum & lictorum gregem insurrexit, servo illi amputando auriculam, tametsi se manifesto carceris vel mortis expotum videret periculo.

3. Pastor ovium. Supremus Pastor noster Christus summo odio pastorem detestatur mercenarium, qui nullum habet erga gregem suum amorem & affectum, nisi in quantum illos trahit proprium ipsorum interest & commodum, tales non vult esse ovilis sui custodes. Unde S. Gregorius ait: *Redemptor noster a sacerdotio officio non querit aurum, sed animas.* Hanc in le conditionem S. Petrus expressit, si S. Augustino fidem habere volumus, dicenti: *In uno Petro figurabatur unitas omnium pastorum, sed bonorum, corum videlicet, qui sciant oves pascere Christo, non sibi.* In hoc etenim optimus quisque pastor cognoscitur, quando omnem curam & solicitudinem suam in animalium salutem dirigere cernitur, ut potè pro quibus Christus sanguinis sui pretium exsolvit; talis Petrus erat, qui in hoc specialiter gloriatur: *quia Argentum & aurum non est mihi;* & tametsi fideles ad pedes ejus thesauros suos certatim effunderent, attenuant quanti eos fecerit, in hoc sati perspicuevidetur, quando eos manu nequaquam contrectans, subtrahit pedes suos prostratos jacere sinebat: *In ueste enim Podéris quam habebat (ita de antiquæ legis summo sacerdote scribitur) totus erat orbis terrarum,* id est, in ueste illa totus mundus delineatus erat, ut potè quæ coloribus talibus imbuta erat, qui omnia elementa, cœlum, æternum, aquam, ignem & terram representabant, atque in superaliquid saltem in se continebat eorum, quæ hinc in terris pulchriora sunt, magisque estimantur; voluntque increata illa Sapientia in hoc denotare, quod supremus Pastor oculum suum ad omnes animas directum habere debeat, ut easdem ad ovile perducat cœlorum. Enimve-

ro tametsi S. Petrus quicquid penes mundum in pretio est, pedum suorum planti calcaret, totum tamen mundum in humeris suis ferrebat, ad salutem invigilando omnium & singulorum; unde S. Augustinus optimè scribit: *Prorsus totum mundum dimisit Petrus, & totum mundum Petrus accepit, non solùm quoad imperium, verum etiam quoad amorem, quo uniuscujusque zelabat salutem.*

4. Pastor ovium. Petrus enim ut Chrysostomus testatur, & ex Evangelio clarè colligitur, *in Ioan.* Salvatorem nostrum plus omnibus aliis dilexit: *Majorem omnibus Apostolis in Dominum habere charitatem ostendit.* Quis hominum adeò estrudis, ut hanc charitatis virtutem Ecclesiæ suæ basim & immobile fulcrum esse ignoret? unde fit, quod priusquam suamilli Ecclesiæ confignatur, trino illum quoad hanc virtutem examine probarit. Ac prouide Origenes ait: *Nullius alterius virtutū exigitur confessio, nisi Lib. 5. c. 6. charitatis;* & Chrysostomus dicit: *Propter magnitudinem dilectionis prefectura ovium Petrus fuit commissa, & cateris Apostolis fuit prelatus.* Socrum suum habebat domi suæ gravissime infirmantem: *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus;* nec tamen pro illius convalescentia & curatione Salvatorem, ut eam visitaret, sollicitavit; quin potius id eosque facere distulit, donec Christus illis in finibus prædicans multos alios infirmos sanitati restituere cœpisset; charitatis enim proprietas est, quod Non quaris quæ sua sunt. *Ab ipsis initius aliorum commoda suis ut præponeret, institutus erat;* inquit Chrysostomus. Deus noster nonnullos pastores gravissimè hac reprobatione reprobrando perstringit: *Va pastribus Israel, qui ipsi semetipos lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis; quod infirmum fuit non consolidatus, & quod agrum non sanasti, quod confractum est non alligasti, quod perierat non quæstiisti, sed cum austestate imperabatis eis, & cum potentia.* Moyles quoque post datum sibi à Deo generale populi illius imperium probè satis cognoscet, sibi præ cunctis aliis virtutibus charitate opus esse, eaque sibi velut sceptro regni fui utendum esse, ideoque ad Deum converlus dicebat: *Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, ut*

1. Cor. 13. 5.
Hom. 28. in Matth.

Eze. 34. 5

Luc. 22. 33.

*Læp. c. 128.
ep. 28.*

*Serm. 24.
de Sanctis.*

AG. c. 2.

Sap. 28. 24

dicens mibi, porta eos in finu tuo. Amor Dei sive charitas Regina est omnium aliarum virtutum; Major autem horum est charitas; atque ideo hanc velut coronam & diadema pontificium vertici S. Petri imposuit.

5. *Pastor ovium.* De petro dici potest quod olim de summo pontifice Aarone Apostolus ait: *Vocatus à Deo tanquam Aaron.* Ambo etenim primi summi sacerdotes fuere: ille quidem antiquæ, hic vero legis novæ. Quonam autem modo Aaronom cunctis aliis ad summum pontificatum cum ipso concurrentibus competitoribus antelatum fuisse existimat? Nimirum præcepit Deus, ut unaquæque tribus, quorum duodecim erant, virgam quandam aridam & siccum deferreret, cuius autem virga germinare inciperet, is super cunctas alias haberet præminentiam; & quia felix sors illa super Aaronom cecidit, ideo hic ad summum pontificatum fuit electus. Porro certum est quod inter duodecim Apostolorum

Facta est contentio inter eos, quia eorum videbatur esse major, uniusquisque majoratum ambiebat. Quonam autem modo sapientissimus Magister noster hanc inter Apostolorum de primatu exortam controversiam compoluisset? Nimirum omnes pariter Apostolorum interrogavit: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Cui questioni nonnulli per os aliorum responderunt, ipsum esse Baptistam, Jeremiam, aut Eliam, vel alium quendam ex propheta; at vero una cum iga quæ effloruit, id est, quæ divinum illum forem, qui in Scriptura sacra divinitus promisus hinc verbis fuerat: *Egredietur virga de radice lesse, & flos de radice ejus ascendet, in claram usque lucem edidit & publicavit,* quenam alia quam Petrus fuit? qui publice & sine meru illustrem hanc fideli professionem edidit: *Tu es Christus Filius Dei vivi;* unde mirum non est, quod cum immediate post illa verba prolatâ suum in terris Vicarium declararet; unde Eminentissimus Cardinalis Baronius ait: *Illa in Petro causa præcessisse videtur, ut princeps omnium constitueretur Apostolorum, quod in professione fiduci ceteris antecelluit.* Legatur caput tertiunum S. Pauli ad Hebraos, ubi de Christi pontificatu quondam in Melchisedechi summo sacerdotio prefigurato, tractatur; quis autem a ius eundem mundo manifestavir, nisi petrus. Ecce igitur quanto cum jure & merito super omnes alios electus & eve-

cus fuerit; Christus anteā credebatur esse Samaritanus quispia, aut demoniacus, vel vir quidam fedelius, aut fabri cuiusdam lignarii filius; quæ erroræ opiniones continuo cessauit, postquam petrus ecclesiæ revelatione edocitus publicè dixit: *Tu es Christus Filius Dei vivi.*

6. *Pastor ovium.* Fuit etiam omnibus aliis prælatis, quia vivacissima quædam magisque solidâ in eo fides resplenduit, prout idipsum faci interpretes optimè considerant. Etenim S. Bernardus ait: *Omnibus erat fide robustior.* Porro basis fidei nostræ Christi divinitas erat, quam soli petro manifestare specialiter aeterno patri complacuit. Unde S. Epiphanius ait: *Petrus à Patre instrutus stabilitatem fidei fundatus erat;* ac proinde Innocentius III. in serm. I. de hoc Festo ita scribit: *Hac vera fides & sancta non de figmento præcessit humano, sed de revelatione divina;* atque ideo Christum tunc subjunxit dicit: *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam;* super hanc fidem Ecclesia est in petra fundata, uni Petro claves commisit propter illam excellentissimam fidem, qua in uno Christo duas naturas veraciter recognovit.

Serm. 6. in
Carne Do-
mini,

In init.
Anchora-
ni.

Num. 17.

Luc. 22. 24.

Isa. 11. 2.

*An. 2. 20.
B. 2. 40.*

Facta est contentio inter eos, quia eorum videbatur esse major, uniusquisque majoratum ambiebat. Quonam autem modo sapientissimus Magister noster hanc inter Apostolorum de primatu exortam controversiam compoluisset? Nimirum omnes pariter Apostolorum interrogavit: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Cui questioni nonnulli per os aliorum responderunt, ipsum esse Baptistam, Jeremiam, aut Eliam, vel alium quendam ex propheta; at vero una cum iga quæ effloruit, id est, quæ divinum illum forem, qui in Scriptura sacra divinitus promisus hinc verbis fuerat: *Egredietur virga de radice lesse, & flos de radice ejus ascendet, in claram usque lucem edidit & publicavit,* quenam alia quam Petrus fuit? qui publice & sine meru illustrem hanc fideli professionem edidit: *Tu es Christus Filius Dei vivi;* unde mirum non est, quod cum immediate post illa verba prolatâ suum in terris Vicarium declararet; unde Eminentissimus Cardinalis Baronius ait: *Illa in Petro causa præcessisse videtur, ut princeps omnium constitueretur Apostolorum, quod in professione fiduci ceteris antecelluit.* Legatur caput tertiunum S. Pauli ad Hebraos, ubi de Christi pontificatu quondam in Melchisedechi summo sacerdotio prefigurato, tractatur; quis autem a ius eundem mundo manifestavir, nisi petrus. Ecce igitur quanto cum jure & merito super omnes alios electus & eve-

7. *Pastor ovium.* Ex mente S. Gregorii paulo ante diximus, quod Redemptor noster à sacerdote nihil aliud quam animatum expectet salutem: *A sacerdotis officio non querit aurum, sed animas;* merito igitur S. Petrus ad summum sacerdotium electus fuit, siquidem se præ quovis alio talutis animalium avidum zelatorem exhibuit. Quando circa horam prandii famelicus erat, quemnam tunc ejus sapientiorem in celis preparatum, & ad se misum cibum fuisse existimat & nimis hinc lenteamen quoddam animalibus immundis & venenosis, quæ convertendos ab eo peccatores præfigurabant, omnino referunt; unde vox de celo insonuit: *Occide & manduca.* S. Cyrilus super illa Christi Apostolis respondentibus verba: *Mens cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me,* quod est hominum salus, ita subiungit: *Apostoli conditionem describit.* Optime S. Maximus observat, quod Christus S. Petrum & S. Anaream fratrem ejus ad Apollonum vocans, eisdem dixerit: *Faci iam vos fieri pescatores hominum, ut qui capturá piscum alebatur, salute hominum pascere tur.* Equidem quounque factæ ab eo intidelum converiones alcenderint, san-

Hom. 4.

Guz

Hom. 4 de Etus Chrysostomus paucis quidem, sed efficacibus verbis declarat dicens: Sagenam misit in mare, & pescatus est orbem. Ipse novae legis gratiae primus prædicator extitit, qui in una conuione tria millia, & in alio quodam sermone quinque auditorum suorum millia convertit, è quibus haud dubie multe erant, qui paulo antea acclamaverant: Tolle, tolle, crucifige eum;

*Lxxv. 5. 10.
8. Pastor ovium. Infallibilis regula, & indubitata ab ipso metu Christo pronuntiata veritas est, quod qui se humiliat, exaltabitur; ideoque meritò credendum est, Petrum inter omnes alios humiliatum fuisse, siquidem super cunctos alios elevatus & exaltatus fuit. Quando humilitate fraudente Christo dixit: Exi à me, quia homo peccator sum; tunc præcisè ab eodem Dominio ad innumeratas in Ecclesiam Dei congregandas & lucrandas animas vocatus fuit: Ex hoc jam eris homines capiens. Porro ipsum præ certis omnibus humiliatum fuisse, duo præcipue argumenta evidenter declarant, quorum unum est, quia divina Sapientia occultissima secreta sua solis humiliibus revelare solet: Revelat ea parvulus; alterum vero est, quod Spiritus sanctus illis præcipue infundatur, qui ob humiliatum se vel maximè præalii contemni patientur. Barjona, idem est quod filius columba. Hoc etenim Petri cognomen erat; super eum itaque requievit Spiritus Domini, cui proprium est super humiles requiescere.*

9. Pastor ovium. Afferere etiam possumus Deum nobis insinuare voluntè, illos, qui sanctiores sunt & digniores, ad officia ecclesiastica eligendos esse, qualis Christi iudicio S. Petrus erat, quem prouinde etiamnum viventem canonizationis honore affectit, dum ait: Beatus es Simon Bariona. Circa quæ verba Albertus Magnus ait: Filius Columba, id est, Spiritus sancti. In hunc S. Petri primatum omnes tres divisiones sanctissime Trinitatis personæ conspirarunt: & quidem in primis Spiritus sanctus, ut diximus; deinde Filius: Tu es Christus Filius Dei vivi; & tandem ipse quoque Pater aternus: Pater meus revelavit tibi; quoniam haec requiritur sanctitudinem majorem? Omnibus erat sanctitate præstantior, inquit S. Bernardus, amore devotior; ex quo enim Deum plus omnibus alios amabat, necessariò consequebatur, quod omnibus quo-

que sanctior esset. Optimè S. Hieronymus mirum Christi loquendi modum animadvertisit, dum super illa verba: Quem dicunt homines esse filium hominis, ita scribit: Pulchrè interrogat, quem dicunt homines esse filium hominis? quia qui de filio hominis loquuntur, homines sunt, qui verò divinitatem ejus intelligunt, Dni appellantur. Et tamen inter omnes hosce Deos, Apostolos videlicet, Petrus præstantior, quia ardenter erat. Verùm enimvero opponat fortasse hic aliquis: quia igitur ratione Petrus adest infeliciter in perjurio & negationis Christi horrenda peccata cecidit & cui ego respondeo, id cœlestis illius sapientia & providentia minimè in sua dispositione errantis singulare permissione ita accidisse, ut potè quæ expedientius illi fore iudicavit eum labi permettere, quam ab omni labendo periculo præventum ere cum in pedibus sustinere, ut hac ratione haberemus Pontificem, qui posset compati infirmis atibus nostris. Unde Heb. 4. 15. Opitatus Milevitanus ait: Bono unitatis B. Petrus præferri omnibus Apotholiū meruit. Verum Lib. 7. cont. tamen quia paulo post ad innocentiam quasi in Par. fantilem S. Joannis, non ad illam in S. Jacobo à primis annis relutentem existiam sanctitatem lete reflexi, tandem subiungit: Stant tot innocentes, & peccator accepti claves (quia postquam Petrus illum negasset, eidem dixit: Pascere oves meas) ut unitatis negotium firmaretur, provisum est, ut peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores.

10. Pastor ovium. Porro cur S. Petrus, non vero S. Joannes ad summum electus fuerit pontificatum, hujus Salmeron aliquas satis solidas adfert rationes, dicens id factum esse: Primò, Tom. 11. quia plus Deum diligenter committenda Ecclesia, non autem plus amato à nobis, quia nos frequenter eos amplius diligimus, qui minus sunt apti ad regendas Ecclesias. Secundò, illud consilium Domini fuit, ne plus dedisse consanguineos videretur ob humanum carnis affectionem, quam Petro ob ejus singularia & præclaras merita. Denique consultò Ecclesiam Petro, & non Ioanni tradidit, ne juniores, cateris paribus, matieris ac senioribus preferamus.

In Nat.
Apost.

Serm. 6.
in Cœna
Domini.

Variæ exponuntur prærogativæ, quibus S. Petrus super alios Apostolos eminuit.

DISCURSUS SECUNDVS.

Tu es Princeps Apostolorum.

I. **P**urima profecto, eaque valde considerabilia sunt privilegia, quibus Salvator noster S. Petrus super omnes alios Apostolos larga manu condecoravit; unde sancta mater Ecclesia eum merito veneratur verbis in praesenti delegavit, participium à Petró receperunt. Ipse in Epilcopum Hierosolymitanum S. Jacobum Minorem elegit, cumque consecravit, huicque functioni ritus atque ceremonias deinceps observandas prescripsit. Unde Cardinalis Baro. *An. 34.* nius ejus super omnes alios Apostolos praeminentiam recte conclusit. Alii Apostoli Evangelii prædicandi causâ per universum mundum fuere dispersi; Petrus autem Romanum, quæ totius mundi caput erat, accessit, ut quemadmodum cor veluti vitæ nostræ primum mobile in omnes totius corporis partes influit, ita quoque ipse tanquam caput, vel potius tanquam cor religionis Christianæ ex urbe Romana, tanquam totius mundi capite, in omnes alias provincias & terræ regna, veræ fidei spiritum vitam infundere posset. Unde S. Leo ait: *Beatissimus Petrus Princeps Apostolici ordinis ad arcem Romani destinatur imperii, ut lux veritatis, qua Pauli in omnium gentium revelabatur salutem, efficiacius se ab ipso capite per totum mundi corpus diffundaret.*

2. **P**riceps Apostolorum. Advertendum est, Christum non dixisse: *Vobis dabo claves; sed tibi, id est, Petro solùm*, adeo ut S. Bernardus in sermone quodam de hoc Festo dicat: *Claves regni celorum tam singulariter accepit, ut precedat sententia Petri sententiam cœli.* Unde Salmeron scribit: *Soli Petro dictum est: Tibi dabo claves;* *¶, Pascœ oves meas; nam et si multa Dominus dedisset Apostolis, nunquam tam illa sine Petro dedit; qua verò Petro singulariter*

Hom. 3. de Nat. Apo. themate propositis: *Tu es princeps Apostolorum.* *Quanti meriti, inquit S. Maximus, apud Deum suum Petrus erat, ut ei post naviacula parva remigium, totius Ecclesia gubernacula tradiceretur?* omnes quidem alii Apostoli in bujus navi-

Serm. 1. de S. Petro. git obsequis strenue laborarunt, soli vero Petro temonem concredidit. Unde Dionysius Carthusianus hoc ei valde proprium attribuit encomium: *Vniversorum Christianorum piissimus & affectuissimus Pater.* Neque enim duntaxat pater est omnium fidelium, sed pater est omnium Capitum, Superiorum, Episcoporum, Princeps Apostolorum. Porro Salvator noster ei speciatim dixit: *Pasce agnos meos, pasce oves meas.* Circa quæ verba Eusebius Emilianus ait: *Prius agnos, deinde oves commisi ei, quia non solum Pastorem, sed pastorum Pastorem eum constitutus; pascit igitur Petrus agnos, pascit oves; pascit filios, pascit & matres; regit & subditos & Prelatos.* Optatus Milevitanus, postquam ipsum in omnibus aliis præferri meruisse dixisset, adjecit continuo: *Claves regni celorum communicandas ceteris, solus accepit; adeoque alii Apostoli harum clavium & potestatis, quam Christus Ecclesiae suæ*

Ioan. ult. 18.

Lib. 7. con. Par.

ter dedit, etiam in aliorum presentia, solitamen Petro convenire intelliguntur; & licet ius clavium & pascendi a Domino & ad reliquos Apostolos transferit; per Petrum tamen transiuit, per quem Dominus alii contulit, quicquid alii non negavit. Innocentius III. qui Petri successor fuit, sermoni de S. Petro considerat, dictio nis hanc Cephas, qua Christus Petrum appellavit, juxta unius linguae loquendi usum, idem significare quod Petrus; secundum alium verò loquendi modum idem esse quod Caput. Quia sicut plenitudo sensuum consistit in capite, in ceteris autem membris pars est aliqua pulchritudinis, ita ceteri vocati sunt in partem sollicitudinis, solus autem Petrus assumptus est in plenitudinem potestatis, in cuius confirmationem textum illum adducit S. Joannis, in quo Christus omnibus Apostolis suis dixit: Quorum remissionis peccata, remittuntur eis; at verò quando allocutus est Petrum, dixit ei singulariter: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlo; quia Petrus potest ligare ceteros, sed nō ligari potest à ceteris, utpote summus & primus Magister & Princeps Ecclesie.

Serm. 23.
in Cant.

In Lyc. l. 4
¶ 30

videre, scire Dei Filium, & professionem divinae generationis assumere. Idemmet sanctus Archiepiscopus Christum Dominum nostrum solam Petri navim, non verò aliorum Apostolorum navigationem concordis confidens, & illius nobis reserat mysteria, dicens: Hanc solam Ecclesia navem ascendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus; siquidem in hoc ligno, in hac Petri cathedra per Spiritus sancti assistentiam decidenda erant omnia dubia, & controversiae ad fidei nostræ veritatem & integritatem spectantes; atque ab hac eadem sede in futurorum sæculorum progressu, velut ab infallibili oraculo omnium verè theologie dogmata emanare debebant.

4. Princeps Apostolorum. Præ omnibus quoque aliis Apostolis se in dono miraculorum admirabilorem esse probavit; qui tametsi S. Lucas dicat: Per manus autem Apostolorum siebant signa & prodigia multa in plebe, attamen in patrandis miraculis primus omnium Petrus fuit, quando procellos & liquidum maris elementum fiscis pedibus inambulavit. Similiter in sacra die Pentecostes, claudum illum, qui ad portam speciolam sedebat mendicans, in conspectu omnium erexit & sanavit. Unde S. Bernardus miracula ipsius hisce verbis admiratur dicit: S. Pet. Ap. cens: Quid illo potentius, cui & terra obedivit, cum mortuos redderet, & mare sub pedibus ejus se calcabile præbuit, qui Simonem Magum spiritu oris sui in aere attigit? verum enim verò prærogativa, quæ in ipso eximia prorsus, & in hac horam usque nulli aliorum, quantum saltem scire licuit, participata fuit, ea est, quam sacer Evangelista hisce ferè verbis testigat: Magis autem augebat credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum, ita ut in plateau ejicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. In quo loquendi modo in primis observandum est, quod portentosum hocce miraculum non corporum duntaxat, sed & animarum salutem, quod excellentius quid est, operatum fuerit; siquidem S. Lucas perspicuis verbis dicit: quod magis augebatur credentium in Domino multitudo. Unde prænimia admiratione S. Petri: Domini manus ita scribit: Ad umbram apostolici corporis languores S. Ap. Pet. fugere, discedere iniquitates, & omnem morborum

Serm. de

rum instantiam inauditam velocitate fugari.
 in cap. 5. Hugo etiam Cardinalis ait: Tanta erat multitudine credentium, ut omnes non posset Petrum contingere; vel tanta fidei fortitudo, ut credentes solam Petri umbram ad curationem infirmorum sufficere; vel tot infirmi afferbantur a credentibus, ut Petrus omnes non posset tangere.

Lib. 18 c. 1. de signis Ecccl. Thoma Bozios gravissimus moderni temporis scriptor in ea opinione fuit, quod quando umbra Petri unum contingebat, ali omnes quoque illi viciniores erant, curati fuerint, virtute nimis umbræ illius a primo, qui immediatè contactus fuerat, successivè transente ad omnes alios, idque ex illis confidetatione dignissimis verbis deducit: Obumbraret quemquā illorum, post quæ mox in plurali numero protequitur dicens: Et liberarentur ab infirmitatibus suis.

Tom. 4. p. 3 tr. 5. Quodidem a Salmerone notatum fuit hisce verbis: Ut liberarentur omnes ab infirmitatibus suis, quod est plus quam sudariis & semicinctiis, ut Paulus; vel tactu simbria, ut Dominus integrum conferre hominibus sanitatem. Cardinalis Baronius rationem reddit, cur omnes oculos suos in Petrum magis defixerint, isque magis prodigiolis condecoratus fuerit miraculis, ita scribit: Sicut inter omnes Apostolos Petrus a Christo primatus in omnes est auctor, ita etiam praelatoria quadam & insigniora ab eo miracula edicconcessit.

Serm. 5. de S. Petro. 5 Princeps Apostolorum. Dionysius Carthusianus ait: Ecce quam admiranda est dignitas Petri, quam sublimis est excellētia ejus, tanta, ut Paulus Apostolus vas aeterna electionis in sua fateatur Epistola: Deinde post annos quatuordecim ascendit Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim; qualis & quantus iste, ad quem videndum divinus ille Apostolus Paulus tam longum & laboriosum arripuit iter, cum undique esset tam multipliciter occupatus? Quodsi de S. Paulo scribitur: Raptus ad tertium cælum audivit arcana verba, certe Petrus adhuc in terra commoratus, ibique subsistens, dum ante in divinorum lecretorum pernarialia admisitus fuit; id enim innuntiavit verba illa: Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, præterquam quod Guerricus Abbas influ-
 Nat. Apo. per scribat: Cui magis pervium fuisse cælum credendum est quam ipsi janitor, cuius lingua clavis cæli facta est? Beatus cæli janitor (ita quoque S. Hilarius hac de re scribit) cuius arbi-

trio claves aeterni aditū traduntur. Chrysostomus Petrum cæterorū Apostolorum lingua Can. 16. in cognominavit, dum ait: Os Petrus erat Apostolus & princeps, propterea & Paulus eum inter alias uisurum ascendit. 5. Hieronymus in Cite à Lædas undecima recensetur, ita ait: Tanta Petrus Act. authoritatis fuit, ut Paulus in Epistola sua scriperit: Deinde post annos tres ueni Hierosolymam videre Petrum; & porto illud ex vana curiositate ab eominime factum fusile, in Epistola ad Galatas scribens perspicue latu demonstrat, dum ait: Non puto Apostolica fuisse gravitatis, ut post tantam trienniū preparationem aliquid humanum in Petro voluerit aspicere; quoniam igitur fine Hierosolymam se contulit: Ut videat Apostolum non discendi studio, qui & ipse eundem predicationis haberet authorem, sed honoris priori Apostolo deferendis. Theodorus Ep. ad Lædas quoque in quadam Epistola sua ita scribit: Paulus præco veritatis, tuba sanctissimi Spiritus ad magnum Petrum cucurrit. Louous quoque in capit. 13. Actuum Apostolicorum verum primum scribens, texum quandam adducit Glosa & Decreti Cap. Quis nesciat dist. 2. ubi dicitur: Docet Paulo Petrum dedisse licentia predicandi auctioritate Domini, dum dicit: Segregate mihi Saulum & Barnabam. Leo quoque IX. ibi assertit Petrum fuisse. & huic operi præfuisse.

6. Princeps Apostolorum. Præter hancenus adducta, aliud quoque privilegium S. Petri eretur possumus, uidelicet emens S. Petri soper omnes alios Apostolos sanctitas luce clarius elucescat, estque non admodum difficilis illius probatio; cum enim mensura sanctitatis ex intensioribus desumatur gradibus charitatis, nemo facile incipiatur audire S. Petrum omnibus aliis majori Christum fuisse dilectione protectum; qua de re adeo certus erat, ut ipsummet quoque Christum Dominum, cui omnia patent, hujus rei testimoniū interpellare non dubitaverit, dicens: Tu scis Domine, quia amo te. Tertium omnibusque notum est axioma illud alijs quoque ex S. Bernardo relatum; quod quantitas uniuscujusque anima estimatur de mensura charitatis quam habet. Chrysostomus vero ait: Per totum orbem terrarum Ecclesiæ præsidentiam tradidit, ad Pag. & quod omnibus maior, illum nobis majorem omnibus Apostolis in Deminum habere charitatem ostendit.

7. Princeps Apostolorum. Eternus ille Pontifex; de quo scribitur: Christus assistens Pontifax futurorum bonorum. S. petrum etiamnum nobiscum hic in terris viventem canonizare voluit, dicens: Beatus es Simon Barjona, id quod mysterio nequaquam caruit, siquidem ad ipsum, suosque successores tantum, non vero ad alios pertinebat hac vita defunctorum justos declaratos in sanctorum recensere Catalogum. Unde S. Petrus Damiani de hodierna festivitate ita scribit: Sacra
S. Petro.

prefecto, quia sacratissimo homini consecrata, & illius assignata praconis, quem conventus angelicus non mediocriter reveretur.

8. Princeps Apostolorum. S. petrus super omnes alios à Christo Gazar & aerarii cœlestis declaratus est Thesaurarius; Constituit eum Dominum domus sue, & Principem omnis possessionis sua; Ipse solus potestatem habet meritorum Christi, sanctissimæ Virginis, cæterorumque sanctorum omnium dispensandi thesauros; Tibi dabo claves Regni cœlorum.

S. Petrus velut caput Ecclesiæ consideratur, variæque ad id probandum rationes adducuntur.

DISCURSUS TERTIUS.

Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Ioan. cap. I. v. 43.

4. Lib. 3. de gratia & honore filii hominis

Cap. 21. in Ioane
An. 31, n.
240

Sermon. 2. de Nat. Ap.

Venerabilis Rupertus Abbas Tuiensis ingeniosè considerat, sapientissimum Redemptorem nostrum, mox sanctum Petrum mutato nomine appellasset, eidem quoque id sine causa nequaquam factum fuisse, insinuasse: Quæ causa vel ratio fuit mutationis hujus nominis? nunquid enim otiose, id est, sine causa, sine ratione mutaret vocabulum hominis sapientia Dei Iesus Christus & Porro sciendum est, quod sanctus Bonaventura asserit Cephas idem significet, quod caput, id quod Baronius Optati Milevitanus autoritate confirmat, unde subiungit: Sic divina quadam dispensatione factum videtur, ut una eademque voce duabus linguis Petri principatus exprimeretur, siquidem in lingua græca Cephas idem est quod caput, & in Syriaca idem quod Petra. Sacri interpres de Petro loquentes, illum tanquam caput & supremum Pastorem circumscrubunt. Unde Dionysius Carthusianus ait: Toti præsidebat Ecclesia, universasque oves suas, imo totum Mansu Sanduarij Tom. II,

genus humanum Christus ei commisit, ac subdidit. Chryostomus super illa dictione Cephas, ait: Hac omnia qua solius DEI sunt, Christus pollicetur se daturum Petro. Iermias (ita discursus suum os illud aureum prosequitur) à D. E. O multis populis datus & assignatus est in Patrem; Hunc universo orbi terrarum proposuit Christus. Ingeniosa prefectio est illa scriptoris cuiusdam moderni observatio, quod videlicet tametsi Divina sapientia duos illos Apostolos Petrum & Paulum adeo stricto inter se charitatis vinculo in omnibus rebus conjinxerit, nihilominus licet cæteroquin uno die, pro eadem causa, & ab uno eodemque Tyranno mortis condemnati fuerint, in palma tamen Martyrii assequenda eos adeo inter se diversos esse voluerit, ut non solum diverso in loco, verum etiam diverso mortis genere fuerint affliti; siquidem ut constat, unus eorum capite deorum interram posito crucifixus, alter vero capite detruncatus fuit. Sciendum est insuper quod sanctus Ioan. Baptista Christo cæteroquin adeo gratus & unicè charus, & ipse decapitatus, Christus vero paulo post

cruci affixus fuerit , idque ut graves authores asserunt, ne sanctus Iohannes caput Ecclesie reputaretur, cuius, relecto illi capite, nullum erat periculum, Christi vero caput in loco valde conspicuo sursum erexit & exaltatum fuit, ad demonstrandum quod cœli terraque caput esset, Eadem igitur ob causam S. Paulo caput amputatum fuisse, asserere possumus, ne scilicet Ecclesia crederetur esse caput. Petrum vero econtra fuisse cruci affixum capite in terram depresso ad denotandum ipsum terræ hujus visibile caput esse, nonneque illius successores. Tu vocaberis Cephas, Iam nonnullas primatum hunc spectantes analogias consideremus.

2. Sanctus Bernardus ad Eugenium Pamphili scribens, consideransque sanctum Petrum, ut ad Christum properaret in mare se concesse, cum tamen catcri Apostoli veherentur navigio , facti hujus mysterium lollicitè inquirit, & dicit: Nempe signum est singularis Pontificis Petri, per quod non navem unam, ut catcri quique suam, sed faculum ipsum suscep-ris gubernandum , mare enim seculum est , naves Ecclesia. Alia quadam vice pariter ad Christi imitationem super aquas ambulans denotavit , futurum se illius in terra vicarium , ideoque non unum sed plures populos esse gubernaturum : Siquidem aqua multa, populi multi, ita cum quisque caterorum habeat suam , tibi anni commissa est grandissima navis, facta ex omnibus , ipsa universalis Ecclesia toto orbe diffusa; ac proinde sanctus Augustinus scribit: In uno Petro figurabatur unitas omnium Pastorum. Quando Petrus à Christo petuit: Iube me venire ad te super aquas; non est temeritas , ut Albertus Magnus optimè advertit; Quia in structio fuit mundi gubernatoria, qui non in una navicula veniret, sed totum mundum gubernans vicarius Christi perfectus esse probaretur. Similiter Cardinalis Baronius in illis Gahlai maris literis subficit , illamque adeo celebrem pescationem considerans scribit: In ipsa pescatione typus quidam ac figura Petri primatus fuerat praesgnata, dum ipse primus pescandi initus confilium, & pescationem aggreditur, tametsi alii quoque retibus trahendis & intra aquas conjecundis suam navarent operam ; Educere tamen ex aquis in terram Petri solius fuit opus , ascendit, inquit Iohannes, Simon Petrus, & tra-

xit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus; fuit autem numerus hic omnino mysticus , tot enim, ut naturahum rerum scrutatores asserunt , sunt notabiliores piscium species , in quo pariter insinuabatur Petrum in sagenam Evangelicam omnes populos, omnes terræ nationes , cuius-
cunque dénum ètatis , sexus , conditionis , aut professiois inclusum esse : Ascendit Si-
mon Petrus, & traxit rete inquit sanctus Tho-
mas) in terram, quia ipsi sancta Ecclesia est com-
missa. Verum enim vero priusquam ab hisce
aquis recedamus , inquiramus velim , quod nam
is eo lateat mysterium , quod sapientissimus
Salvator noster tributum exsoluturus soli Pe-
tro, ut pescatur, præceperit ? Sanctus Am-
brosius ait: Est & aliud Apostolicum pescandi Lib. 4 in
genus, quo genere solum Petrum pescari Domi-
nus jubet, dicens: mitte hamum, & eum pi-
scis, qui primus ascenderit , tole ; dum vero
inventam in ore pice monetam pro se & Pe-
tro tributi loco extradijebit: Quid aliud (wnt An. 330
verba ex Annaibus Ecclesiasticis defumpta) n. 320
nisi Petri primatum insinuat?

3. Petro non vero aliis Christus dixit : Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua & tu aliquando conversus confirmas fratres tuos. Prævidens enim in multis Ecclesiis veram fidem ab aliis Apostolis plantatam pro-
gressu temporis perdendam , Ecclesia vero Romanæ, ledis & primatus Petri fidem nonquam interitaram esse, imo vero hanc omnium aliarum Ecclesiasticarum fidem firmam & stabilem conservatram esse, ad hanc duntaxat Petri se-
dem præclaræ hec promissio directa fuit: Porta
inferi non prevalebunt adversus eam.

4. Vocaberis Cephas. Petrus fuit ille, qui tanquam caput universalis Ecclesia portans aperuit gentilitati , ut eam thesaurorum cœlestium ficeret esse participem , & ad ipsam directa fuit illa eidem in extasi expressa re-
velatio , in qua hincum illud vidit, immundi animalibus plenum , unde si quoque pra-
ceptum , ut ad domum Cornelii centurionis se conserret, in eaque jam dictum centurionem cum omnibus domus suæ familiis sacra Baptismatis unda tingeret : Petrus monitu divino primus omnium gentilium hominem Cornelium centurionem baptizans catcri gen-
tibus aditum ad Ecclesiam referavit; ita Baro-

Lib. 2.
vers. 5.

Ser. 24. de
Santis.

Mash. 14

An. 34.
n. 201.

Ser. 63.

nus. Neque in hac occasione extra propositum esse centeo, quod scribit sanctus Ambrosius: Pransuro Petro desunt coquorum apparatus, desunt obsequia famulorum, sed quod est medium ministeria divina non desunt; ut reficiatur Petrus non cellarium sollicitè referatur, sed cum ipsum protinus aperitur, porro Elizæ ministram corvi, Petro autem non animal quodam adeo deforme morticinis devorandis affuetum, sed integrum conzivium multitudine angelica subministrat.

5. Vocaberis Cephas. Unigenitus DEI filius priusquam in celos ascenderet, in societate omnium aliorum apostolorum constitutus prandio absoluto, sanguinem petrum ad partem traxit, suumque ad eum discursum solitarie dixit, incitando ab eo nam se diligeret. Unde Chrysostomus ait: Duxerat Petrum, affectatur, cur vero illum solum & non alios alloquitur? rationem reddit dicens: Os erat Apostolorum, & princeps & vertex ipsius cœtus. Quando Christus totum Collegium apostolicum, cuiusnam circa se velut Messiam opinionis essent, interrogavit: Vos autem quens me esse dicitis, quis tunc sicut qui respondebat Albertus Magnus dicit: Ille pro omnibus, & pro omnibus respondit, qui omnibus praesse & professe debuit. Salmeron ideo Petrum solum respondit dicit: Quia summus Pontifex & Pastor Ecclesie futurus, cuius fides ab omnibus sectanda esset, quia unica est tantum fides; & hinc est, quod ei tunc fuerint coeli claves & Ecclesie primatus concessus: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.

6. Vocaberis Cephas. Aliud quoque indicium unde illum caput Ecclesie esse ostendit, tangitur a sancto Petro Damiano, dum ait: Petrus ungit omnes, cum dicit: Vos autem genus electum, regale sacerdotum, gens sancta, populus acquisitionis. Innocentius I in Epist. ad Concil. Carthaginense, quæ est 91, inter Epistolas S. Augustini, ita scribit: A quo, id est, a Petro ipse episcopatus, & tota autoritas nominis hujus emersit; & tametsi alia quoque privilegia aliis apostolis participata esse reperiuntur, atamen S. Leo scribit: Hujus munera sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, ita ut ab ipso quodam capite

dono sua velut in corpus omne diffunderet: qua in re optimè in illum quadrat insignis illa similitudo capituli, sicut enim hoc in parte eminentiori, magisque principia corporis nostri residet, omnibusque illius partibus spiritus vitales communicat; ita Petrus velut superius Ecclesia caput, omnibusque aliis Pastoribus utpote hujus mystici corporis membris, claves tuas, id est, potestatem & Jurisdictionem absolvendi, ligandi, consecrandi, sacramenta conferendi, & quevis alia sciendi, quæ ad bosum & salutem animarum, & cultum divinum, religiosique & fidei stabilimentum pertinere dignoscuntur. Caput influens (inquit Salmeron) in omnem Ecclesiam, & in omnia ejus membra, adducitque cit.

Cardinalis Baronius testimonium Anno 34 n. super psalmos, qui ita scribit: Nullus Apostolorum Pastor nomen accepit, solus enim Dominus Iesus Christus, dicebat: Ego sum Pastor bonus, me sequuntur oves mee, hoc ergo nomen sanctum, & ipsius nominis potestatem post resurrectionem suam Petro penitenti concessit. Idemmet Cardinalis S. Bernardum citat, qui ad Eugenium papam ita scribit: Sunt quidem & alii calijanitores, & gregum Pastores, sed tanto glorijsius, quanto differentius utrumque præcetera nomen hereditasti: habent illisib[us] assignatos greges singulis singulos, tibi universi crediti sunt, uni unus, nec modo oviuum, sed & pastorum, tu unus omnium pastorum, unde id probem queris: ex verbo Domini, caietiam non dico Episcoporum, sed & Apostolorum sic absolute, sic indiscretata commissa sunt oves: si me amas Petre, pasc eoves meas; quæ illius vel illius populos civitatis, aut regionis, aut certe regni: eves meas, inquis; cui non placitum non designasse aliquas, sed designasse omnes? hinc est, quod in partibus orientalibus creavit antiochiz Episcopum Eviolum, cui obediebant omnes Episcopi Orientis: Mediante sancto Marco charissimo discipulo suo, quem pastorem Alexandrinum esse voluit, to ram sibi Aegyptum, arabiam, Aethiopiam & bonam Africæ partem subiecit. In occidente fundavit Ecclesias Franciæ, Hispaniæ, Italæ, aliarumque insularum adjacentium. In septentrione quoque Pontum, Cappadociam, Bythiniam, Græciam, Dalmatiæ, Germaniam sibi acquisivit, prout Thomas Bozzius designis Ecclesia fundatissime discurrit, qui denunt sub Lib. 4. signe 6.

Hom. 87.
in Ioan.In c. 4.
Math.
Tom. 4. p. 3.
27. 2.Cor. 1. de
S. Petro.

Epist. 89.

jungit: Romanam vero voluit esse in medio possum, veluti cunctarum Principem ac matrem, ut lux veritatis, ait Leo Magnus, qua in omnium gentium revelabatur salutem efficaciam se ab ipso capite per totum mundi corpus effundere.

An. 34.
n. 40.


7. Vocaberis Cephas. Aliud quoddam argumentum, S. Petrum caput Ecclesiae esse demonstrans, ab Eudocio Episcopo Antiocheno, quem Baronius citat, manifestum accepimus, qui ait: Christus manibus suis Petrum tantummodo baptizavit, Petrus vero Andream & filios Zebedai, si denique reliquos Apostolos. Lorinus in Actuum Apostolicorum cap. 13. versum 5. scribens citat Turrecrematam de Petro sic differentem: Solum à Christo immediate ordinatum, ceterorum Apostolorum ordinatorem, quidam afferunt, ut sit verum, Romanam omnium Ecclesiarum esse matrem.

An. 34. n.
2474

8. Vocaberis Cephas. Cardinalis Baronius ait: Cur autem Petrus præ ceteris tam ad suorum defensionem quam aliorum ad fidem conversionem verbi predicationem exorditur, nisi quia primatum tenet inter Apostolos? Clemens I. Romanus S. Petri discipulus in quadam Epistola ad S. Iacobum Minorem Apostolum scripta ita ait. Domini ore cognominatus est Petrus, qui fuit primitia electionis Domini, Apostolorum primus, primus enim inter Apostolos Christum post Resurrectionem suam vidit, primus ante Ioannem sepulchrum intravit, tanquam caput & Iudeus supremus sacrilegos voti transgresiores Ananiam & Saphyram castigavit, ad substituendum in locum Iudee traditoris alieni quemdam Apostolum propositionem peroravit, nec non septem Diaconorum electionem in-

stituit, petrus cum undecim, Petrus & Apostoli; in quo loquendi modo superioritas ejus sat is manifestè conspicitur.

9. Vocaberis Cephas. Audite quæsio qualem Cardinalis Baronius considerationem ad præsens propositum nostrum, super prodigiis illo miraculo instituerit, quo Sanctus petrus sola sui corporis umbra mediante tot sanavit infirmos. Dicit enim: Quid umbra Petri, nisi imago expressa corporis Petri? certe quidem non aliunde, quam ex ejusmodi imaginibus umbra formatis picturam duxisse originem ferunt, ut ex his videas imaginum pium cultum in umbra Petri à Deo primitus in primoris illa Ecclesia tot tantisque miraculis esse divinitus consecratum Cum eamdem Deus virtutem umbra Petri indiderit, quam & corpori Petri, illud certè typicè expressum esse videtur, tanquam à Deo principi Apostolorum gratiarum copiam esse collatam, ut eadem dona persona Petri concessa sic in umbram translulerit, ut eadem in successoribus, qui referunt personam Petri, feliciter propagari voluerit, nimirum ut quamvis non omnes eaque sancti, ut Petrus, sed ex ipsis aliqui moribus essent futuri dissimiles, tamen quia ejusmodi gererent personam Petri, eam etenim à Deo retinuerint illi traditam potestatem scirentque omnes respectu Petri in honore esse habendos qui umbram saltem Petri ex hac parte referrent.



Hanc petram S.Petri omnes boni fundamenti conditiones habuisse ostenditur, simulque quo sensu Christus pariter & Petrus petra illa sint, super qua fundata est Ecclesia, declaratur.

DISCURSUS QVARTVS.

Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam. Matth. cap. 6.

- S**icut Paulus Apostolus ad Ephesios scribens, ingentem amorem, quo Dei filius, Iesus Ecclesiae sua strictissime adiunxerat, vehementer admiratus ait: *Christus dixit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro eo, ut illam sanctificaret*, qui & alii, id eadem quod Christus sanguine suo eam sic iacquisiverint, attestatur, dum ait: *Ecclesiam Dei, quia quisvis sanguine suo*; ut autem hanc suam Ecclesiam adeo ibi gratiam, pretiosam & charam ad finem usque saeculorum perennaret, stabilitateque, solidiorum profundamento faciendo petram invente non potuit, quam quandam Galilea pescatorem, siquidem Simoni, qui cognominabatur Petrus, dixit: *Ego die tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam*. Mira profectio res, quod tuper viuum quandam ceteroquin infinitis natalibus oriundum, professione abjectum, vocatione non adeo perfectum, quia conjugatum, literarum, divitiarumque expertem, omnique humano fulcro destinatum, magnam nihilominus Ecclesiae machinam, que in omnes deinceps futuras artes, cum intermodicare, & in sanctitate cum ipsomet celo decerrare debebat, inadficare decreverit! Et tamen de hac Ecclesia Doctor quidam adeo illuminatus attestatur dicens: *Dignus certè, qui adificans in domo Dei populus lapis esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum*. Enimvero quam digna Ecclesiae basis & fulcrum retinus fuerit, ex doctrina quadam ab ipsomet nobis alibi tradita deduci facile potest; Dicit enim: *Quantum quisque vult, &*
- Ephes. 5.6.* disponit superimponere molem adificii, quanto serm. 10.
AB. 20.22. erit maius adificium, tanto altius fudit fundamen- de verbo.
qui miram hanc Ecclesia erexit fabricam? Ipse
fundavit eam altissimus. Credibile est igitur, *Psalm. 86.5.*
hunc optimè eligere novisile pro fabrica illius
stabilitatis to petram aequivalentem, omnibusque
numeris perfectam, siquidem ipsamer increata &
æterna sapientia adhuc istud erexit: Sapien-
tia adificavit sibi dominum. *Prov. 9.1*
- 2. Lapis ad fundamentum.** Fundamen-
 tum aliquod tribus potissimum conditio-
 nibus debet esse prædictum, quarum prima est, ut
 sit immobile, solidum, & forte, adeo ut su-
 peradificatum ei adificium nequicquam
 commoveri, aut concuti possit. Secunda
 conditio est, ut primum in fabrica locum
 obtineat, utpote quod primum est illius
 principium. Tertia denique ut nulla struc-
 turæ aut fabricæ parte dependeat, sed po-
 tius omnium ejus partium sustentaculum
 existat, neque enim convenit, ut fundamen-
 tum ab aliquo fabricæ membro sustentetur,
 quin porius illud omnia illius membra susti-
 neant. Omnes autem hæc conditiones in my-
 stica hac petra simul conjunctas reperiemus.
Lapis ad fundamentum. Et quidem quod for-
 titudinem illius atinet, S. Leo illa Christi ver-
 ba; *Super hanc petram adificabo Ecclesiam meam* & *porta inferi non prævalebunt adversus eam*, ponderans, ita eadem interpretatur: *Super hanc fortitudinem eternum exercituum tem- plum.* S. Gregorius quoque ait: *Quis enim ne- sciat sandam Ecclesiam in Apostolorum Principis soliditate firmatan,* quia firmita-
 tem mentis traxit ex nomine, ut Petrus à petra
Ser. de nat. Apost.
Lib. 6. Re- gift. Epist.
37.

vocaretur? Eminentissimus Cardinalis Battinus super commutationem nominis Simon in Cephas (quod ut praecedenti discursu vidi mus, idem est quod Petrus) quam aeternus Pontifex fecit, discurrens, ita scribit: *Cephas cum Syriace petram significet, non tamen quamlibet petram, sed qua sit omnium durissima, caustem.* Quærerit etiam, *cum possum petre nomen ei imposuerit, quam alterius solidioris metalli, ferri v.g. chalybis, aut alterius similiis durioris materiae?* & responderet: *id quidem non ob aliam causam factum esse appetat, nisi quia & ipse Christus petra dictus est, ut quem sui gregis relinquere vicarium successorem, eundem suo nomine insigniret.* Aliam quoque rationem proposito nostro haud incongruam adducere possumus, dicendo, ideo Christum ei non attribuisse titulum metalli, vel similiis materiae, sed saxy, petrae, lapidis nomine ipsum insignivisse, quia Ecclesia sue fundamentum jam pridem destinaverat, fundamentum autem jacent ex petris, non vero ex metallis, & quidem ex petris fortissimis, solidissimis, maximis, ut toti machinæ sustentaculi loco deserviant: *Super hanc petram adificabo Ecclesiam meam.* Sanctus Ambrosius ait: *Petrus perra dicitur, eo quod tangamus saxon immobile totius operis Christiani compagem, molemque contineat.* Sanctus Basilius de hac petra pariter scribit: *Propter firmatatem maximam fidei, & infraclavum robur animi ad non cedendum ierbibus tentationum & periculorum, super quam petram promisi Dominus adficare Ecclesiam suam.* Firmitas quoque hujus fundamenti in eo satis emicuit, quod tametsi totus infernus per tot seculi aduersus eam omnem suam potentiam ad eam subvertendam adhibuerit, attamen *Porta inferni non prevaluerint.* Omnes quidem Tyranni hujus mundi, omnes herefarchæ, idololatre, Mahometani, Atheistæ, ceterique orantes Religionis nostræ inimici aduersus Ecclesiam dimicarunt, & etiamnum continuo decertant; sed non prevaluerunt, idque ob invitatum hujus petrae fortitudinem: *Quavis petra firmior (ait Chrysostomus) universo terrarum orbe relinante.* Paulo ante diximus, quod quanto ædificium aliquod sublimius est, tanto profundius pro illo jaciatur fundamentum; atque ideo quisquis videre vult, quantum hoc ædificium Ecclesiæ fesse in altum erigit, consideret necessum est, quod vertice suo coher-

Ser. 47.

In cap. 2.
Isaia.

contingat, siquidem Ecclesia hic in terris etiamnum militans, cum Ecclesia triumphantे unitur in celis; Fundamentum vero ejusdem fabricæ ipsiusmet inferni portis proxime & potestati imminet, ac proinde dicitur: *Porta inferi non pravalebunt.* Unde mitum non est, quod Petro & successoribus ejus cum Sathanæ omnibusque aliis inferni potestatibus semper dimicandum sit. Advertendum est autem, quod sanctus Augustinus postquam landom regnum hilce condecorasset titulis; *Lapis ad fundamentum, columna ad sustentaculum.* protinus subjungat titulum lequentem, quod videlicet *lapis ad regnum.* idque non sine mysterio, nec ad propositum nostrum inopportunè; pro majori namque fabricæ alicuius firmitate & fortitudine, solent nonnunquam in ipsa murorum grossissimæ solidæ ferro fabricatae *catenæ* interjici, que claves ab architectis appellantur; pro majori igitur sublimis illius ad fieri soliditate & firmitate, ecce tibi queque *orretas retro claves:* *Tibi dabo claves regni celorum;* per quod regnum celorum intelligere possumus Ecclesiam, per claves vero jurisdictionem & potestatem supremam ligandi, solvendi, decidendi, consecrandi, omniaque alia faciendi, quæ ad Ecclesiæ firmatatem & stabilitatem pertinere dignoscuntur, sibi tuisque successoribus perpetuo delegatum.

3. *Lapis ad fundamentum.* Secunda conditio quam fundamento alicui propriam esse diximus, est, quod primum in ædificio locum obtineat, sitque primum illius principium, porro licet per se caput Ecclesiæ esse, aliquâ indigeret probatione, quod hoc tamen nobis ex iis, quæ in praecedenti discursu dicta sunt, satisfactum esse censeo; at vero quod sit hujus fundamenti primus lapis, hoc aliquam adhuc patitur contradictionem. *Quodsi enim verum est, ut est verissimum, quod à veritate & sancto quodam calamo scribitur, videlicet: Fundamentum aliud non potest posere, præter id quod possumus est, quod est Christus Iesus,* quoniam modo per se petram esse assertere poterimus? Et tamen ex alia quoque parte verissimum est, quod ipsamet æterna veritas declaravit: *Super hanc petram adificabo Ecclesiam meam.* Sanctus Ambrosius, nisi serio sit Augustinus sermonis illius author, per se hoc titulo deauminatum esse scribit: *Eo quod*

1. Cor 2. ii.

DISCURSUS IV.

373
An. 33.
n. 20.

Ser. 47.
In C. 16.
Matth.
quod primus in nationibus fidei fundamenta posuit. Paulus de Palatio ait: Super hanc petram, quod hunc sensum habet, lapis super quo tota aedificii moles surgit, primus est, & qui super eo lapide non radicantur, ad aedificium non pertinent, ita Petrus primus est in aedificio Christiano. Verum dicat fortasse nonnemo, quomodo haec propositiones cum illo textu

Eph. 2.20. Psuli concordant: Superedificati super fundatum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu? Cui accedit, quod iplementum Petrus in quadam sua Epistola id ipsum quod Paulus ait, suo testimoniis corroboraret, dum ait: Ad quem accessantes lapidem vivum (de Christo loquitur) ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides vivi superadificamini. Responsum huic difficultati, ni fallor, congrua est, quod scilicet quotidiana nos experientia edocet, quod quando plura faxa in unum fundatum jacintur, omnes illi mediaote calce veluti glutine uniantur, & sic connexi unicum tantum efficiant fundatum. De S. Petro

Hom. 1. de nat. Apost. sui nominis communionem libenter indulxit, ut enim sicut Apostolus edocuit, Petrus erat Christus ita per Christum Petrus factus est petra, dicente Domino: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. S. Leo in eundem sententiam scribit: Cum ego sum inviolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum, tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solita es, ut qua mibi potestate sunt propria sint tibi mecum participatione communia. B. Laurentius Iustinianus ait: Super hanc petram participative dictam. Sanctus Basilius: Christus est immobilis petra, Petrus autem propter petram. Dionythus Carthaginus super ho-

die recitatum Evangelium ita scribit: Super hanc petram quam confessus es, videlicet super meipsum, qui lapis sum angularis. Sanctus Augustinus vero in libro retractationum suarum laptra hunc Matthaei textum scribens, (ut illum expavit Doctor Angelicus a quo citatur) dicit verba illa super hanc petram, ab unoquoque intelligi posse, prout placet, vel de Christo, vel de Petro. Sed quid est? Estne Christus & Petrus fundamentum? Dicendum quod Christus secundum te, sed Petrus secundum quod est Vicarius eius. At vero Cardinalis Baronius quoad hoc propositum ita scribit.

Nemo quid abjectum & humile cogiter, dum audit super Petrum a Christo esse superadfectam Ecclesiam, quasi tanta structura super hominem quempiam innitatur, nam sic eam dicimus supra Petrum esse a Christo fundatam, ut idem ipse Christus basis quadrata sit, ac totius structurae fundamentum, de quo Paulus ait: Fundamentum aliud nemo possit ponere, &c. adeoque concludit, quod primo & principaliter fundata sit super hanc petram, Christum, que tametsi ab eo per sapientiam admirabilem defendatur & gubernetur, nihil minus tam in celo, quam in terra statuit principatus, quibus qui sunt subditi, pareant, quam obrem licet ipse sit author Ecclesiae, protector, & moderator, tamen principatum quandam in ea esse voluit, ac Monarchiam, quam Petro constituit.

4. *Lapis ad fundamentum.* Tertium fundamentum conditionem esse diximus, quod omnes aedificii superstructi partes innitantur illi, ipsum vero a nulla fabricae parte sustentetur. Præcipua ejusdem sancti Petri laus est, quod omnes fideles ad ipsos usque Apostolos, tametsi hi alias vocentur Ecclesiarum Principes, Petro subiecti fuerint, tanquam capiti suo; id quod per Isaiam prædictum fuit, dum ait: Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem (ubi bene notandum, quod in singulari numero sermo fiat) probatum, angularium, pretiosum in fundamentum, moxque subiungit: Qui crediderit, non festines; quis obsecro locum istum, in quo de Syon, ubi quandam templum fuerat, de fide, de petra, de fundamento tractatur, de sancto petro intelligentem esse non dicat! Verumtamen textus quidam ex Apocalypsi opponi potest, in quo scribitur sancto Ioanni visionem quandam exhibitam fuisse duodecim lapidum pretiosorum, per quos denotati fuere duodecim Apostoli, quos in cœlestis Hierosolymæ, id est Ecclesia, fundamentis positos fuisse vidit:

Fundamentum primum lapidis, secundum Zaphyrus, tertium Chalcedonius, &c. Quomodo igitur tolem sanctum Petrum fundamentum hoc fuisse dicere audebimus? Facilis ad hoc est responsum, si ratiōnē sequentem similitudinem primo præmisserimus; Etenim quando novi aliquius templi aedificium erigitur, in fundamentis multa quidem faxa simul conjiciuntur, veruntamen primus lapis qui in fundamenta jacitur, lapis quidam est electus, quod

Isa. 28. 9.

Apoc. 22.

19.

quadratus, atque singulari studio politus, cui medallium quoddam includitur argenteum vel aureum Sancti illius, cui dedicanda est Ecclesia, imaginem referens, cum variorum characterum incisione, qui ad templi illius consecrationem alludunt, lapis autem iste ab Episcopo, vel alio quadam prelato ritibus & ceremoniis sacris benedictus, ingenti cum solemnitate fundamento immittitur, tuper quo deinceps omnes alii ruidores lapides successivè conjiciuntur. Et ecce tibi per omnia calum nostrum, in quo versamur, perfectissimè expreßum: *Superadificati super fundamentum Apostolorum, etenim Apostoli per alios hujus fundamenti lapides intelliguntur: Nam ut Ecclesia dicit: I sti sunt, qui viventes in carne plantaverunt Ecclesiam Dei sanguine suo: at vero primus lapis & sustentaculum omnium aliorum petrus fuit, qui, ut ita dicimus, ab ipsomet pontifice aeterno tantis cum benedictionibus in hoc fundamentum collocatus fuit, dicens Christus: Beatus es Simon Barjona; Petrus super*

hanc petram adificabo Ecclesiam meam; Lapidem probatum, talem enim ipsum in magna illa Divinitatis tua confessione fuisse ipsem Salvatorem nostrum probavit; Lapidem pretiosum; quidni enim pretiosius dicatur, qui opulentissimum etimabilium meritorum suorum, sur sanctorum matris, omniumque aliorum sanctorum & beatorum coelum ari à Dei filio constitutus est cum plenitudine potestatis magnus thesaurarius: vel etiam pretiosus nominari potest, ut pote in Iaspide figuratus: Fundamentum prius Iaspis; huic namque gemma similis visus est in throno illo, quem illi viginti quatuor seniores adorabant. Qui sedebat similis erat aper- Apoc. tui lapidis Iaspidis, ante hunc vero thronum seniores prefati in reverentia & obsequio si- gnarunt coronas & diademata sua projiciebant, ad petri suorumque successorum maiestatem denotandam, utpote coram quibus ipsi etiam Reges & orbis Monarchæ obsequiofissime lese prosternunt.

Christus Petrum petram denominando, nomen suum S. Petro communicavit; ideoque nonnullæ inter ipsos emergentes analogie considerantur; simulque variæ ad hanç petram alludentes figuræ & Scripturæ in medium adducuntur.

DISCURSUS QVINTVS.

Imposuit Simoni nomen Petrus. Marci cap. 31. v. 16.

Hec à Christo circa nomen petri, qui antea Simon appellabatur, facta mutatio tot fuit mysteriorum referata, ut Innocentius III, in sermone quodam de hodierno Festo scriptum reliquerit: *Ex hac nova nominis impositione traxit Ecclesia, ut quando Petri successor eligitur, novum ei voculum imponatur. Porro præter illas quas de imposito nomine Petri adduximus rationes, Tertullianus*

*aliam assignat, dicens: Christus Petrum ita Lib. 1.c. 13. vocat, quia & lapis & petra ipse est; itaque af- con. Marc fechavit charissimo discipulorum de figuris suis peculiariter communicare. Et quidem parum à Tertulliano sanctus Prosper discrepat, dum Lib. 2.de ita scribit: *Hec fortissima petra ab ipsa principali petra communionem & virtutis sumpit & nominis; siquidem uti multis in rebus facilè ostendi potest, Salvator noster eum sibi summum effecit. Etenim quando ad declinandum exactorum scandalum tributum pendere decreverat, illud tum pro se, tum pro**

Matth. 17. pro Petro expediti præcipit: *Da eis pro me & te.* Apostolus, ut paulo ante diximus, de Christo ait: *Fundamentum aliud nemo potest posere præter id quod positum est;* quod est Christus Jesus; & tamen hoc non obstante Petrus quoque pro primo hujus & iusticii fundamento positus fuisse scribitur, Christus de se dicit: *Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas;* huic vero pastori substitutus & pastor declaratus est S. Petrus: *Tu es pastor ovium.* Omnes ei consignata sunt oves Pasce oves meas, ut potè quas pra cunctis aliis optimè cognoscebat; unde Petrus interpretatur agnoscens, inquit Hugo Cardinalis. Christus se ostium esse dicit ovilis: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur.* Hujus autem ostii atque ovilis coelestis claves Petri consignata sunt: *Tibi dabo claves regni cœlorum. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo,* inquit Christus; Petrus autem similiter dicere potuit: *Omnia mihi tradita sunt à Christo;* quia omnia quacunque voluit, fecit in cœlo & in terra, & in omnibus abyssis; cœlum namque pro suo aperit arbitrio, aperitque pariter & claudit infernum: *Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis;* & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis. Iple tanquam caput Ecclesie Reges & mundi monarcas ante pedes suos confipit reverenter: **Matth. 11.** ter & oblequiosè prostratos: *Omnia subiecisti sub pedibus ejus.* Salvator ait: *Nemo novit Filium nisi Pater;* neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filium revelare; S. Petrus autem per revelationem Patris, perfectam habuit Patris & Filii notitiam & agnitionem, quando ait: *Tu es Christus Filius Dei vivi,* id quod illi abiolum patre revelatum fuit. Christus super aquas maris sine ullo metu ambulans scribitur; Petrus quoque Christo dicere non dubitavit: *Iubame venire super aquas.* Verum quamnam obcausam super instabilem hoc maris elementum ire postea formidavit? S. Maximus ait: *Quia postea mergebatur, ut mihi videtur necessarium fuit, ne tanti sublimitate miraculi in pernititem fortè sui aquata Christo carnis fragilitas superbiaret.* Theophylactus quoque dicit: *Ne quenam hominis est super aquas ambulare sed Dei; quia Spiritus Domini ferebatur super aquas.* De Redemptore nostro scribitur: *Virtus de illo exibat & sanabat omnes,* adeo ut Hemorrois alla Mansi Sanctorum Tom. II.

dixerit: *Si terigerò fimbriam vestimenti ejus,* Luc. 6. 19. *salva ero.* Petrus autem miracula Christi multum transcendit: ita ut in plateis ejicerent infirmos, ut veniente Petro saltet umbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Id tamen minimè mirandum est; etenim divinam promissionem adimpleri omnino conveniebat, qua dicebatur: *Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet;* cui autem hujus promissionis adimplerio magis conveniebat, quia petro, qui omnes alios in fide longè excedebat, majorique cum lumine Christum agnoscet? Majora miracula, inquit S. Bernardus, est operatus per Petrum, quam fecerit in ipse. Et Theodoretus ait: Ceterè enim plus est cœna Domini quod Petro Dominus contulit, quam quod sibi ministripit; namque aut verbo, aut contactu manus aut vestis agra corpora sanabat; Petrus autem solda etiam umbrā, quo virtutis & potentie genere non legimus usum Dominum fuisse Lorinus in Actu Apostolorum de Petro scribit: *Vicarius Christi Petrus habuit aliquando quandam veluti participationem potestatis eiusdem Christi, quam vocant excellentiam, ut sine Sacramento Sacramenti conferret effectum,* C. 8. v. 16. *vel certè potius, ut illum impetraret.* Cardinalis Baronius autem de Simone Mago tractans, alia 2. 24. quandam observationem habuit, nimurum quod humani generis inimicus Ecclesiam Christi super hac petra erectam cernens, Simonem Magum ex adverso Petri, veluti ejus futurum hostem fulcitarit: *Super quem impietas omnis fundamenta confuderentur.* Christus in collegio suo Apostolico Iudan habuit & pertulit traditorem suum, S. Petrus pariter hunc Magum, quem paulo ante ad fidem suam converterat, & in discipulorum suorum numero habuerat, suum passus est traditorem & persecutorem. Tandem vero quaranam Christum inter & S. Petrum desiderare possumus majorem similitudinem, quam dum utrumque in cruce mortuum conspicimus. Veruntamē ne mundus fortasse in persona Christi aut Petri errare posset, hic invertit deorum capite, pedibus vero sursum erectis crucifixi

2. *Imposuit nomen Petrus.* Multæ etiam in ipso circa hujus nominis allusionem adimplerent allegoria, figura & vaticinia in sacris literis

ris relata. Nota quippe est omnibus illa Jacob proposita scâle illius visio, in qua Angeli ascen-debant pariter & descendebant, quæ vertice cœlum, extremitate suâ veò terram tangebat, symbolumque erait in terra militantis Ecclesie cum illa, quæ sursum est, Ecclesia triumphantे conjunctæ. Et quidem postquam Jacob pro-

Gen 28.17. testatus fuisset, dicendo: *Non est hic aliud nisi dominus Dei, & porta cœli.* Dicit sacer textus, quod erexit lapis in titulum; quinam vero aptius per hunc lapidem in domo Dei significari poterat, quam Petrus Apostolus ad dignitatem adeo eminentem evetus & sublimatus? Petre super hanc petram adificabo Ecclesiam meam; fundens oleum de super; quia unctus est unctio-ne illâ, de qua scribitur: *Et spiritalis unctio;* id eoque denominatus est Barjona, quod idem est quod filius columba, scilicet Spiritus sancti; vel etiam dicere possumus, hancundionem ipsum-me Christum esse, qui per unitus & conjunctus fuit, quique petra denominatur: *Petra autem erat Cœrs̄ fœs;* quod nomen idem significat quod *unctus.* Porro memorabilia facta, quæ in Scriptura sacra ab omni potentia divina patrata leguntur in petris communiter acciderunt. Petra illa deserti crystallinam è sinu suo aquam scaturivit, eaque populus Israheliticus tanta cum suavitate per tot annorum curricula potatus fuit, ut mellis sapore referre videretur: *De petra melle saturavit eos.* S. autem Maximus de silice illo, qui lymphidas illas aquas scaturit, ad propositum nostrum valde congrue scribit: *Sicut in deserto sicut in populo aqua fluxit è petra, ita in universo mundo persidia ariditate lassato de ore Petri fons salutifer & confessionis emerit, aqua sapientie salutaris potavit nos.* Quibus verbis addatus ea, quæ de doctrina Apostolica sanctus Bernardus scribit: *Quid dulcius Petro, qui tam dulciter ad se omnes con vocat peccatores,*

Hom. de Nat. Apo. *sicut & actus Apostolici, & Epistolarum ejus series attestatur.* Moyses excellentem hanc à **Exod. 33.18** Deo gratiam expetit: *Ostende mihi gloriam tuam;* cui petitioni Deus noster benignissime annuit: *Ego ostendam tibi omne bonum.* Adver-tendus est autem locus ille, in quo Deus ipsum stare præcepit: *Ecce est locus apud me,* inquit Deus, & stabis supra petram; cùmque transibit gloria mea, ponam te in foramine petra. Quidam in hac petra aliud latuit mysterium, præter-

quam ut per illam nobis significaret, neminem in eum suos defigere oculos, aut vero æternam habi beatitudinem comparare posse, nisi huic petræ insit, id est, nisi Petru achæreat, eiique per fidem conjunctus existat; siquidem solus ipse cœli claves possidet? Unde Glossa ait: *Stabis supra petram, quia supra hanc petram ait Dominus, adificabo Ecclesiam meam;* in petra Moyses pos-nitur ut faciem Dei contempletur, qui enim non tenet soliditatem fides, diuinam præsentiam non agnoscit. Enimvero gloriostissimus pariterque mysterii plenissimus fuit ille Davidis cum Goliath habitus singularis prælii congressus, in hoc etenim temerario gigante, qui exprobabat Israhel, superbus ille Lucifer figuratus fuit, qui animas nostras idolatriæ mediante sub servitu-tis sua tyrannide se retentur esse gloriabitur, sed quoniam modo Christus verus ille David hunc gygantem tandem prostravit? *Nunc princeps mundi hujus ejicitur foras.* Quibus id armis obtinuit? nimur petram quandam de tor-rente, seu potius de mari Galileæ sublatam in eum vibravit, eandemque fronti ejus, quæ corporis nostri elevatior pars est, infixit: hæc namque petra ad prosterendum in Paganismo tenebra-rum principem, totius mundi capitum fixa fuit, id est, Petrus tanquam Ecclesiæ petra ad nobilissi-mam maximeque conspicuam mundi partem, id est, Romanum destinatum & missus fuit, ut potè quæ omnium gentium serviebat erroribus. Et, **Serm. in Nat. Apo.** *Magnam,* inquit S. Leo, sibi videbatur assumptissimam religionem, quia nullam reipuebat falsoitatem. Similiter notum est omnibus stratagema illud Gedeonis, quo usus est ad obtinendam famosam illam aduersus Madianitas victoriam: etenim **Iudic. 6.7.** sono usus est tubarum, necnon figulinorum va-sorum fractione, efficiendo ut lumina in vas illis abscondita inter noctis tenebras subito transperarent. Porro per tubas Evangelii prædicatio figurabatur, quæ in omnibus mundi partibus longe lateque insonuit: vasa autem figuli-na quæ fracta fuerunt, multorum fidelium denotarunt martyria, factum est igitur ut fractis per varia tormenta fætibus corporibus nostri, in hujus naturæ nostra fragilitate lux protinus emicare ceperit miraculorum & vivæ fidei. Obser-vandum est autem, quod Gedeon signum aliquod ab Angelo postulans, ex cuius intuitione posset trophae hujus obtinendi spem con-

cipere.

cipere, dum in procinto esset sacrificium illud
offerendi, perpicuis verbis libidici audierit :
Judic. 6.20 Tolle carnes & azymos panes, & pone supra petram; quam protinus ut virga tetigit, ignem in-
dè eliceret, qui oblatum à se sacrificium pe-
nitùs consumpsit. Sed ecce tibi seratum quod
in hac historia latet mysterium. Etenim Salva-
Ps. 109.2. tor noster, qui magnis consiliis Angelus, dicitur
virga omnipotentiae suæ : *Virgam virtutis sua*
emittet Dominus ex Sion, dominare in medio
inimicorum tuorum; myticam hanc petram te-
*tigat, quando ei hanc virgam, id est, hanc pot-*7.**
testatem, quam super universam Ecclesiam cun-
datisque fideles obnunt, delegavit, dicens : Tibi
dabo claves. Demum vero ignem Spiritus sancti
misit, indubitatum videlicet victoriae contra Ma-
dianitas obtinenda, sive spirituum infernalium
debellandorum, omniumque paulò ante Deo
rebellium populorum. Deo perfectè subjicien-
dorum prognosticum, atque adeo vix supra il-
lam Calvarii montis perram cruentum illud sa-
cificium consummatum fuit, cum ecce ille è pa-
radilo dilaplus ignis divinus protinus efficit, ut
Petrus in una concione sua tria, in alia vero
quinque obstinatissimorum hominum millia
converterit. Valde etiam notandum est, quod
Angelus ille, qui in Christi resurrectione in se-
pulcro apparuit, super lapide lepulchri federe
visus fuerit; ubi oportunè Chrysologus interro-
gat: Et Angelo qua causa sedendi erat, cui nulla
inerat lassitudine? sed sedebat ut fidei Doctoř, ut
resurrectionis Magister sedebat super petram, ut
soliditas fidei daret credentibus firmitatem. En-
tem Angelus ille testimonium perhibiturus erat
articulo cuidam juxta naturę principia adeo dif-
ficulter credibili, nimurum quod Christus à le-
metipso resurrexisset à mortuis, ideoque optimè
noverat quod tametsi Angelus quidam esset, vix
tamen verba sua fidei locum habitura fuissent,
nisi adhæsissent petræ, id est, nisi ex loco illo
haud secus ac è Petri cathedra in lapide illo, cui
Serm. 7.4.

Angelus insidiebat, figurata, locutus fuisset; nec
mirum, quia ut Genijum Doctor monet : Licet
Angelus de caelo evangeticus vobis, praterquam
quod evangelizavimus vobis, anathema sit;
Ioli enim Petro reservata est indubitatam fidem
veritatem annuntiandi prerrogativa & authori-
tas: Ponebat Angelus super petram fundamen-
ta fidei, super quam Christus erat Ecclesiam
fundaturus, qui dixit: Tu es Petrus, & super
hanc petram adficabo Ecclesiam meam. A
multis retroculis a Psalmista scriptum fuit: Et
statuit super petram pedes meos, & direxit gres-
sus meos. Zacharias in cantico suo Christum eo
fine venisse dicit, ut in viam salutis gressus nostros
dirigat, utpote qui claudi eramus: Usquequo
claudicati in duas partes, inquit Elias, de ido-
lolatria loquens; ac proinde illuminare his qui
in tenebris & in umbra mortis sedent, ad diri-
gendos pedes nostros in viam pacis; ecce quo-
nam modo Deus nobiscum operatus sit: Statuit
supra petram pedes nostros; cui simile est quod
alibi scribitur, quod petra refugium sit herina-
cis. Quando igitur de peccatorum remissibus
intra nos sentimus puncturas, ad hanc petram re-
currentum est, Petrus nostrum debet esse refu-
gium, ipse namque solus ab illis nos absolvendi
potestatem habet. Unde David ait: Dum an-
xiatetur cor meum, in petra exaltasti me. Hu-
go quoque Cardinalis ait: Dum homo multum
anxiatur in contritione, tunc assumit duram
pénitentiam, qua per petram significatur. Aut
vero dicere etiam possumus, quod quando Petrus
flerit amarè, Deus illum ad sublimius Ecclesie
culmen eixerit, nobisque illum reliquerit præ-
clarum nos affligendi, nostraque peccata
plangendi, ac denique severissimam
quamque pénitentiam agea-
di exemplum.
Ps. 10.3. 18
Ps. 60.30

S.Petrus notitiam Filii Dei mundo suggessit; indeque nonnullæ super verba Petri Christi divinitatem exprimentia considerationes instituuntur.

DISCURSUS SEXTVS.

*Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus Filius
Dei vivi. Matth. 16. v. 16.*

Sublimissimum gloriae & meritorum Petri culmen, sine dubio in eo conficit, quod per aeterni Patris revelationem, Fili sui divinitatem humano generi manifestavit. Unde S. Maximus Homil. 1. de hoc festo iure merito dicit :

Quis meritorum ejus gloriam, quamvis magnopere posset eloquio, à quo nobis admittenda divinitatis fides & cœpit & permanet?

*Quid tanto glorioſius viro qui fidem secreti infervabilis loquendo edidit, vivendo docuit, patiendo firmavit? Filius quidem Dei haec solita mortali carne indutus pro redēptione nostra in terram descenderat: In similitudinem hominum factus, & habitu inventus us homo; nec tamen unquam se Filium Dei esse aperte manifestaverat, sed semetipsum filium hominis esse dicebat; adeo ut à vulgo paucim filius Josephi esse cederetur; unde die quadam instanter eum rogabant dicentes: *Si tu es Christus, dic nobis parlam.* Ex altera vero parte coniecturo vite aeternâ à Dei Filioque ejus agnitione & notitia unicè dependebat: *Hoc est vita eterna, ut cognoscant te, & quem miseriſt̄ Iesum Christum.* Quis autem aliter inter omnes tam clara atque perfecta Dei cognitione prædictus fuit, ut hanc notitiam toti mundo publicaret, nisi solus Petrus? Alii omnes hallucinabantur Filium Dei, vel Baptistam, aut vero Jeremiam, vel Eliam, aut aliud quendam ex Prophetis esse aſterendo, Unicus duntaxat Pe-*

trus ex divina & infallibili revelatione magnam hanc protestationem fecit: *Tu es Christus Filius, Lib. 3. aa.* Dei vivi. Unde S. Fulgentius ait: *Nec hoc pra. Traſimun. tereundum existimo, quod Christo primum se Fi. dū Reg. c. 16.* lium hominis nuncupanti Petrus dicit: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Porro justum & æquum erat, ut ex quo Christus ex humilitatis insinuatione filium se hominis appellabat, atque pro nostra salute atque utilitate homo factus fuerat, nos ipsum tanquam verum Dei Filium recognolentes adoremus: *Num Filius Dei humanitatem suscep- ptā debuit in se sacramentum magna pietatis ostendere, homo verò redemptus debuit in filio hominis veram divine nativitatis substantiam prædicare, ut dum à Redemptore beneficium gratuita miserationis ostenditur, à redempto divina confessionis obsequium redderetur?* Hec a Petro facta confessio, neconu quam mundo de filiatione divina Christi manifestavit notitia, ex ex valde excellens erat, quod eadem ei cœlitus revelata esset. S. Epiphanius acutè considerat, *In An-* quod S. Joanni illa ab eo conscripta mysteriis re- ferta Apocalypsis à Christo revelata fuerit, ejusdem vero Christi divinitas Petro manifestata fue- rit à Patre aeterno: *Iohannes cum à Filio didicisset Apocalypsim seu revelationem suam scripsit;* Petrus verò à Patre in struttus est certitudinem fidei fundaturus. Cum enī fides Petri per omnia futura secula in Christianismum transfun- denda esset, justum erat ut hæc certitudinem & infallibilitatem suam ab aeterno Patre accipe-

Philip. 2.
27.

Ioñ. 10. 24.

Ioñ. 17. 3.

ret,

In Matth. Etus Thomas dicit, quod quando Salvator noster Petrus dixit: *Caro & sanguis non revelaverunt tibi sed Pater meus qui in celo est;* sensus illorum verborum hic fuerit: *Hoc non habes ex naturali industria, sed ex Patre meo;* nemo cognovit Filium nisi Pater, illius enim est manifestare, cujus est & cognoscere; unde nemo novit, nisi Pater voluerit revelare; ac proinde Albertus

In c. 9. Lu- Maghus scribit: *Hec est confessio, quam non decepta hominum opinio genuit, sed Pater de celo,* Deus qui suum Filium mundo ostendit, per seipsum revelavit. S. Petri opera in hunc effectum tendo. S. Maximus in alia quadam Homilia, quae est tecuhda de hoc festo, notat, quod agnitionis illius, quam magnus hic Apostolus quoad Messiae divinitatem se habere demonstravit, excellentia vaviis ex capitibus magnopere augatur; dicit enim: *Quid insignitis Petru, qui in carne postus mensuram carnis egressus, Christum Iesum vivi Dei Filium verum confiteretur & quod omnium mortaliū adiuc pectus latebat,* prima Petri lingua novo est sermone confessio. Verum enim invero ut S. Petri in facta hac confessione relucens sapientia tanto amplius se prodit, opera preium erit ut omnia & singula verba, quae velut coeleste quoddam oraculum protulit, accuratè ponderentur. Et quidem sanctus Bonaventura benè observat, quod tametsi omnes Apostoli interrogati fuerint: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Iolus tamen Petrus responderet: *Vnus pro omnibus responderet ut commendetur unitas Ecclesie in fide, confessione, & pralatione;* unde Petrus tanquam unus Prelatus universalis Ecclesie unus pro omnibus respondet, idque ex mero instinctu divino: *Non ex impetu, sed Spiritu sancto invitatus prior respondet Petrus.* In primis igitur ad primam dictiōnē, scilicet *Tu, nos reflectamus,* Albertus Magnus ait: *De persona dicit tu, distinctionem notans & articulationem.* Dicō nāc *Tu,* pronomen quoddam est secundam personam significans, id est, *Filiū Dei,* qui est sacramenta Triados secunda persona, quemadmodum pro-

nomen, ego, attribuitur Patri: *Ego sum qui sum;* *Ego hodie genui te, Filius meus es tu;* ac denique *Spiritus sancto prondem hoc, ille,* appro-

Ps. 2.7.

10. 14. 16.

priatur; *Ille vos docebit omnia,* & suggester qua-

cunque dixerit vobis: Secundum verbum à Pe-

tro prolatum, est es, cuiusdem Albertus Magnus

superaddit: *Qui verē es, juxta illud Exodi cap. 30.*

Qui es, misit me ad vos. Tertium verbum est,

Christus, de quo Alberus Magnus ita scribit:

Christus humanam naturam significat pene-

tratam divinā quasi unctione. Dicit autem

S. Bonaventura: *In nomine Christi, & divini-*

tatis, & incarnationis est expressio, & fides pas-

sionis; Christus enim exprimit personam unan-

in duabus naturis, & dignitatem regiam & sa-

cerdotalem, & gratiam penititudinem propter un-

ctionis prerogativam, de quo in Psalmo: Vnxite

Deus tuus oleo latitie; unde in nomine Chri-

sti intelligitur unctus, ungens, & quo ungitur, ac

per hoc simul Pater, Verbum, & Spiritus, secun-

dum illud Isaiae: Spiritus Domini super me, ec-

quod unxerit me. S. Thoma Dottor Angelicus

iwas quoque super verbo isto observationes ha-

bet; etenim super Matthæum ita scribit: *In hoc*

perfecta fides tangitur, quia tangitur fides hu-

manitatis, tu es Christus, id est, unctus, & con-

stat quod unctus est oleo Spiritus sancti; unctionis

non convenit ei secundum divinitatem, quia ab ipsa procedit, sed secundum humanitatem.

Hoc ergo dicit, ut humanitatem Christi aliter

estiment, quam turba, usque ad divinitatem

transcedit dicens: Tu es Christus Filius Dei.

Notandum est insuper, quod non solum dixerit:

Tu es Filius Dei; sed adjunxit: *Filius Dei vi-*

vi; quia tametsi Deum vera vita fontem esse possit nemo nesciat, tametsi ideo adjungere vo-

luit: Ad excludendum errorem gentilium, qui

quidam homines mortuos dicebant Deos, & u-

lovers, &c. sed secundum quod cum dicitur

Deus vivus, & homo vivus, de homine dicitur

per participationem vite; sed de Deo dicitur,

quia fons vite, Psal. 35. Apud te est fons vite.

Enim invero memorandum quod scribitur Mat-

thæi cap. 14, videlicet quod priusquam S. Petrus

hanc saepedictam fideli confessionem faceret, iam

dudum ante, nimirum postquam Salvatorem no-

strum aquis inambularem vidissent, Petro quo-

que premissis verbis illis: Iube me ad te venire

super aquas, liquidum illud elementum sub pe-

dibus consolidari animadvertisit, superfactum Apoltolorum collegium Christum adorarit, ei-
que dixerit; *Verè Filius Dei es;* quæ verba haud
irrationabilem ministrant occasionem dubitandi
de eo, quod hactenus diximus, nimurum veritati
satis conforme non esse quod Petrus primus fue-
rit, qui Christum Filium Dei esse cognovit, alius-
que manifestavit. Veruntamen Chrysolomus
omne dubium resolvit, dum ait: *Quamvis verè
dixerint, beatificati à Deo non sunt;* increata
enim & incarnata Dei Sapientia loxi petro dixit:
Beatus es, postquam ipsum Filium Dei esse pro-
clamavit: *Non enim ita ut Petrus, sed unum ex
multis verè filium affirmabant, precipuum quic-
dem, magisque dilictum, non tamen ex Patris
substantia natum;* unde quia ut inquit Chrysolomus,
unicuique notus erat ardentissimus ille
amor, quo Petrus magistrum suum prosequebat-
tur, ideo ne fortasse aliquis crederet, ea quæ in
illa fidei confessione dixerat, ex aliqua affectu
teneritudine & vehementia dicta fuisse, protinus
subjunxit: *Caro & sanguis non revelavit tibi,
sed Pater meus.* S. Thomas inquit: *In Christo
erat caro, & sanguis, & divinitas;* idè quia
Petrus non respexit ad carnem & sanguinem.
ei dicitur; *Beatus es, quia non judicas secundum
quod caro & sanguis revelat,* sed secundum
quod Pater meus. Verum, inquires, quid opus
erat, petrum filium Jonæ appellari; *Simon Bar-
jona?* Notandum est igitur, quod Barjona idem
sit quod filius columba; & proinde ideo hoc no-
mine appellatur, ut significetur, quod tune, cum
hac diceret, habuerit affidentiam columba, id
est, Spiritus sancti; aut vero, prout Chrysolomus
ponderat, Christus patrem petri nominare vo-
luit, sicut petrus patrem quoque suum nominaver-
at: *Patrem meum predicasti, ego etiam illum
nominio qui te genuit, ac si diceret:* quemadmo-
dum tu Iona filius es, sic ego Patris mei Filius
sum; neque enim patrem petri nominatus fuisset,
nisi in hoc aliquod latueret mysterium: Ve-
rum quia ille dixit, tu es Filius Dei, ut sic se esse
Filium Dei ostendat, sicut ille Iona filius, ejus-
dem uidelicet substantie cum Patre, idcirco il-
lud adjectum.

2. Immortales igitur petro à nobis reddenda
sunt gratiae, quod tales actantam nobis commu-
nicaverit notitiam, incarnationis nimirum &
divinitatis Filii Dei. Quis unquam intellectus sui

obtum in hunc solem, in lucem illam incom-
prehensibilem & increatam figere potuisse: *Nisi
ab ore Petri* (inquit S. Maximus) *salutaris hu-
jus fidei veritas radiaisset? A quo nobis adoran-
da divinitatis fides & caput & permanet. Num
forte aliquando ad id reflexitus, quod scilicet in
una Epistolarum suatum Roman Babyloniam
titulo cognominat? *Salutat vos Ecclesia,* qua 1. Pet. 5. 13,
est in una Babylone collecta. Scitis cur hoc no-
men huic urbi impoferit? *Hic d' solvenda e-
rant* (inquit S. Leo) *terrena sapientia vanita-
tes, hic confutandi damon cultus, hic omnis
sacrilegiorum impietas destruenda, ubi diligen-
& Pauli,* *De Nat.*
tissima superstitione habebatur collectum, quic-
quid usquam fuerat vanis erroribus institu-
tum. Eo ipso verò quo Petrus Romæ idolola-
triā destruebat, hanc Babyloniam in veram
quandam transmutando Hierosolymam, veram-
que huic civitati impertiendo veri Dei notitiam,
eandem pariter in totum hoc universum trans-
fundebat; siquidem qua uspiam gentes ignoran-
rent, quod Roma didicisset: Dionyhus Caithu-
rianus in quadam sermone de hodierno felto ait:
*Innumerabiles ex variis mundi partibus ad
Christum conversi confluebant ad Romam, ut
principem Apostolorum, & totius Ecclesie vi-
derent summum Pontificem, pleniusq; instrue-
rensur ab ipso;* adeoque tota metropolis, quam alii
Apostoli alibi colligebant, suam à Petro consi-
stentiam & itabilimentum nanciscebatur, quic-
quid Deus operatus est à tempore jacti primi la-
pidis loco fundamenti sublimis & difficili Ecclesie
fux, & quicquid in finem usque seculorum ope-
raturus est, hoc totum petro in acceptis rete-
rendum est, qui etiamnum adhuc in suis succe-
soribus operatur; nam ut S. Leo ait: *Vivit adhuc
in successoribus Petrus.* S. Petrus Episcopus Ra-
vennatum in Epist. ad Eutych. ait: *Horsamur te
frater, ut his quæ à Papa Romana civitatis scri-
pta sunt, obedienter attendas, quoniam B. Pe-
trus, qui in propria sede & vivit & presidet,
presbat quarentibus fidei veritatem. Deus post
trecentos annos, quibus navicula petri in conti-
nuis perlecurionum procellis fluctuavit, tandem
Magnum Constantiū ad fidem perducendo ad
felicem portum perducere volens, pro eiusdem
instructione utique potuisset nuntium aliquem
celestem ē cœlo expedire: aut verò poterat id
per semetipsum facere, vel alio aliquo mediante,**

non verò sine mysterio petrum & paulum ad eum destinavit; siquidem Petrus Apostolus & Paulus ipsi nos docuerunt legem tuam Domine. S. Petrus mundum in vera fide illuminaturus S. Paulus hinc Romæ collegam & socium habere voluit, ut veritatis Evangelicæ lucem universo mundo coniunctim manifestarent, ut propter in tot errorum tenebris profundissimè sepulso.

De clavibus S. Petro consignatis, & specialiter de clavibus jurisdictionis & scientiæ tractatur prolixius.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Tibi dabo claves regni cœlorum. Matth. cap. 16.

1. **U**num ex illis privilegiis, quibus tanquam speciis horibus S. Petrus omnes alios transcendit, est, quod ei date sint claves regni cœlorum, atque ideo ab Ecclesia communiter veluti claviger depictus

Hom. 3. de repræsentatur. Diligenter attendite (inquit Nat. Apo. S. Maximus) qua sit ejus gloria magnitudo, cui dum claves regni cœlorum committuntur aeterni, cœlum illi claudere & aperire permisum est. Porro clavum officium, prout experientia nos edocet, est, aperire & claudere domus vel cuiuscunque armarii fores & ostia, haecque ratione unicuique ad hunc vel illum locum aditum pandere aut praeccludere; ac proinde eo ipso quo Salvator noiter cœli claves S. Petro donavit, simul ei absolutam omnes, quos dignos vel indignos iudicaverint, ad aeternam beatitudinem admittiendi aut rejiciendi potestatem delegavit. Quoniam autem modo hisce clavibus ad paradisum claudendum vel aperiendum usus fuerit, ab illo, qui easdem velut successor eius administravit, audimus. Ait igitu: Innocentius III. Vni Petro duas claves commisit: propter illam excellentissimam fidem, qua in uno Christo duas naturas veraciter recognoscit; Petrus ergo per claves acceptas & claudit & aperit, claudit cum ligat, aperit cum absolvit. S. Thomas in hujus textus interpretatione verba haec in alio sensu exponit, dum ait: Christus vicarium suum Petrum instituit, ut introduceret in cœlum; ipsum namque cœli

portarium efficeret, atq; ad dandum omnibus animabus electis ad aeternam beatitudinem aditum deputavit: illud ministerium dedit, unde claves dedit; clavis enim introducitur, unde Petrus habet ministerium introducendi. Quicquid Petrus tanquam Vicarius Christi, & Ecclesiæ caput operatur, hoc totum ad animarum salutem dirigitur & ordinatur, ut easdem ad cœlestem semitam perducat. Alij autem facri expositores alia in hisce clavibus obseruant mysteria, quæ cuncta in Sancti hujs majoreem gloriam efficaciter cedunt.

1. Innocentius III. dicit: Prima clavis intelligitur scientia discernendi & dijudicandi; id quod etiam Rabanus docet, dum ait: Claves In Caten. regni cœlorum ipsam discretionem & potentiam D. Th. nominat; potentiam, quæ liget & solvat; discretionem, quæ indignos ab indignis excludere debet à regno: adeoque Christus Petro & successivè omnibus successoribus scientiæ ad discernendum illos, qui cœlo digni aut indigni sunt; verum etiam eos, qui digni aut indigni sunt, communicatione & participatione Ecclesiæ lux hic in terris, & simul cum hoc discernendi & judicandi dono facultatem quoque ei dedit & potestare eos repellendi, arcendi, viamq; illis praescindendi, tam ad militantem, quam ad triumphantem Ecclesiam. Secunda clavis intelligitur potentia ligandi & absolvendi, inquit idem Innocentius. Sanctus autem in super clavis ethymologiæ considerat, ad hoc se reflectendo, quod quando quis in domum claustram intrare non quærit, clavis sic unum

Serm. in Fest. Apost. Petri.

cum

Apoc. 4.

Iohann. 4. 4.

cum instrumentum, quo impedimentum istud è medio tolli possit. Porro celorum regnum obstatum istud non ex sua parte habebat, quia ut S. Joannes testatur: Vidi, & ecce ostium aperatum, sed ex parte nostra impedimentum erat, peccatum videlicet; quidem nihil coquinatum intrabit in regnum celorum; Christus autem morte & passione sua mediante impedimentum istud submovit: Quia lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo; & hanc communicavit, ut per ministerium peccata tollerentur, quod expletur per virtutem sanguinis Christi; unde Sacra menta virtutem habent à virtute passionis Christi. Quibus verbis vult dicere, quod Petro distributionem & applicationem meritorum mortis & sanguinis lui dederit, ut Sacramentis mediantibus animas nostras expiat, in qua deretur à peccatis, sicut purificatas introduceret in gloriam. In cuius confirmationem acutè observat, Christum non dixisse in tempore præsenti: Tibi do claves; sed dabo, in tempore scilicet futuro. Nondum enim erant fabricatae, erant, et nimirum fabricanda in passione; post mortem namque & resurrectionem suam Petro, & dependenter ab ipso omnibus successoribus suis hanc clavem dedit, id est, peccata remittendi potestatem. In libro Job scribitur: Si habes brachium sicut Deus, & simili voce tonas. Etenim singularissimum fuit hoc privilegium, quod scilicet potestas Dei alicujus vivi & veri, homini collata fuerit; quia quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Et tamen hoc non obstante, quando Petrus & cum eis licentia omnes alii ministri faci ad hoc ministerium deputati brachium suum in absolutione sacramentali extendunt & elevant, omnia illa peccata remittunt & condonant, quæ illis ut absolvantur, bonum videtur & placet, & non plura; ipsique soli ab illo Deo dictum est, quia omnia quacunque voluit fecit. Quodcumque sol veris super terram, erit solutum & in celis; quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in celis. Et quidem hæc est ratio, cur Ecclesia Catenarum ejus per officium particulari solemne festum celebret; cum tamen hunc honorem aliorum Sanctorum vinculis nequaquam deferat, ne quidem catenis, quibus vincitus fuit S. Paulus Apostolus, licet hæc ab ore Chrysostomi aureo tantoperè celebrarentur, fueritque per divisionem utique dispositionem, misimeque erran-

tem providentiam, sumptuosissimum quoddam templum in vinculorum ejus honorem hic Romæ erectum, nimis ad denotandam specialissimam hanc ei p̄ omnibus aliis concessam alienari culparum catenas uno verbo runt pendit, pra rogatione: Sol ve terrarum Petre catenas, qui facis ne pateant cœlestia regna beatis. Quot lunt qui beatum illud regnum per peccata sua quotidie amittunt? ad quem vero, ut ab hoc æterno exilio remittantur, suuhabent refugium, præterquam ad petrum? quando traditor ille venditionis magistri sui penitens, acceptos à sacerdotibus 30. denarios, isdem retulit, suumque confessus delictum dixit; Peccavi tradens sanguinem justū, Matt. 27. hoc ab illis responsum accepit: Quid ad nos, tu 4. videris; quasi dicere vellent: nobis peccata remittenda authoritas concessa non est; siquidem soli Petro & non aliis hec potestas reservata fuit.

3. Alia quædam clavis, qua mediante regnum beatitudinis æternæ nobis aperitur, sunt Sacra menta, quæ Christus Salvator noster in Petri manus pariter depositit. Unde Salmeron ait; Similiter etiam per Sacra menta ingredimur in Christum, quorum legitimū usum & ministerium Petro tradidit, & per eum omnibus aliis Episcopis & sacerdotibus, dicit in plurali claves, quia duplex est Ecclesiæ potestas: altera ordinis, que confertur per aliquam certam conseruationem ad confiencia & ministranda Ecclesiæ Sacra menta; adeoque omnes fideles à principio nasciunt Ecclesiæ ad finem usque mundi participationem Sacra mentorum, quæ recipiunt, S. Petro in acceptis referre debent, ut pōtē quæ ab hac clave suis duntaxat manibus commissa suum habent esse & substantiam; altera est juris dictio nis, ad moderandos & regendos populos Christianos; prima potestas super corpus Christi verum, secunda super corpus Christi mysticum. Hæc autem potestas adeo est efficax & valida, ut de illa S. Bernardus memorabilem hanc post se fest. SS. Scriptam reliquerit sententiam: Claves regni tñ tri &c. singulariter accepit, ut præcedat sententia Petri sententiam cœli. Id quod S. Petrus Damiani quoque asseruit dum ait: Iudicat Petrus, & Petri iudicia confirmat Omnipotens, & est in manu Petri manus Altissimi. Et q; hoc adeo verum, ut S. Maximus cum admiratione scribat: Cujus tanta à Deo est approbata justitia, tantaque ei potestas attributa est judicandi, ut in arbitrio ejus

Tom. 4. p. 4.

Serm. 1. de S. Petri.

Hom. 3. de nat. Apostoli Petri & Pauli.

ejus pōneretur cœlestē judicium. Idem Petrus
Da māius d'exo in omnes Angelorum Hie-
rarchias obtutu , vidit eisdem summo cum
stupore & extasi admirantes supremam hanc
potestatem pauperi crudam pilatori dele-
gatam. Dicit enim: Licit assistant Angeli præ-
sidentis imperium expectantes, & administra-
tori spiritu assignata sibi ministeria sortian-
tur, nullus tamen eorum ligandi atque solvendi
possidet potestatem. Adebat petrus, & ad eum arbitri-
um orbis universitas solvit & ligatur, &
præcedit petri sententia sententiam Redempto-
ris, quia non quod Christus, hoc ligat petrus, sed
quod petrus, hoc ligat Christus, ipso id ipsum at-
testante; quodcumque, inquit, ligaveris super
terram, erit ligatum & in cœlis. Origenes à
fando Thona in catena sua citatus, circa hanc
Petri iurisdictionem similem quandam pon-
derationem instituit, dum ait: Vide autem
quantam potestatem habet petra, super quam
adiscitur Ecclesia ejus, ut etiam iudicia ma-
neant firma, quasi Deo judicante per eam; vult
nimirum dicere, quod Petrus speciale habet
Spiritus sancti assistentiam, qui in iudi-
cio sententiam profert convenientem & ju-
stam, eique Pater aternus potentia sua spe-
cialiter assistit, efficitque ut timeatur, &
extimetur. Sanctus Maximus hac de re gravissi-
mis verbis ita loquitur: Clavis cœli lingua est re-
tri, quia singulorum merita a censendo Apostolus
unicuique regnum cœlorum aut claudit, aut
aperit, non est ergo clavis ista mortaliz artificis
aptata manu, sed data à Christo potestas est ju-
dicandi.

Hom. i. de
nat. Apost
LUCAS II. 52

4. *Tibi dabo claves. Que verba etiam*
de clave scientia intelligi possunt, ad quam
verba illa sancti Luca alludent. Vt vobis legi-
peritis, qui tulistis clavem scientia, ipsi non in-
troistis. Paulus de Palatio in cap 16. S. Mat-
thae ita scribit: Clavis una est Cathedra ma-
gisterium, & docendi autoritas; cum Domini-
nus dat claves petro, dat cathedralm docendi,
dat & imperium gubernandi in Ecclesia; Ne-
quis enim ei duntaxat contulit ordinis poten-
statem, id est, autoritatem consecrandi
& ordinandi sacerdotes, conficiendi & mi-
nistrandi sacramenta, peccata remittendi,
fulminandi censuras, promulgandi leges,
Canones, Decreta, Bullas, Concilia, prohibi-
bendi, castigandi & corrugandi; verum etiam
dedit simul potestatem definendi, declaran-

Mansi Sanctorum Tom. II.

di & decidendi omnes difficultates & dubia
 fidem Catholicam, Apostolicam, Romanam
 conceruentia; ac proinde idem Author pro-
 sequitur, dicendo: *Igitur omnes difficultates*
definire ad eum spectat, admittere ministros in
Ecclesiam, item norma ministerij divin, altaris
Sacramentorum. Habent autem haec tantam
quantam Ecclesia ipsa habet imperii latitudi-
nem: Si enim petro datur cathedra, ergo ipse
definit, si Petrus habet Ecclesiasticum impe-
riuum, ejus mandatis parendum erit. Audiamus
quidnam Eminentiss. Cardinalis Baronius
de Pontificia Petri cathedra scribat: Ipsi pri-
ma pontificia sedes Petri, cathedra lignea, di-
gnum plane tanta rei eximumque monumen-
tum quam plurimis semper miraculis illustrata,
& majoribus afferuata in ejusdem Petri Basili-
ica Vaticana recondita hactenus custoditur.
Notandum est vero, quod ipsam in Vaticano
custodiri voluerit, idque non sine mysterio,
siquidem ad hunc locum quandam gentiles
ab omnibus mundi partibus fluebant, ad
requirienda Deorum suorum vaticinia & fal-
sa oracula; ibi igitur cathedralm Petri colloca-
ri voluit, ut esset infallibile cœli oraculum, ro-
ti Republica Christiana Leges lanciens, æter-
nasque nos edocens veritates. Idemmet proin-

de Baronius ita scribit: Non possum hic non An. 35.
mirari magnopere divinum consilium, quod n. 25.
sic praeter ceteris Apostolis petrum Apostolorum
principem missum esse in Samariam certum est,
ut primum omnium heresiarcham ipso ortus
super principio condemnaret; sicque petri partes
esse ostenderetur (ut pricipi veritatis custo-
dis) adversus Catholicam fidem insurgentes
hereticos, eorumque hereses Apostolica authori-
tate condemnare. Hec clavis indubitate &
veridice scientia ipsi soli data fuit, ut bene
probat designis Ecclesie Dei Thomas Bozzius Lib. 3 signo.
de hoc punto Fides ex auditu tradans, ita de ratione
et scribit: Quem Deus elegit, ut per os ejus gen- 7.
tes audirent verbum Evangelii, & crederent,
idque teste Cypriano, Divina erat institutio-
nis, & Ecclesiastica traditionis, propter quam
scribit Sophronius patriarcha Hierosolymita-
nus, doctrinam suam paulus contulit cum petro.
Atque ideo fit, quod Petro in ordine ad hanc In 1. ad
cavem glorioissima attribuantur encomia. Timoth.
Chryostomus eum appellat Totius orbis ma-
gistrum Dionyius Areopagita: Supremum de
vin. Nom. cus, & antiquissimum Theologorum culmen, cap. 3.

Qq Chrys.

*Hom. 4. in
Act.* Chrysoftomus etiam alibi de eo dicit: *Doctrina sua instituit omnes, ipse precipius Catechista habetur, & primus extitit verbi concionator S. Petrus Damianus, sublimis illa sermonum doctrina, de Epistolis ejus loquitur. Nunquid non mirabiliter pascit Ecclesiam Dei? Bonifacius I. Archiepiscopus Moguntinus & Germania Apostolus, qui tandem martyrio vitam suam finit, tantu[m] Epistolas ejus estimavit, ut referente Cornelio à lapide, in earundem primum & honorem, eas literis aureis transscribi preceperit,*

5. Claves Regni cœlorum. Porro Petrus clavum cœlestium le moderatorem constitutum esse, in ipsius metu Romani Imperatoris, & rotius Rome, & consequenter totius mundi conspectu optimè demonstravit; nam ut sanctus Maximus adverterit: *Cum Simon se Christum diceret, & tanquam filium ad Patrem afferret volando se posse contendere, atque elatus subito magicis artibus volare capisset, tunc Petrus fixis genibus precatus est Dominum, & preicatione sancta vi. it magicam levitatem, prior enim ascendit ad Dominum oratio quam*

volatus; Neque enim volare poterat in cœlum, quia petrus qui claves cœli habebat, ei precluserat aditum; unde potestatibus illis aëris atque rebellibus, ut eum in sterquilinum quoddam præcipitem agerent, præcipiens, effecit, ut miserabiliter in terram dilapsus crura ejus minutim contracta fuerint, sive clavum in eius ens cœlum in inferni præcipitus est barathrum.

*Hom. de
nat. Apost.* *6. Claves Regni cœlorum.* Eusebius E. millenus interrogat quoniam modo sanctus Paulus in cœlum aditum habere potuerit, quando claves illius petro, non vero ipsi fuere consignatae: & responderet: *Agno scamus veras cœlorum claves meritorum esse virtutes;* prius igitur S. Petrus eximia possedit merita virtutum; unde idemmet Eusebius pro nostra consolatione concludit: *Quantum autem arbitror, omnes in nobis habere possumus claves Regni cœlorum, & quidem duplicem vim gerentes, duplēcēm habentes effectum: fides, humilitas, patientia, castitas quasi bona claves aperiunt Dei portam.*

*Hom. de
nat. Apost.*

*Hom. 5. de
nat. Apost.*

De Fide S. Petri, ejusque stabilitate. DISCURSUS OCTAVVS. Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Lucæ cap. 22. v. 32.

*Serm. 1. in
Fest. S.
Apost.* **U**na ex præcipliis quas in sancto petro admirari debemus, virtutibus, est fides ejus, in magna illa, quam de Christi Divinitate fecit, confessione manifestata. Unde Innocentius II. ai. *Hac vera fides & sancta non defigimento processit humano, sed de revelatione divina.* Angelicus Doctor etiam ait: *In hoc perfecta fides tangitur, de qua in Discursu 6. prolixus egimus. Quoniam vero in eolatet mysterium, quod Christus, quando petro ipsum notitiam hanc Divinitatis non per-*

secentiam humanam, sed per æterni patris revelationem accepisse, dixit, ipsum denominavit *Bar lona*, quod idem est, ac *Filius columba*. S. Thomas ait: *Dicit eum filium columba scilicet sancti Spiritus, quia hac confessio non posuit fieri, nisi a Spiritu sancto.* Antea Simon vocabatur, potea vero Salvator noster hoc ei nomen in Petri nomen commutavit. *Tu vocaberis Cephas, quod est Petrus.* Hugo Cardinalis ait: *Petrus interpretatur agnoscens, & significat fidem.* Super hac *In c. 8.
In c. 8.
Ioan.* tem calitus ei revelata fide fundata est DEI *Ecclesia:* *Super hanc fidem (inquit Innocentius III.) Ecclesia est in petra fundata, propter*

propter quod Dominus addidit: Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam; adeoque omnes quoquot fidem proficiunt Christianam, eandem le Petro debere in acceptis referre, agnoscere debent: ac proinde sapientissimus Magister noster Christus, postquam se pro fide sua stabilitate & perpetuitate Patrem rogasse dixisset, protinus subiungit: Confirmata fratres tuos; circa que verba Theophylactus ait: Intellexerit autem quis non solum de Apostolis dictum, quod confirmati fuerint a Petro, sed de omnibus, qui usque ad consummationem seculi futuri sunt, fidelibus Nescio an hactenus aliquando adverteritis, quod DEUS noster cui in veritate dici potest: Omnia in sapientia fecisti, Petri fidem singulariter specificaverit & exprefserit absque ulla aliorum Apostolorum facta mentione: Rogavi pro te ut non deficiat fides tua; Cuius hoc, ni fallor, esse potest mysterium, quia exterorum Apostolorum fides a fide Petri dependebat, illa enim sola vera fides dicimetur, qua a Petro in nos derivatur. Quis ita cœcutit, ut fidem in eo vivaciorem quam in omnibus aliis fusse non videat, prout in magna illa confessione satis probavit: Tu es Christus filius Dei vivi. Sicutus Bernardus de mini,

Serm. 6. in
Serm. 2. de
nat. Apost.

de
Apost.

Lib. 1. de
Romano
Pontifice.

propter quod Dominus addidit: Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam; adeoque omnes quoquot fidem proficiunt Christianam, eandem le Petro debere in acceptis referre, agnoscere debent: ac proinde sapientissimus Magister noster Christus, postquam se pro fide sua stabilitate & perpetuitate Patrem rogasse dixisset, protinus subiungit: Confirmata fratres tuos; circa que verba Theophylactus ait: Intellexerit autem quis non solum de Apostolis dictum, quod confirmati fuerint a Petro, sed de omnibus, qui usque ad consummationem seculi futuri sunt, fidelibus Nescio an hactenus aliquando adverteritis, quod DEUS noster cui in veritate dici potest: Omnia in sapientia fecisti, Petri fidem singulariter specificaverit & exprefserit absque ulla aliorum Apostolorum facta mentione: Rogavi pro te ut non deficiat fides tua; Cuius hoc, ni fallor, esse potest mysterium, quia exterorum Apostolorum fides a fide Petri dependebat, illa enim sola vera fides dicimetur, qua a Petro in nos derivatur. Quis ita cœcutit, ut fidem in eo vivaciorem quam in omnibus aliis fusse non videat, prout in magna illa confessione satis probavit: Tu es Christus filius Dei vivi. Sicutus Bernardus de mini,

Leo hic interrogat, cur ex eo quod Sathanus omnescrribatur voluit Apostolos, Christo se pro fide unius Petri, non vero aliorum oras dicat. Diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat ciudare, & tamen specialis a Domino petri cura suscipitur, & pro Petri fide proprio supplicatur; moxque magni cum fundamento respondeat: In Petro omnium fortitudo munitur, & divina gratia ita ordinatur auxilium, ut firmitas, qua per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolos conferatur. Fides quidem omnium aliorum deficerere poterit, nunquam vero Petri fides patiatur deliquum, adeo etiam, ut quemadmodum Cardinalis Bellarminus optimè prebat, nunquam acciderit, quod verus aliquis Pontifex Romanus, petri successor verus & legitimus, heresi aliqua manifeste contaminatus, vel in quocunque errorem ejusdem fidei integratem concernentem

prolapsus fuerit paulus de Palatio conceputum quandam proposito nostro optimè inserviatem ex texu illo Matthæi deducit: In C. 4.
in quo Evangelista primo de duobus fratribus petro & Andrea dicit, quod retia in mare miserint, Mittenies rete in mare; & paulo post de duobus aliis fratribus Jacobo & Joanne afferat quod retia refecerint; Resicientes retia sua: Quoniam isthac differentia tendit & inquit hic author: Arbitror autoritatem praedicandi, & doctrinam sanam docendi in Petro residere, cujus quia fides non deficiet, ideo non habet quod reficiat, sed habet, quod mittat; porro quia in aliis fides rumpi potest, in aliis morum doctrina pescum magnorum impetu nonnunquam laceratur ideo Ioannes & Iacobus (qui vi eminorū Prelatorum gerunt) reficere dicuntur retia.

2 Porta inferi non pravalebunt adversus eam, quasi diceret, inutiles erunt omnes internales machine, quotquot adversus Ecclesiam, hujusque ledis lux fidei exsolventur. Ude S. Cyrilus ait: Ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione, hereticaque circumventione manet immaculata, super omnes præpositos & Episcopos, & super omnes primates Ecclesiærum & populum in suis Pontificibus, in fide plenissima & autoritate Petri. & cum alia Ecclesia quorundam errore sint verecundata, stabilita inquassibiliter ipsa regnat silentium impensis, & omnia obiurans ora hereticorum Quot sunt in Africa, Asia, & Europa Ecclesiæ, in quibus omni ferè loculo aliqua exorta sunt haeresis & errorum Religioni nostræ permittiſſimorum urtica & vepres, tametsi in eisdem olim à principio ab Apostolis vera plantata fuerit fides? Id quod de fide Ecclesiæ Romanæ dividare sponte Petri, suorumque legitimorum successorum dici nequaquam potest. Quot fuerunt procellos tempestates, que qualifilarunt quidem, at nunquam submerserunt hinc petri naviculam? S. Gregorius ait: Sunt etiam portæ & inferi quedam potestates hujus mundi: Quid enim Nero, quid Diocletianus, quid denique iste, qui hoc tempore Ecclesiam persequitur, nunquid non omnes ista portæ inferi! Cur autem prædicti hujusce fidei inimici portarum nomine appellantur? paulus de Palatio ait: Memento in portis urbis fuisse iudices, consilia, & totam urbis autoritatem; in portis sunt arma & tormenta bellicia; itaque in portis erat autoritas & potentia urbis; Cum ergo

In Cap.
Matt. 16.

Lib. 3. Dial
In cap. 16.
Matth.

erat authoritas & potentia urbis; Cum ergo

*infernus sit velutici vitas, cuius Rex est Lucifer; per portas urbium intellige consilium, auctoritatem, potentiam Damnum, hac non praverunt contra Ecclesiam; Porro ex illis Christi premissis huc dedicitur consequentia; scilicet nullum errorem posse totam Ecclesiam macularem nunquam erit tota in peccato mortali; nunquam devit pugna in infernorum Ecclesia; nunquam Petrus carebit Ecclesia, si quidem totus infernus non pravalebit contra Ecclesiam in Petro fundatam. Sanctus Hilarius qui hujus fidei acerrimos defensor exigit, hanc ab aeterno Veritate Petro fidem promissionem considerans, continere se non potuit, quin exclamaret, dicens: *O m' nuncupatione novi nominis felix Ecclesia fundamentum, dignaque aseficatione illius petra, qua infernilegat & tartari portas, & omnia mortis clausura dissolvet!* Hugo Cardinalis ad explicationem verborum illorum, quibus in actibus Apostolicis liberatio Petri è carcere Herodis, Angelo mediante facta refertur, nimis: *Venerunt ad portam ferream, perveniens, dicit: Ferrea ostia petro cedant, custodi aula caelestis, qui Ecclesia tenens cacumen infernum superat;* Quare non fuerunt ab inferno adversus hanc naviculam Apostolicam, à primis Ecclesiæ diebus usque huc luscitati implacabiles persecutores; sed porte inferni non pravalebunt adversus eam. Observastisne aliquando, quod Ecclesia tam hodierna die, qua festiva sancti Petri solemnitas celebratur, quam prima die Augusti vinculis sancti Petri deductis, illa utatur in Missæ officio Epistola, in qua de supradicto miraculo fit mentio? num forte alia facta memorabilia debeat, videlicet mortuorum resuscitationes, vel etiam infirmorum per solam umbram Petri factæ fanationes, vel alia similia, quæ in ejus honorem legi poterant aut decantari? certum est hujusmodi non defuisse; veruntamen Ecclesia à Spiritu sancto gubernata, nobis, ni fallor, demonstrare voluit, quantum D E U S Vicarium suum in omnibus angustiis & persecutionibus suis defenderet, inutiles reddendo omnes inimicorum suorum persecutions, utpote qui ei promiserat, *Porta inferni, &c.* Cardinalis Baronius, occasione hujus ab Herode factæ incarcrationis, ita scribit: *Magno sanè terra motu Ecclesia Christi tunc concuti vijs est, dum ipsa patra in Ecclesia fundamento locata tanta agitazione quassari consiperetur, hinc tumjuges**

*In Matth.**Act. 12. 10.**An. 41. 703*

illa Fidelium omnium (quod mirandum est) pro Petro ad Deum preces effusa: nam et si alios complures Apostolorum carcere mancipatos sape legamus; de nullo tamen ipsorum universam Dei Ecclesiam adeo sollicitam fuisse reperimus, sicut de Petro, ut communis omnium parente atque a Paflore. D E U S igitur noster fidem pronuntiationis suæ servare contendit, quia dixit: *Porta inferni non pravalebunt, inutiles reddendo lacrilegi illius Regis adversus Vicarium suum excogitaras persecutions.* Quam bene hac de re discurret Chrysostomus, dum ait: *Deus concedere solus potest, ut Ecclesia tot tantisque fluctibus impetu irrumpentibus immobili maneat, atque ut homo pescator quavis petra firmior reddatur universo terrarum orbe reluctante.* Fuit quondam nonnemo, qui pro corpore Emblematis lecopulum assumpit mariatum, ad quem procellosse illum infestantes undæ franguntur, cum hac subiecta Epigraphe: *Frangit, non frangitur;* Pulchrior ad explicandam fidem Petri soliditatem adduci vix potuit, quæ omnes superavit hastenus sibi illatas armadas molestias, omnibusque persecutionum tempestatibus facta est superior, absque eo, quod navicula ejus vel minima sui parte hiscere aut rimas agere inciperet. Ad hoc allusus sanctus Ambrosius, dum ait: *Petrus petra dicitur, eo quod tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagm molemq' continet.* Vivacissima quoque ejus fides in eo præcipue relaxit, quod videlicet operatus sit miracula superiora & excellentiora omnibus aliis à quoconque alio etiam ipsomet Christo patratis, qui in hoc Vicarium suum privilegiare voluit, prout videre licuit, quando per totam corporis sui umbram, ut jam sapè diximus infirmos, quibus plateæ refertæ erant, fanavit: *Quando a Christo petit, dicens: Iube me ad te venire super aquas, ut Chrysostomus bene observat. Non dixit, ora & deprecare Deum, ut venire possim sed iube ut veniam;* vide quanta fides ipsius etiam tunc esset. Alia quoque vice quæte in mare demisit, inquit idem Chrysostomus: *Non solum charitatem, sed & fidem etiam ostendit.* Unde S. Thomas scribit: *In omnibus locis ardenter fidei invenitur petrus, eodem igitur fidei amore, quo semper, nunc quoque tacientibus ceteris credit, se posse facere per voluntatem Magistri, quod non poterat per naturam.* Optimè Salmeron considerat sapientissimum Magistrum nostrum Christum *Tom. 9. Tr. 46.*

*Hom. 55.
in Matth.**Hom. 51.
in Matth.**Tom. 9.
Tr. 46.*

in ea occasione, quā dixit : Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, replicata vice ipsum notum assisse, bis enim illuminavit dicens: Simon, Simon, attenpiorem eum redditum in se, tum in suis, quibus proficiendus erat, ad ea qua dicturus erat, tanquam magni momenti, & ut intelligamus illum, quatenus Simon est, tentatum fuisse & cecidisse, non autem quatenus Petrus: Intelligamus etiam, non solum Petro, ut papa est, hoc illi donum concessum indeficientis fidei : Verum etiam ut illi peculiari persona, quia ipse primus Apostolicus lapis futuruserat, quem debebat esse talen, ut nullaratione à rea fide posset deficere. Ejus in negationem

turpem lapsum infinita illa sapientia ad magorem illius ordinavit gloriam, majusque Petri bonum, ut in tam sublimi dignitate culmine positus semper maneret humilis ; unde eodem tempore quo lapsum suum ei prædictit, constantem quoque ei in fide sua stabilitatem promittit. Unde Theophylactus ait : Quamvis brevi tempore conceutendus sis, habes tamen recondita semina fidei, ut etiam si folia abjecerit spiritus invadentis radix tamen vivet, & non deficiat fides

IUA.



Defectus in S. Petro notatos in majorem ejus laudem & gloriā redundare ostendit.

DISCVRSVS NONVS.

Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Rom. cap. 8. v. 28.

*Lib. de cor.
Egrat. c. 5*

Hujus Apostolici axiomaticis veritatē sanctus paulus Apostolus in lemetipso per experientiam comprebaverat; idemque in se adimpleri Sanctus petrus quotidie videbat, quia rametis ambo à DLO ro Ecclesiæ sua stabilitudo ad facinora adeo heroica patranda electi fuissent, per infinitam nihilominus sapientiam suam, quæ in prædestinatis cuncta ad bonum finem ordinat & dirigit, permisit, ut unus illorum electi gregis lui persecutor fieret, alter vero tria ipsum vice negaret. S. Augustinus assumpti thematis textum ita expōnit: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, etiam peccata, nam ex casu humiliores, cantiores & ferventiores resurgunt*, cuius manifestum in S. Petro habemus exemplum, qui in Christi amore ferventissimus fuit, quemadmodum ex ter repetita Christi interrogatio ne, quæ an eum plus alius diligenter, quærebaratur, liquido apparat; quando nimis respondit: *Tu scis Domine*. Ex quo igitur indubitate verum est, quod *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, videndum nobis igitur & examinandum in præsenti discursu erit, qualiter omne id quod petro imputatur ad culpam, in majorem ipsius redundaverit laudem & gloriam. S. Leo ad præsens propositum de S. Laurentio Martyre agens, cuius gloriæ lucem Tyrannus omni conatu nitebatur obfuscare, ita scribit: *Quid non ad vitiorum gloriam ingenium tuum reperie, quando in honorem transierunt triumphi etiam inc*

strumenta supplicii? Ac proinde quænam potuerit magno huic Apollolo petro major laus attribui, quam si ostendamus, quod etiam ab eodem commissi errotes & graves imperfectiones, ad sanctitatis suæ cooperatae fuerint majus augmentum? penitus igitur veritatem hanc examinemus.

2. *Sanctus Matthæus Salvatorem nostrum Petro dixisse scribit: Vade post me Sathanas, Matth. 16. scandalum es mihi*. Sed inquit quamnam Petrus cautam dederat, ut hujusmodi responsum à Christo acciperet? nullam altam quam hanc, Christus se à scribis, senioribus, & principibus Synagogæ crucifigendum esse Apostolis suis prædixerat; cum ecce de repente Assumens eum Petrus cœpit increpare illum dicens; *ab. sit à te Domine; non erit tibi hoc;* quibus verbis postquam de ignominiosa domini sui morte audierat, se honoris & vite magistri sui præ cunctis aliis zelantissimum esse probavit, quid enim mirum quod is qui paulo ante eum filium dei esse confessus fuerat, illi Davidis oraculo firmissimam fidem adhiberet, quo dicitur: *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo?* Hugo Cardinalis ait: *Dicitur hic Petrus Sathanas, quia adversatur Domino, adverendum est autem motivum ejus fuisse virtuosum, sed ex amore & zelo;* idque verum esse, vel ex eo liquet, quod Christus illum à te minimè repulerit, quin potius majori ipsius, quam unquam desiderare potuisset, promissione dignatus fuerit privilegio, nimicrum eum suo tempore in morte sua imitandi; *Et nota quod non ideo repellitur Petrus,* inquit Hugo, *sed sequi jubetur, id quod etiam post*

post resurrectionem suam ei replicavit : Tu me sequere. Atque ideo nemo per tuadere sibi debet Petrum in debito erga Christum respectu & reverentia quicquam defecisse, quia ut diximus, hic et lacer textus dicat, quod cœpit increpare illum, ille tamen Deus, qui scrutatur renes & corda, verba Petri ab excessivo Magistri sui amore procedere probe cognovit. Unde S. Hieronymus ait: Error Apostolicus de pietatis affectu veniens, nunquam incentivum mihi videbitur Diaboli.

In Catena

3. Cooperantur in bonum. Matthæi cap. 14. scribitur quod Petrus in navi Christum iudens, aquas ingressus sic maris, ut ad Christum perveniret; cum vero inopinata in mari excitatetur tempestas, ipse pavore plenus exclamare cepit: Domine salvum me fac, & quidem licet Salvator noster manum ei porrigeret dicendo: Medica fidei quare dubitasti in hac tamen occasione, ut bene S. Maximus observat, fidem ipsius egregie exercuit: Sed quid illum tantopere dicimus trepidasse, cum trepidatio sua majorum profecti ad fidem? ut enim credidit Petrus imperio Domini sui posse se a fluctibus sustinari, ita nihilominus dum mergitur credidit ipsius Domini sui se virtute salvandum. Vere enim B. Petri dum irrepit mirabilis fides, quam nec perurgentis periculi potuit turbare formido, clamando enim dum mergitur, libera me Domine, de se diffusus est, non de Domino dabitavit.

4. Cooperantur in bonum. Licet quando Petrus in monte Thabor à gloriosa Christi transfiguratione raptus ait: Bonum est nos hic esse, sanctus quidem Evangelista id ipsum dixisse referat; Nesciens, quid diceret, indubitate tamen est, verba illa derivata tuisse ab excessu amoris, quo Christum potius in monte Thabor, quam in Calvaria monte Hom. 7. in videre desiderabat, vides quanto Christi amo Matth. reincendebatur, inquit Chrysostomus; Et enim quod ibi tria erigi tabernacula desiderarit, id fecit, de le minime existens sollicitus, de se namque nec quicquam cogitabat, dicebat enim: Tibi unum, Moysi unum, & Elie unum, quali diceret, me quod attinet, toto tempore quo Christus moram hic trahet, omnibus ecclæ injuriis expositus, quarumlibet commodatum contemptor nihil curabo. Omnia cooperantur in bonum. præterea facile nonnemini Petrus temerarius & præ-

sumptuosus fuisse, videri posset, dum se præcunctis alis Christum ad montem utque Calvaria tequi posse confidit, dicens: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam Matth. 17.

scandalizabor, tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire, etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.

Verutamen hæc præsumptio in excessivo fundabatur amore,

quo magistrum tuum ardentissime protegebatur. Unde Hugo Cardinalis ait: Pe-

In Luc. 22

trus in se considerat amorem & fervorem, sed non attendit propriam infirmitatem;

Adhuc quando in horto Getsemanni crudeles illos

infultus, quibus innocentissimum agnellum

in qui ipsum ad hoc illum ducere decreverant,

aggrediebantur, videbat, tametsi contra tot

armatos milites ipse solus esset, tamen fer-

ventilissimo zelo & amore correptus, arrepto

manu gladio eum, qui lictorum atque satel-

litum caput erat, aure truncavit; & quidem

tametsi prius petierit a Domino: Domine se

percutimus in gladio? ad hanc tamen propo-

statam interrogationem nullum expectavit re-

sponsum. Quamvis (inquit Albertus Ma-

In Ioann. 18

gnus) quereret a Domino si percutiendum esset;

tamen ex zelo concitatus prius percussit; Id

quod Cæthunianus quoque admiratur, potius

quam vicuperet; Percussit, inquit, Pontificis ser-

vum ex magno amoris fervore, quo Iesum dile-

xit praeter nos, quem petrus stans juxta Iesum

non magis laisseret, quam alium, nisi ille primo

cœpisset mittere manum sacrilegam in filium

Dei neque enim id licet ex motivo proprio vim-

dita, sed in justam innocentis defensionem:

Non se ulcisceretur, inquit S. Thomas, sed ma-

gistrum: idque evidenter probat: videbis pe-

trum verberatum & humiliiter ferentem,

In Cat.

D.Th.

Chrysolomus pariter eum excusat, imo laudat:

Eius fervore dignum fuit facinus, quod enim

solus existens armatis le cohortibus oppone-

re non dubitarit, id à temeritate procul ab-

est, sciebat enim se illi Deo vicinum esse, de

cujus auxilio David dicebat: Si consistant ad-

versum me castra non timebit cor meum, si ex-

urgat adversus me prælum in hoc ego sperabo;

sciebat etiam ipsum esse Deum illum, qui est

Deus exercituum; qui Samsoni vires indule-

rat, ut in maxilla asini integros profligaret

armatos exercitus; unde & unico duntaxat

verbō haud fecus ac si fulmen de celo cila-

psum tulisset, omnes illas turbundosum mil-

1000

Pf 26 3.

tum cohortes retrosum collapsos in terram prostravit solum dicendo: *Ego sum.*

s. Omnia cooperantur. Quando etiam gravissimus, qui Petro accidit, lapsus, cilietur ejus in atrio Caiphae trina vice cum perjurio facta magistri sui, abnegatio particulatum consideratur, videbitur manifestè, quod & hunc Deus in bonum servi sui clementer convertit. Enimvero quaestio est diligenti examine dignissima, quamobrem Deus sublime & stabile Ecclesiae suæ adficium in terra adeo solidè erigere & fundare volens, ut nulla unquam posset potentia commoveri, pro illius tamen fundamento jaciendo petram quandam elegerit, quæ ad levissimum muliercula alicujus flattum vacillaret. Respondet Regulas bonæ & perfectæ architecturæ id exigere, ut quanto altius erigenda est fabrica, tanto quoque profundius sit illius fundamentum: *Quanto erit magis adficium* (inquit sanctus Augustinus) *tanto altius fodit fundamentum.* Supremus igitur artifex ille, qui adificavit sibi domum, profundissimum jacere fundamentum voluit, id est, Petrum in tam eminenti culmine positum, per lapsus sui memoriam humilem semper conservare decrevit. *Sanctus Bernardus* in ea est opinione, quod in negatione sua: *peccavimus peccatum grande Petrus Apostolus, & fortassis quo grandius nullum est, & tam velocissime quam faciliter veniam consecutus est, & sic ut nihil de singularitate sui primatus amitteret.* Adeo nimur dolens fuit ejus penitentia, ut divina pietas in cor ejus coelestes gratias in tali abundantia depluerit, ut in amando divinum magistrum suum eique inserviendo multo facilius sit serventior. In cuius rei fidem sanctus Gregorius hanc adhibet similitudinem: *Dux in pectio illum militem plus diligit, qui post fugam conversus, fortiter hostem premit, quam qui nunquam fugit, & nunquam fortiter egit.* Enimvero quis noltrum hoc, flevit amare, unquam ad sufficientiam satis ponderare poterit? quippe agnito errore suo in amarissimum fuit planctum resolutus, idque non sine egregio prudentiæ specimine; nam ut sanctus Thomas ait: *Quia declinavit a consilio eorum, qui induxerant eum ad peccatum, flevit amare:* Hæc autem fletus sui amaritudo in multis notata fuit, quia in toto vita sua residuo tempore hanc à se com-

missam culpam ita deploravit; ut in continuo fuerit amittendi visus periculo, imo lachrymæ ob planctum continuum, profundos in ejus facie sulcos egerint. Notandum quoque est loquendi modus, quo facer ulus est Evangelista: *Dicit enim Capit flere, quasi diceret, cœpit quidem, sed ad ultimum usque spiritum nunquam finivit.* Porro quin in hac negatione fidem nunquam perdiderit, certissimum est, solum enim charitas in illo ob mortis timorem non-nihil intepuit, interea vero in præsentissima hac agnitione fuit, se nimis scholæ Christi esse discipulum, nam ut scriptura ait: *Loguela sua manifestum eum faciebat.* Enimvero minime dubitandum est, quin sanctus hic Christi Apostolus plurimum gaudeat, infelicem hunc lapsum suum ab omnibus Evangelistis ad concordum fidelium instructionem in animalibus Evangelii diligentissime enartari, *Ad Dei gloriam illustrandam,* inquit Salmeron; *Et ad peccatores divina misericordia ac* Tom. 10, tr. 23, *sue venia alliciendos.* Imo sanctum Marcum, quem, utpote tanto tempore secum demoratum, filium suum agnominavit, præ omniis aliis in recensendis, amplificandis, & aggravandis imperfectionibus suis fusum, imo singularem esse voluit. Aliud quoddam ex hoc suo laplo emergens bonum sanctus Thomas tangit, dum ait: *Ideo petrum negare permisit, quia voluit, ut ipse, qui preponendus erat roti Ecclesiæ, infirmus & peccatoribus magis compateretur, expertus in seipso infirmitatem peccati.* Porro similem quandam ponderationem in venerab. Ruperto Tuitiensi Abbate reperio, ait enim: *Quando autem vel quomodo sciret, homo positus in celstudine honoris, in magna conscientia sanctitatis descendere pravis, condolere miseris! oportebat prædestinato atque vocato ad tantam celstudinem petro causam subesse, & magnitudinem honoris ejus præire, unde illi humilitatis atque compassionis scientia jugiter posset accedere.* Imo ejus penitentia Domino suo grata adeo & accepta fuit, ut post tres ab hinc dies resurgens (postquam illum antea benignissime respexit: *Respexit petrum*) ad eum consolandum summa cum teneritudine & affectus singularitate ei apparuerit: *Surrexit Dominus & apparuit Simoni.* Angelus quoque sanctis illis Mariis sepulchrum visitantibus

Tom. 10,
tr. 23.

In Ioan.

Lib. 2. de' oper. Spir.

Sanct. c. 18

Serm. 1. in Fest. Apost. In Matth. *peccatum grande Petrus Apostolus, & fortassis quo grandius nullum est, & tam velocissime quam faciliter veniam consecutus est, & sic ut nihil de singularitate sui primatus amitteret.* Adeo nimur dolens fuit ejus penitentia, ut divina pietas in cor ejus coelestes gratias in tali abundantia depluerit, ut in amando divinum magistrum suum eique inserviendo multo facilius sit serventior. In cuius rei fidem sanctus Gregorius hanc adhibet similitudinem: *Dux in pectio illum militem plus diligit, qui post fugam conversus, fortiter hostem premit, quam qui nunquam fugit, & nunquam fortiter egit.* Enimvero quis noltrum hoc, flevit amare, unquam ad sufficientiam satis ponderare poterit? quippe agnito errore suo in amarissimum fuit planctum resolutus, idque non sine egregio prudentiæ specimine; nam ut sanctus Thomas ait: *Quia declinavit a consilio eorum, qui induxerant eum ad peccatum, flevit amare:* Hæc autem fletus sui amaritudo in multis notata fuit, quia in toto vita sua residuo tempore hanc à se com-

in mandatis dedit, ut Apostolis, & inter eos specialiter Petro Salvatorem à mortuis resurrexisse annuntiarent: Ite, & dicite discipulis ejus, & Petro. Similiter priusquam ad celos ascenderet, eundem leonis vocatum non semel tantum, sed triñā vice, num se plus omnibus aliis diligeret, interrogavit, eique gregem suum de novo consignavit & recommendavit: Pasce agnos meos, pasce oves meas, animas videlicet illas, pro quibus per tristitia trium annorum decursum ingentem perpetuus fuerat innumerabilium passionum & tormentorum illadē, quāsq̄e pretiosissimo sanguine suo redemerat. Unde S. Maximus ait: Pascendas ovinulas suas agnosque commendat, ut quos illa pietatis miseratione redemerat, hic fidei sua virtute servaret.

6. Omnia cooperantur in bonum. Celebris est controversia, cujus in Epistola ad Galatas cap. 2. sit mentio, quæ Petrum inter & Paulum

circa Hebraïsmi ritus, ceremonias & observantes legales agitabatur, quæ ad gentilium aures delata in magnum cedere poterat novæ & Evangelicæ legi præjudicium; de qua Cardinalis An. 51. Baronius ad longum pertractat, ostendens in n. 35. eadem nullam prius intercessisse ex parte utriusque culpam, quin potius in eadem Petri reprehensione a Paulo facta singularē quoque eluxisse Petri virtutem. Unde S. Gregorius ait: Tacuit Petrus, ut qui primus erat in Apostola. Hom. 18. ita culmine, primus esset in humilitate. Et san. Ezech. Atus Augustinus similiter scribit: Rarius & san. Epist. 9. ad Etius exemplum Petrus posteris præbuit, quo non Hier. designarentur à posterioribus corripī, quam Paulus, quo confidenter auderent minores majoribus, pro defendenda veritate, salva charitate resistere.



De obsequiis, quæ omnes fideles, præcipuè verò Reges & Imperatores pedibus S. Petri exhibent, fusiùs differit.

DISCURSUS DECIMVS.

Dicit ei Petrus : Domine tu mihi lavas pedes? Respondebit Iesus, Et dicit ei: Quod ego facio, tu nec sis modò, scies autem postea.

Ioan. c. 13. v. 7.

1. **S**icutus Petrus, qui tanquam universalis Ecclesia caput divinitatis majestatisque infinitæ Filii Dei speciale lumen & agnitionem habuit, ad pedes suos illum cernens prono corpore profatum, in cuius nomine omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, nil mirum frarontur & obstupefacti exclamat dicens: *Domine, tu mihi lavas pedes?* Porro spirituales animarum nostrarum fortes emundare proprium esse Spiritus sancti, sancta Dei Ecclesia hisce verbis attestatur, dum ita canit: *Lava quod est sordidum;* at verò quod Filius Altissimi, quem adorant Dominationes, tremunt potestates; candor lucis aeterna, & Speculum sine macula, iisdem manibus, qua amplias fabricarunt æclorium spheras, de quibus scribitur: *Cœli non sunt mundi in conspectu eius,* pulvarem, lutum, cunctaque alias fortes vilissimi cuiusdam pescatoris pedibus adhærelentes non dedignetur ablosgere, quis sine admirabili stupore audire poterit: *Domine, tu mihi lavas pedes?* S. Thomas ait: *Hec dicebat Petrus territus ex consideratione maiestatis Christi?* Unde ex mente Doctoris Angelici Petrus diceret voluisse videtur: *Tu, qui es Filius Dei vivi, mihi lavas pedes, quis sum Simon Barjona?* Tu, qui es agnus immaculatus, speculum sine macula, mihi lavas pedes, qui homo peccator sum? Sanctus autem Doctor Seraphicus hofce admirationis & stuporis actus considerans dicit: *Expavit Petrus, quasi diceret: Quid est?* Tu? & quid est, Mihi? infinitam nimicam quæ inter maiestatem Dei, & pedum suorum vilitatem intercedit, dispropotionem & distantiam ponderans; ac si diceret: *Filius Dei aeternus, & ego homo mortalis.* Unde, inquit Chrysostomus, *tu lavas pedes meos manibus, quibus oculos caeci aperisti, leprosos mundaisti, & mortuos suscisti?* Dionyius Carthaginanus sensus animi, quos S. Petrus in eo momento utique habuit, hisce quoque verbis pulchre ac devote meditatur: *Tu talis ac tantus, cui dixi: Tu es Christus Filius Dei vivi;* & turba paulo ante clamavit: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel, Osanna in altissimis;* tu tanta sapientia, sanctitas & potestatis, qui solus sine peccato es, qui mortuos suscisti, mihi pescatori in tam abjecto & infimo actu ministras! ante genua mea te prosternis? tuis sanctis & venerabilibus manibus pedes meos immundos ac sordidos tangere vis & purgare? Porro S. Ambrosius reluctantiam Petri, qua obsequium, quod Christus

De iis qui
initiantur
cap. 6.

Christus pedibus suis impendere decreverat, admittere recusavit, nequaquam admiratur, quia, inequit, pro eo tempore nondum intelligebat ministerii illius mysterium: Petrus non advertit mysterium, & ideo ministerium recusavit. Idem quoque sentit Carthulianus, dum ait: O quam magnus fuit Iesus in oculis Petri, cum dixit: Tu; & quam par vus fuit Petrus in oculis propriis, quando adjectis, nabi! verum enim vero venia vestra mihi dictum hoc Petri in ejusdem laudem convertere liceat, & dicere: Quam magnus fuit Petrus in oculis Iesu, quando eus lavit & osculatus est pedes! Etenim pie credere licet, Christum obsequium istud Petri pedibus magno cum lacramento exhibuisse; nimur ut illos per omnia secula cuncti fidelibus cuiuscunq[ue] demum sine statu & conditione, ipsi quoque Regibus & mundi monarchis non tollim in Petro, sed & in omnibus aliis legitimis successoribus suis venerabiles efficeret. Id quod forsitan incarnata illa Sapientia insinuare voluit, quando dixit: Quod ego facio, tu nesci modo, scies autem postea. Quali diceret: Tu quidem pro nunc obsequi & venerationis illius, quam pedibus tuis exhibeo, non intelligis mysterium, erit autem tempus quando illius sensum & intentum manifeste intelliges, quando videlicet cunctos Christi fideles pedibus tuis obsequiosè & devote ad voluntos videbis, ut illos adorent, iisque devotionis & venerationis oscula infigant. Enimvero varias, si ita placet, sacramentum Scripturarum examinemus figuram & testimonia, quibus sacrosanctorum pedum Petri exaltationem longinquò prævidisse, nobisque prædicere voluisse videntur.

3. A multis retrò saeculis Ilias Propheta felicissimum Ecclesiæ successum, præcipue vero gentium conversionem ad fidem hinc verbis clare prædicti: Ecce levabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum, id est, crucem meam, sub cuius vexillo tot exterræ nationes terra ante idolorum cultui deditæ conscriberentur; demum vero dicendo, sive ut melius & verius dicam, prædicando prolequitur, & ait: Et erunt Reges nutritii tui; velut Hugo Cardinalis interpretatur: Potentes faculi in temporalibus nutritiunt Ecclesiam, ut Constantinus & alii. Denique illud, quod hodie pedibus summorum Pontificum à Regibus ipsi-

met præstatur obsequium, claris verbis prædictis, cum ait: Vultu in terram demissō (ita de ipsi simet terræ hujus potentibus loquitur) adorabunt te, & pulvrem pedum tuorum lingent; cum enim pedes, ut potest terram proximè contingentes ut plurimum folido aspergi sint pulvere & luto, hec ab iis, qui illos osculantur, facile imbibuntur. Pergit Ieremia ulterius deinde; quod in illo tempore nemo amplius ambigere possit, an Filius Dei in terram descenderit, veraque promulgata sit fides: Et scis quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum; quodnam enim veritatis fidei nostra clarius exponi posset argumentum, quam principes & mundi hujus monachas in præstigi homagii signum, ad pescatoris alicuius pedes humillime videre prostratos? Idem Propheta, qui eò quod eorum, quæ novâ lege coniugunt, punctualissimus sit scriptor, per antonomasiam Propheta Evangelicus denominatur, dum de aditu, quem Gentiles in Ecclesiam habitudi erant, tractat, paulo post ita ait: Aperite portas, & ingrediatur gens justa. S. Ilidorus: de vocatione gentium ita scribit, quo vaticinio ostenditur, justum humilemque gentium populum successisse in locum, quem superba gens Iudaorum perdidera; vetus error abiit, inquit Ieremia, id est, ut Interlinearis declarat, cultus idolorum. Porro Roma, quæ caput erat totius universi, & à Petro Babylonie denominatur, inter omnes alias civitates à B. Petro ad demoliedam omnium aliorum paganorum idolatriam prælecta fuit, quia omnium gentium serviebat erroribus. Civitatem sublimem humiliabit; quia eandem pescatori alicui subjectam esse fecit. Et ideo Hugo Cardinalis per illam civitatem sublimem inteligit Romanum; cui opinioni Dionysius, Interlinearis, & alii consentiunt: Qua multo tempore tenuit mundi monarchiam, humiliabit superbos, habitatores ipsius perducendo ad veram & Christianam humilitatem, humiliabit usque ad terram, usque ad humili coram Deo prostrationem; adorando, sequé humiliè prostrando non solum coram crucis Christi patibulo; verum etiam coram pedibus suis in terris Vicarii. Detrahet eam usque ad pulvrem; quia ipsos quoque Reges & monarchas, ut le iugnum reverentia, & in sanctæ fidei nostræ protestationem pulvribus pedibus Petri adha-

Iz, 26, 6.

Cap. 2.

rescentibus admoveant, inducet, sicut induxit Constantiū Magnum, ut dum sumptuosissimæ, quam in hujus S. Petri honorem erexit, Basiliæ prima jaciebantur fundamenta, duodecim cophinos onustos, in sua erga divum Petrum intimæ devotionis signum humeris suis deportaret; ac proinde Ilias subjungit: *Conculabit eum per pedes pauperis*, id est, per illus, qui dixit: *Ecce nos reliquimus omnia. Argentum & aurum non est mihi;* qui, ut Nazianzenus in Annalibus Ecclesiasticis citatus scribit, famem suam ex comparatis pro uno obulo lupinis pellebat, cœtum lacer incedens & repetiatur; pes, inquam, ille sceptrum sibi & diademata imperialia subiciebat. Unde Constantiū Imperii insignia deposuit, quando, ut illius adiutor deferviret, humeros suos terræ glebæ oneravit, ut se Petri servum esse ostenderet. *Pedes pauperis gressus egenorum* (inquit Dionysius Carithianus) *predicatio & introitus Petri & Pauli eam salubriter conculcavit, ut quaerat domina mundi, ancilla fieret Christi.* Possestio, ut omnibus constat, sedibus accipitur, unde Possestio, quæ sedibus positio: atque ideo David dominium, quod sibi in Iudæam comparaverat, ostendere volens, dicebat: *In Iudæam extendam calceamentum meum, mibi alienigenæ subditi sunt;* & consequenter eo ipso quo Petrus pedes suos extendit ad fideles, ad Principes & Reges, usillo osculantur, simul etiam dominium & potestatem insinuar, quam velut supremus Pastor & Caput Ecclesiæ in omnes faculi potestates & Principes obtinet. Quoad Jurisdictionem spiritualem Petri, omniaque alia quæ eidem annexa sunt, coelesti Davidis oraculo scribirur: *Omnia subiecti sub pedibus ejus, oves & boves universas, insuper & pecora campi.* Circa quæ verba Hugo Cardinalis scribit: *Petro dictum est, pastores oves meas, & boves, scilicet Prelatos & predicatoros in agro Domini laborantes;* Albertus autem Magnus reliquum explicat, dicens: *Et pecora campi;* hic ostendit potestatem super malos. Enimvero obseruandum est, quod S. Joannes, prius quam Christum manus suas Petri pedibus subiecte diceret, paulò ante præmisserit: *Sciens Iesus quia omnia dedit ei Pater in manus;* ideo que videtur Evangelista dicere voluisse, Christum Petri pedibus totum hoc universum subjici-

cere voluisse, ut jam dictum Psalmista adimpleretur oraculum.

3. In maximam semper admirationem me primum rapuit miraculugæ, quod magnus hic thau-maturgus in Ecclesia exordio patravit, dum claudio illi rectos denuo gressus restituit; nunquid enim maior patraturus fuisset miraculum, si per umbram infirmis sanitatem, aut vero defunctis vitam restituisset? Respondeat S. Ambro^{78. in} sis: *Primum ergo signum mirabile, quod appen de B. Petrus Apostolus fecit, clando pedum restituendo, ut diximus, vestigia: audistis frequenter ipsum Petrum à Domino petram nuncupatum; ergo Petrus petra est, super quam adiunctatur Ecclesia, rectè prius pedes sanat, ut sicut in Ecclesia fideli fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet: rectè inquam, primò in Christiano pedes curat, ut jam non trepidus quis & imbecillus possit super petram Ecclesie stare, sed robustus & fortis incedere.* Hic tuit S. Ambrosii lenitus; ac vero ad propositum nostrum possumus dicere, quod meritò primum miraculum in eo, qui pedibus claudus erat, operatus fuerit, quod claudus ille figura fuit idolatriæ; unde magnus ille Carmeli patriarcha Elias idolo Baal devotis dicebat: *Vñque quo claudicatis in duas partes?* Et enim Petrus ad hoc propriè electus fuerat, ut hunc paganismi claudum engeret, atque ad veram fideli agnitionem perduceret, aut vero dicere etiam possumus Petrum primum suum patras miraculum circa hunc claudum ad templi ingressum seu fores consistentem, ut denotarer, quod quia in hoc tanquam in figura omniem idolorum cultum profligavit, ideo illa falli aut fallere nescia coelestis providentia hoc Petri insigne obsequium remunerare disponuerit, per hanc gloriam & universale à toto Christianismo pedibus suis in hodiernum usque diem exhibitum obsequium. *Pes meus stetit in directo,* ita Petrus dicere poterat, *in Ecclesiis benedic te Domine.* Ubi Albertus Magnus ait: *In directo, in Christo, qui est recta via;* pedes namque suos super peccatos imposuit, quando illos Christus lavit. Cassiodorus dicit: *In via recta, scilicet in mandatis, id quod etiam de Petro verificatur;* siquidem non solum fuit divinorum præceptorum punctualissimus executor, verum etiam quia ut nos quoti- die

Pf. 38. 10.

Pf. 3. 8.

Pf. 25.

die confitemur : Petrus Apostolus & Paulus Doctor Gentium , ipsi nos docuerunt legem tuam Domine ; quis autem est qui non videat quam perfecte in Petro sequentia etiam verba verificantur : In ecclesiis benedicam te Domine ; etenim omnes Dei laudes, quae divine maiestati sui in ecclesiis per solvantur , suam à Petro originem habent & approbationem.

4. Ipmelit quotidiana experientia teste manifestus est cultus & adoratio , quæ hisce pedibus continuo & quotidie præstatur. In Actis Apostolorum legitur, quod quando Petrus Hero-diano carceri inclusus in procinto erat ut inde liberaretur ab Angelo , primò sibi dici audiret hæc verba : Calceate caligas tuas . Num forte calcei illi tanti pretii & valoris erant, ut magna æstimanda fuisset jactura , si illos intra carcere muros tenebricos dereliqueret ? Imo vero, neque enim conveniebat ut calcei illi intra lictorum manus relinquenterentur, qui ab ipsis met mundi Monarchis , imo ab ipsis etiam hædi nostræ inimicis ad Ecclesiam redeuntibus venerabundis & obsequiosis oculis honorandi erant, prout dudum à Spiritu sancto fuit prædictum :

Inimici ejus terram lingen. Imo certissimum est, quod in eorundem pedum honorem plumbum mare cum certa quadam ambitione ad eosdem magis honorandos in stabile se elementum

Serm. 49. consolidarit. Unde S. Ambrosius ait : Eadem unda quo fluctuat suspirat ibi idem gurges qui mergitur & famulatur. Ob eundem hunc pedes honorandi finem Christum ita dilipotus , certo mihi persuadeo , ut Petrus in crucifixione sua , tametsi nihil cogitans , plantas hæc in altum, nimirum cœlum versus erigeret, ut hac ratione oculis & honoribus uniuscujusque tantò magis essent exposti ; cùmque S. Joannes Baptista, postquam Christus de eo gloriosum hoc edidisset testimonium : Inter natos mulierum non surrexit major ; de Christo dicat : Non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti, hic econtra videmus , quod pedes Petri lavare & osculari non de dignatur ipsemet Christus , caput suum nisi submittendo , eoque sicut & succelorum suorum pedes in terra pro viribus exaltando & honorando : Faciam illos ut veniant & adorent ante pedes tuos.

Apoc. 3. 9. do & honorando : Faciam illos ut veniant &

5. Demum vero quam hi sacrosancti pedes

Petri ab omni terreni pulveris nexo puri & mundi fuerint , deduci potest non solum ex lotione , qua Christus illos propriis manibus suis houoravit , verum etiam ex eo, quod sub hisce pedibus vili sunt thesauri inestimabiles auræ & argenti , velut conculcati , & velut lutum nihili estimati ; primi etenim fideles comparatum ex dividentis possessionibus & facultatibus suis aurum & argentum ad Apostolicos pedes certam con-

gerebant. Unde Chrysostomus ait : Magnus in glossa

honor, quandoquidem non in manus, sed ad pedes Apostolorum ponebant. Cur autem ad pedes ? Hugo Cardinalis responderet : Ut signifi-

cat aurum esse calcandum, quod ad pedes projicit ; quid igit mirum, si pedes hi aurum calcan-

tes tanti almentur , tantoque in honore ha-beantur ? S. Hieronymus in vita S. Hilarionis refert , quod cum certa quedam persona per

hunc sanctum Abbatem magno beneficio affec-ta, eidem loco gratuiti doni considerabilem

quandam auri summam offerre voluisse , San-tus id ipsum recipere detrectauit , & solum ad-miserit panem hordeaceum. Subiungit autem

Sancius Doctor, id nequaquam mirandum esse, et

quod Saucii aurum patiri pendant, sc̄ que tam vi-

ciborum genere nutritant. Idem quoque nos de S. Petro dicere possumus , quid mirum quod

S. Petrus anima habuerit omnibus mundi the-

zauris superioriem, qui, ut diximus , famem suam pauculis lupinis fedare confueverat ? Et quidem

tamei eo tempore, quo dicebat : Reliquimus o-

mnia , in sua facultate solum habuerit male fit coherens & lacerum rete quoddam , naviculam pectoriorum ruinoram , & unum alterumve re-

rum catæ exsum , attamen ut bene ponderat S. Augustinus : Pro rursus totum mundum dimisit

Petrus , & totum mundum Petrus accepit Per In Ps. 103.

affectionem namque omne id deseruit, quicquid illi largâ manu dare poterat mundus. In Levitico 1. 9.

de victimarum pedibus scribitur : Pedibus lotis L de vi-

aguâ. Ubi Philo Hebreus ait : Pedum lotio si- gnificat non humi post hac incedendum, sed per aethera ; amans enim Deum anima, revera in cœlum à terra emicat. Hęc Petri victima (liqui-

dem flevit amare, quod est sacrificare juxta illud : Sacrificium Deo spiritus contribulatus) lotos

pedes habuit, ut ambularet in cœlum à terra autē

divellereetur. Unde Guerricus Abbas ait : Cui au-

Serm. 2. de

SS. Apost.

tem magis per viuum suisse cœlum credendum est,

R. 3 quam

quām ipsi janitori, cuius lingua clavis cœli facta est? In S. Matthæo scribitur: Executite pulverem de pedibus vestris. Circa quæ verba Angelomus ita scribit: Pulvis levitas terrena cogitationis, à quo ipsi etiam summi predicatorum esse nequeunt, cum pro auditoribus suis solliciti salubribus curis incessanter intendunt. sed hunc pulverem quotidie per effusionem abluere festinant lachrymarum. Quis Petro magis pedes suos ab hoc pulvere mundos conservavit, ut potè qui illos quotidie amarissimis effusis lachrymis abluat: Pedes Sanctorum suorum servabit; ita in Anna matris Samuelis cantico scribitur, atque ut S. Gregorius interpretatur, verba illa de sanctis Apostolis intelliguntur. Verum inquires, cur magis se pedes, quām aliam corporis partem

i. Reg. 2. 9.

custoditurum esse dicit? Abulensis respondet: Quia nulla est pars in toto corpore humano, qua magis ladi possit quām pedes, & quia super eos tota corporis moles sustentatur. Hinc igitur tale fieri poterit argumentum, quod si hanc Altissimus protectionem omnibus Apostolis universim exhibuit, quando eandem Capiti ipsorum & totius Ecclesiæ credendus est exhibuisse, pro quo æternum Patrem suum rogārat: Ego pro te rogo ut non deficiat fides tua? Utique tantò magis servavit pedes ejus, quia super eos tota corporis moles sustentatur, id est, corpus Christi mysticum, sive Ecclesia, quæ pedibus S. Petri innitus & sustentatur.



De S. Petri

De S. Petri humilitate à Christo exaltata.

DISCURSUS VNDECIMVS.

*Simon Petrus procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me,
quia homo peccator sum, Domine; Et ait ad Simonem Iesu: Ex hoc jam homines eris capiens.*

LUC. C. 5. V. 8.

Philip. 1.23

A Deo inter se, quoadusque in hac vita simul vixerunt, animis fuere conjuncti duo illi Apostoli Petrus & Paulus, ut Ecclesia de illis canat: *Quomodo in vita dilexerunt se, ita in morte non sunt separati.* Et tamen utrumque penitus considerans, S. Paulum nihil aliud & quæ ardentius ambivisse invenio, quam cum Christo indissolubiliter conjunctum eidem semper adesse, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo; eam tamen S. Petrus econtra eidem Salvatoris dixerit: *Exi à me.* S. Bonaventura ait: *Hoc ex fide & reverentia dicebat, sicut ille Centurio: Domine non sum dignus, ut intres sub tecum meum.* In ejus expositionis confirmationem similitudinem quandam adducere possumus eorum aulicorum, qui principem suum summam reverentiam prolequuntur, nullus enim eorum est, qui principi suo è proprio obsequi & infervire, infinitumque in ejus gratia & favore locum possidente non desideret: & tamen ipsa experientia teste, dum eidem principi fortuitò occurruunt, ad eum magis honorandum, dum ei se inclinant, maxima cum submissione retrocedere solent; ita quoque S. Petrus ex mente Carthusiani dicere voluisse videtur: *Tibi assistere, adesse, cohabitare in dignus sum, quia homo fragilis & pecca-*

tor, ac servus inutilis; tu autem tam potens, tam sanctus es Dominus. Moxque subjungit, quod quantum lumen & notitia, quam de immensa & infinita Christi sanctitate & majestate habebat, erat major, tanto quoque profundius in nihili sui devenerit notitiam. Hinc Christum à se exire rogavit, non eum indignanter repellens, sed ex profundissima humilitate honorans. S. Bonaventura citat S. Gregorium sermonem suum ad Petrum hisce verbis dirigentem: *Petre, in modo te peccatorem consideras, oportet ut à te Dominum non expellas, sed certè sic humiliando non expellebas, sed attrahebas.* Et revera ita est; quidem per merita adeo profunde humilitatis ipsum ab illo tempore & deinceps ad mundi conversionem, & primatum Ecclesie sue desnavit, cum dixit: *Ex hoc jam homines eris capiens, id est, hujus tua obedientia (inquit Dionysius Carthusianus) ac reverentia mihi exhibita, stupor, humilitas & merito.* Ipse se peccatorem denominavit, divinâ se praesentiâ indignum existimans; deus autem, cui proprium est exaltare humiles, ipsum ad omnia peccata remittenda, omnesque peccatores clavibus suis mediantebus reconciliando deputavit; ipse se ad sancti sanctorum consortium & communicationem inhabilem esse censuit; ac proinde à Deo ad sanctuarii sui custodiā & dominium electus fuit: *Super hanc petram adificabo Ecclesiam meam; quanto ma-*

tō magis se in conspectu Dei subjecere & dimittere studuit, tanto ipsum infinita illa Sapientia magis adaugere & exaltare conata fuit. Petrus toti mundo protestatur dicens : *Homo peccator sum;* & Christus, qui mentiri nescit, non est Deus quasi homo, ut mentiatur ; & pariter Spiritus sanctus, qui est Spiritus veritatis : *Spiritus veritatis qui à Patre procedit,* tandem eum toti quoque mundo testamat esse volun ; etenim Christus ipsum canonizavit, dicendo : *Beatus es Simon; Barjona autem idem est quod filius columba.* Beda super Evangelium ait : *Insta laude remunerat, cum eum sancti Spiritus filium esse testatur, à quo ipse Filius Dei vivi asseveratur.* Paulus de Palatio autem super idem vocabulum Barjona aliam quandam observationem adinvenit, quæ in Petriæ humilitate à Christo exaltata gloriari mire resultat : *Admonet tam eum, inquit præfatus author, esse filium Iona, ut intelligat, è quam humilis loco in quam excelsum ascenderit; nec enim sine humiliitate vult Dominus sublimare, memorque suis sit, qui in Dei confortium adsciscitur, & planè indignus caelo est, qui nō memoratur se esse terram.*

*Considerate igitur quam S. Petrus, qui cceli claves sibi conceditas habuit, humilis fuerit, quantum te uniuscujusque pedibus submiserit. Qui majorem Christo renitentiam fecit, quando in ultima cena le ad eum pedes abluidos accinxit ? Ex fide nobis eum Christo recalcitraſe constat, dealiſ verò Apostolis nihil tale sci-
mus. Porro S. Thomas ait : *Siquaratur quare hoc præ alii recusa verit?* respondet Origenes, quia hoc fecit propter nimium fervorem amoris, quem habebat ad Christum. Veruntamen si verba ab eo in hac occasione prolatæ bene examinemus, repugniant eum humilitatem pro solo motivo habuisse, expresæ deducitur : *Dominine, tu mihi lava pedes !* Ecce igitur quantum Deus eum humilitatem exaltat ; siquidem ut Discursu præcedente vidimus, Monarchas hujus mundi ad pedes eius reverenter prosterni, eorumque sceptra & coronas deponi coram eo voluit.*

2. Ab eximia utique humilitate profectum est, quod sanctus Apostolorum Princeps deorsum in terram verso capite crucifixi voluerit, ne pari gressu cum divino magistro suo videretur incedere; veruntamen in hoc vel maxime eminentem humilitatem suam mundo manifestam red-

didiit, dum illam etiam in supplicio quodam sua-
pte natura summè infami & ignominiosissimo
exercere voluit. Sed ecce dum Nero Imperator
hoc mortis genere eum tanquam villem mundo
contemptibilem & probrolum facere studuit, su-
prema illa & falli nescia Dei providentia idem
met supplicium in majorē crucifixi Apostoli glo-
riam sedundare voluit, non solum quod per hoc
supplicii genus Christum in sua morte imitatus
fuerit, verū etiam quod in inversa cruce fuerit
passus ; sic enim capite terram vertus pendulus
fuit, ut ex hoc terre caput esse agnosceretur, ut
super diximus ; fueruntque etiam pedes ejus hoc
cruciibendi modo in sublime elevati, ut potè di-
gnissimi, qui eminentiori loco positi fuam ab
hominibus cultum & reverentiam acciperent.
Unde S. Leo martyrium Apostoli triumphum ap-
pellare non dubitabat : *Cujus hodierna solemnis-
tas recurrente triumpho martyris, &c.*

3. Ejus quoque modestia & humilitas ex eo plurimum commendari meretur, quod tametsi fuom̄ cum Christo confidentia & familiaritate uereuit, essetque apud Christum in summo gradi gradu constitutus, attamen ipsum in cena quis traditor ejus futurus esset, interrogare ne-
quaquam prælumperit, sed ad id explorandum sancti Joannis ulus fuit opera ; & tamen licet Joannes multorum mysteriorum & Sacramen-
torum, quæ in Apocalypsi ab eo seriatim recen-
sita leguntur, revelationem habuerit, Petrus in
secretissima divina Sapientia admisus est pene-
tralia ; ipsique, ut jam fuisse ostendimus, consignata fuerant claves regni ccelorum, ita ut nulli
proflus revelationi, nullique lecreto, cuicunque
deum Sanctorum revelato, sine petri acciden-
te censura, fides adhibeat ; hæcque ipsius præ-
minentia solo humilitatis suæ merito ei conce-
la fuit, siquidem increata illa Sapientia expresæ
protestatur, dicens : *Confiteor tibi Pater, quia Matth. ii.
abscondisti hac à sapientibus, & revelasti ea 25.
parvulis.* Enimvero quicquid Petrus scit aut
novit, id totum divina sibi revelatione com-
paravit. Unde B. Laureotius Justinianus ait :
*Non p̄spicationis arte Petrus humana vita ar-
Serm. de
limonianum querebat ; pauper erat, non splendo-
re nobilitatis insignis, nō scripturarum gnarus,
Nat. Apo.,
neque ingenii acuminis pollens, & tamen sancti Petri,
Spiritus dono præventus legem docuit, prædica-
vit Evangelium, miraculū fulgit, atque sacer-
dotialis*

dotalis dignitatis tenuit arcem. Imò parum etiamnum dixi, nam ut superius de clave scientie tractans dixi, Dionysius Areopagita illum appellat antiquissimum Theologorum culmen. Merita quoque D. Petri hoc ipsum mirè adauget, quod sine pervolutione librorum convicerit Philosophos, oratores confuderit, omnesque erudient Theologos; Dominus noster Iesus Christus, inquit sanctus Augustinus, volens superborum frangere cervices, non quasvisit per oratorem pescatorem; sed de pescatore lucratus est Imperatorem, magnus Cyprianus Orator, sed prius pescator. Vix inventur homine simpliciores, magisque Idiotæ, quam sint pescatores, & tamen de pescatore (inquit Doctor Angelicus) lucratus est Imperatorem & Oratorem.

4. Quando in actibus Apostolorum cap. II. illi plus nimium zelosi fideles caulam à sancto Petro scire desiderabant, ob quam Gentilibus referatus & apertus fuisset in Christi ovile liber aditus cum eos unico tantum verculo compescere potuisset, dicendo: Sic volo, sic iubeo, nihilominus causam suam justificaturus, illius rationem summa cum modestia & humilitate reddidit; Sed si in querela fidelium (inquit sanctus Gregorius) aliquid de sua potestate diceret, profectio Doctormansuetudinis non fuisset. Quapropter Deus noster miram hanc submissionem ejus remuneratus decrevit, ut deinceps concepta à fidelibus erga ipsum reverentia & veneratio indies majora acciperet incrementa, ejus verba eodem apud omnes loco haberentur quo oracula cœlestia. Unde cap. 15. scribitur, quod postquam ad perfundendum cunctis, Gentiles quoque ad partipium legis gratia admittendos esse, eleganter coraa omnibus perorasset: Tacuit omnis multitudine, ubi Tertullianus à Lorino citatus ait: Neque enim silentium fatum est ad audiendum Paulum. Unde perspicue colligitur, quantopere Deus humilitatem illius exaltare decreverit. Similiter post resurrectionem Redemptoris, ter ab eodem interrogatus, an eum plus cunctis aliis diligenter, certum est, quod majori cum modestia & submissione respondere non posuerit, dicebat enim: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Ubi sanctus Thomas ait: Non audet confiteri suum amorem, nisi sub testimonio & protestatione Domini humilians se Christo, dicens: Domine,

tus sis, quia amo te; item humilians se Apollonius, non dicit: plus hiū, sed simpliciter, amo te. Porro quam evidenter humilitas ipsius à Domino agnita fuerit, à functione pastorali totius Ecclesia ipsi à Salvatore imposita manifestè satis colligitur. Pascere agnos meos, pascere oves meas.

5. Adeo de semetipso humilem sensum fandus Petrus habuit, ut se Herodianum carcere suis promeruisse peccatis sibi firmiter persuaserit, reum se credens non quidem apud tribunal terrenum, verum apud divinæ iustitiae cynosuram; unde de suis vinculis nequam dolebat, quin potius suavi somno illa dissimulabat: Erat petrus dormiens, quasi diceret: Merito hac patior: at vero Deus noster, quanti ipsius fidelium corda ad fundendas pro ejus liberatione preces permovit, proinde ab Empyreo submisit Angelum, qui carcere ei aperiret, cum tamen per humilitatis suæ sensum progreendiens, catenas quibus vinciebatur, tanquam penas peccatis suis debitas agnoscerebat. Christus ei absolutam delegavit potestatem, ut catenas omnium illorum quos delictorum catenas constringit, facile posset dirumpere, ideoque Ecclesia in honorem Petri canit: Solve terrarum petre catenas. De Joseph in Psalmis scribitur: Humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertransit animam ejus, manus ejus in cophino servierunt; idem vero Joseph postea à Deo honoratus fuit, audite quam id DEUS superabundanter præstiterit: Constitutus eum Dominum domus sua, & principem omnis possessionis sua; Tu eris, inquit ad eum Rex, super dominum meam. & ad oris tui imperium cunctus populus obediet, uno tantum regni solio te præcedam. Quæ omaia S. Petro facilis negotio applicari poterunt, ut pote qui ab Herodiano carcere egressus tanta nunc cum gloria regnat in Vaticano.

6. Petrus in monte Thabor à gloriose illo abreptus spectaculo, ad Christum converlus dixit: Bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Elia unum. De se vero petrus minimè follicitus fuit, quia cum se veluti vitem hominem in proprio tensu reputaret, se in ministerio Christi occupatum temporum & æris injuriis expositum, & instar sylvestris seræ ad nemora damnatum esse minimè curabat:

¶

Deus

In Cat. D.
Th. super.
Ivan.

Lib. Epist.
35.

Act. 15. 12.

Conc. 2.
Magdeburg. c. 5.

Deus autem noster hunc in Petro lui ipsius contemptum egregie recompensavit, disponendo ut in praecipua rotiu mundi Civitate, siveque sedis metropolit progressu temporum non quidem per trium tabernaculorum, sed potius trium augustarum Basilicarum, sumptuissimo opere in ejus honorem constructarum, nimurum templi S. Petri in monte aureo, sancti Petri ad vincula, & S. Petri in Vaticano erectionem glorioissimè honoraretur.

7. Porro quam contemptibiliter S. Petrus vixerit, atque vestitus in cesserit, optimè S. Bernardus ad Eugenium scribens exponit, dum ait: *Petrus nescitur processisse aliquando vel gemmis ornatus, vel sericeis, non tectus auro, non ve-*
ltis equo albo, nec stipatus milite, nec circum-
strepentibus septus ministris, absque his ta-
men satia credidit posse impleri salutare man-
datum si amas me, pasce oves meas. Cardi-
nalis Baronius quadam primitivam tonsuram ele-
git ad hunc verbis: Duplex corona circumpo-
sta capiti sacerdotis capillorum significatio-
ne imaginem refert venerandi capitii Apostoli

Petri, qui cum missus esset ad prædicationem Do-
*mini & magistri, ei tonsa est ab iis qui eis ser-
moni non credebant, ut illudetur ab ipsis, et que
Christus Magister benedixit, & infamiam in
honorem illusionem in gloriam convertit, & po-
suit super caput ejus coronam, non ex lapidibus
pretiosis, sed lapide & petra fidei ejus fulgescen-
tem super aurum & topacium, & lapides pre-
tiosos. At vero qui oculos in diadema & regna
Pontificia Petri nunc desigit, confitebitur uti-
que, quod pretiosissimi gemmarum thesauri,
quibus ejus tempora locupletantur, non tam
aurum & gemmæ sint, quæ ex Indiis addu-
cuntur, sed potius fides, humilitas.*

amor, contemptus suipius, om-
nesque aliae virtu-
tes &c.



An. 59.
n. 25.

De

De amore S. Petri erga Christum.

DISCURSUS XII.

Tu scis Domine, quia amo te. Ioann. cap. 21.

De Pass. c.
47.

Sanctus Bernardus de ardentissimo amore sancti Petri erga suum magistrum amore tractans, nobilissimum hoc ei attribuit encodium, dum eum vocat Rosam Charitatis. Sicut enim Rosa regina quedam est florum, & in hujus rei signum coronam auream defert, cinctaque est pungentibus spinis, veluti armatis satellitibus, eodem modo dici potest, quod amor & charitas in Petro praे omnibus aliis ejus virtutibus veluti Regina primatum obtineat, in eoque praे cunctis aliis sanctis præ excellat, quod faciliter pariter & efficaciter probari potest; Cum enim omnes Apostolos, cunctosque alias coeli beatos Petrus præcedat, omnibusque ipse superior existat, idque non solum in dignitate & primatu, verum etiam in vita sanctitate, necessario ipsum quoque plus omnibus Salvatorem amasse consequitur. Porro veritas haec ore proprio authenticata fuit, dicentes, Tu scis Domine, quia amo te, id est plus hiszimo in confirmationem ejusdem veritatis illum interpellavit DEUM, qui sciebat, quid esse in homine, quique prima & eterna veritas est; Dominet tu omnia nosti, tu scis, quia amo te; Trina Confessio Domino, cui mentiri non potuit, perfecte charitatis affectum contestatus est. Porro DEUS noster amoris titulo cognominari solet; DEVS charitas est, qui manet in charitate in DEO manet, & DEVS in eo; Deque eodem DEO veridicus Spiritus sancti calamus scribit, quod scrutatur reses & corda; ac proinde cum Christus illum plus omnibus amasse approbet, excessiva ejus erga Deum

charitas & amor in dubium tevocari nequam potest. Unde sanctus Augustinus ait: Sciebat Dominus non solum quod diligenter, utrum etiam quod plus illis eum diligenter Petrus; Tom. 124. in Iohann. Domine tu Iesu, quia amo te, quasi diceret, inquit Albertus Magnus: Amo te ex omni cordis In Nat. ap. cogitatione, ex omni oris locutione, ex omni operis exhibitione. Audite qualiter eum Ruperthus Abbas Seraphini titulo condecoreret; dum enim visioni ab Iaia Propheta habite, exponendae insistit, ad illa verba: Et volavit Lib. 1. Isa. ad me unus de Seraphim, dicit: Iste Petrus c. 29. Apostolus extitit. Porro clarissimum ejus super omnes alios præcellentioris amoris argumentum a Chrysostomo hisce verbis tangitur, dicente: Ter interrogat, & semper idem precipit, ut demonstraret, quanti oviuum suarum curam faciat, & quod hoc maximum sit amoris argumentum. Idemmet os aureum alibi Hrm. 874 rationem reddit, cur Christus Petrum unicum & universalem gregis sui pastorem declarat: Majorem, inquit, omnibus Apostolis in Iohann. Dominum habere dilectionem, ostendit. Si ad Pop. quidem inæstimabilem sanguinis lui thesaurum in Sacramentis depositatum recom mendavit; eique Ecclesiam sponsam suam, quam acquisivit sanguine suo, animas itidem, quas ejusdem sanguinis pretio in cruce redemerat, concredidit. Audite quam aptum proposito nostro sanctus Bernardus hac de re faciat discursum; Non otiosè toties repetitum est Ser. 76. ix in commissione oviuum, Petre amas me, at si Cantic. diceret Dominus, nisi testimonium perhibente tibi conscientia quod ames me, & valde, ac perfectè ames, hoc est plusquam tua, plusquam tuos, plusquam te, & hujus repetitionis mea Sf. 2. nume-

numeris impleatur, nequaquam suscipias curam hanc, non te intromittas de omnibus meis. pro quibus effusus est sanguis meus. Cum igitur S. Petrus curam pascendi gregem Christi acceptaret, opus est dicere, quod eo se amore accensum perlenferit, quem Deus ille, qui caritas est, ab eo requirebat.

2. Quantopere etiam Christus Petrum super quovis alios amarit, non est opus pluribus ostendere, siquidem satis evidens illius signum per hoc ediderit, quod eum instituerit suum in terris Vicarium. Sanctus Gregorius quodammodo sancto Petro, quando Neronis iram fugere volens Roma abscedebat, Christus ei obviam factus ab eoque interrogatus: Domine quo vadis? responderit: Vado Romaniterum crucifigi. Verum dicat aliquis ex quo ipse Christus jam patris dexterae impassibilis assidebat, quomodo de novo crucifigi poterat? Num rursum illis verbis intensissimum amorem suum, quo erga Petrum ferebatur, demonstrare volebat; hic etenim tantus erat, ut si possibile esset, utique ob illius conservandi amorem se denuo crucifigi libenter passurus fuisset: Petro ait Christus: Veni Romaniterum crucifigi, qui enim in seipso jam pridem crucifixus fuerat, in Petro iterum se crucifigendum dicebat. Verum quidem est, quod sanctus Joannes appellatur. Discipulus ille quem dilegebat Iesus, veruntamen Salmeron scribit: Quanquam autem Iesus in hoc dilectionis genere Ioannem pradiligeret, Petro tamen & non illi Ecclesiam suam tradidit regendam: quia plus DEVM diligenti committenda est Ecclesia, non autem plus amato a nobis. Verum inquires, quidnam per hunc loquendi modum intendit afferere, dum ait: In hoc dilectionis generet Congruentissima est illa eruditio, qua in praetenti proposito ad declarandam amoris Christi erga Petrum & Joannem differentiam in medium adduci solet. Alexander Magnus etenim duos magnos amicos habuisse dicitur, Craterum videlicet & Ephesitionem: Craterus amat Regem, Ephesition Alexandre. Hic personam Alexandri tantum amat, adeo illum tenere diligebat: alter vero sumul cum Rege ejus quoque Regnum prolequebatur amore, cuius pro-

inde Status gubernans multis Alexandrum curis & laboribus sublevebat. Nazianenus ait: Habet ex qua totius Ecclesia sunt, Oratio de Modo Petro, qua amoris privati Ioanni attributata. Santo Joanni sanctissimam tuam recommendavit matrem, Petro vero Ecclesiam, Joanni pro lecto quietis pectus suum praebuit, Petrum vero Corporis sui mystici caput declaravit. Quando laici interpres de amore Petri loquuntur, titulum amoris solidi eidem adscribunt; Tria inveniuntur in Petro (inquit sanctus Bernardus) fidei unitas, paenitentia veritas, amoris soliditas. In sententia: Hoc amore succentus ingens illud promisum est pollicitus: Tecum paratus sum in carcere & in mortem ire; & si omnes scandalizari fuerint in te, ego nunquam scandalizabor; In horto satellitem illum saucivis, idque ut Carthusianus ait: Ex magno amoris fervore, quo Iesum praeceteris dilexit; & tametsi armatos contra se procedere videret exercitus, non tamen timuit, quia perfecta Charitas foras mittit timorem. In ejusdem amoris evidentiorum demonstrationem, ut magis patetur, capite in terram verlo crucifigi voluit; ac proinde scribit Chrysostomus, quod quando a Christo, num se plus aliis diligenter, interrogatus fuit, hoc ei pariter prae-nuntiatum fuerit: Cum de sui amore sermonem premissem, prae-dicit & martyrium, quod passurus erat, offendens, quod non ob differentiam id diceret, sed quod maximè crederet, volens amoris in eum signum demonstrare, & nos erudire quoniam pacto amandus sis. Christus Petro dixit: Cum esses iunior cingebaste, cum autem feneris, alius te cingeret; atque hoc volebat & desiderabat, ideo & hoc ipsi manifestum fecit. Sanctus Thomas ponderat, quod ut indoli & genio dilecti sui apostoli nonnihil condescenderet, sursum ei praedixerit martyrium; Quia petrus semper volebat in periculis esse cum Christo, dicit ei, confide, ita implabo tuum desiderium, ut quia passus non es juvenis, oporteat te pati senem. Sanctus Leo quam acerbum & crudeliter ejus martyrium fuerit, considerans, ait: Nunquam quid aut iudicio pilati, aut savitria lu-

Hom. 87.
in Ioan.

In Cat.

Ser. 2. in

Nat. Ap.

dass.

daorum minor erat , vel in Claudio potestas , vel in Nerone crudelitas & vincebat ergomateiam formidinis vis amoris , nec estimabas terrori cedendum , dum horum saluti consulis , quos susceperas alendos.

In cap. 21. Sanctus Thomas scribit , quod populo se aduersus Imperatorem engere , & Petrum liberare volenti , ipse se opposuerit , upote qui patiendi & moriendi pro amore

Ser. in Nat. Apost. Domini sui avidissimus erat. Albertus Magnus obseruando quod Barjona idem sit , quod Filius Columba , id est , Spiritus sancti , hanc inde deducit consequentiam : Fuit igitur Filius columba , id est , Spiritus sancti per veram fideli confessionem , & per sinceram Domini dilectionem

3. Eundem quoque amorem Petri colligere poterimus ex iis verbis , qua ad Salvatorem nostrum mari inambularem locutus est : Situs , jube me venire ad te super aquas . Ex quo enim mare turbulentum & pro celorum erat , cur Petrus liquido , instabilis , & quod pessimum erat , tempestaibus agitato mari se confidens non potius timebat , totoque corpore trepidabat ? Nimirum vere in ipso tunc verificata sunt verba illa : Aquia multi non poterant extinguere charitatem , nec flumina , nec maria obruerent illam . Salmeron ait : Petrus preuenit reliquos , qui confidentior erat , & in fide ardenter & dilectione , postulauit Christo movente , & ex amore manendi cum eo . Chrysostomus quoque hunc ardentissimum amorem suum admirabatur , qui in eo super omnes alias eminebat , dum ita ait : Nemo ita ut ipse Iesum amabat ; propterea nec dixit jube , ut super aquas ambulem , sed jube , ut ad te veniam . Paulus de Palatio id ipsum scribit hisce verbis : Petrus qui erat ardenter hac voce prae ceteris inflammatur , & flamme vigorem sustinere non valens , rem supra omnem natum a Christo petivit . Verum inquit , quam ratione vel arte , aut auxilio Petrus super aquas ambulabat ? Sanctus Augustinus responderet : Ambulabat in mari Petrus magis dilectione , quam pedibus , non enim videbat ubi pedum vestigia figeret , videbat autem , ubi figeret vestigium Charis-

tatis . Alia quadam vice prout in sancto Ioan. 21.7.

Joanne scribitur , A ostolis post Resurrectionem piscandi exercitio intentis , apparuit illis JESUS in littore constitutus :

Et quidem tametsi sanctus Joannes prius omnium Salvatorem cognoverit ; Dixit ergo discipulus ille , quem diligebat Iesus , Pe- tro , Dominus est ; atramen in laudem & gloriam ejusdem Petri protequitur , dicens : Simon Pe-

trus ut audivit , quia Dominus est , tunica sue cinxit se , erat enim nudus , & misit se in mare . Tr. 28.

Salmeron ait : Petrus qui amore praestare dignocitur , omnium in memori in mare proflixus quo celerius veniret ad Dominum , natura charitatis est , periculum non timere , socios cunctantes non expectare . Chrysostomus quoque su-

as super hoc facta Petri considerationes insti- Hom. 86. tuunt , dicens : Ut ergo cognovit eum , omnibus re- in Ioan.

jetis , & piscibus , & reti , succinxit se Petrus , vides & reverentiam & desiderium ? at qui iducentis quasi cubitis aberat , non tantum navi appellere non expectavit , sed natando ad Iesum venit . Sanctus Thomas similiter hunc fervorem

in eo admiratur dicens : Cuius fervor appetit primo quantum ad promptitudinem Secundo quantum ad reverentiam ejus ad Christum , quia noluit pra pudore nudus accedere : ter-

tio quantum ad ejus securitatem , quia ex nimia dilectione noluit cum navi ire , quia retardabatur , sed misit se in mare , ut citius perveniret ad Christum . Dionysius Car-

thulianus phrasim quadam utitur , quae ignem amoris ejus exprimit ad stuporem : Ex fervore , inquit , & gaudio cupiens celerrime venire ad supercharissimum suum magistrum & Dominum . In sermone illo Ioa. 13. 36.

quem Christus in ultima cena ad Apostolos suos peroravit , inter cetera di-

xit : Quo ego vado , vos non potestis venire : Dicit ei Simon Petrus : Domine quo vadis ? respondit Iesus , quo ego vado , non potes me modo sequi , sequeris autem postea .

Dicit ei Petrus : quare non possum te modo sequi ? animam meam pro te ponam . Ad hoc certamen amore plenum Chrysostomus fe

reflectit , dicens : Magnum quiddam dilectionis & igne ipso vehementius ipsum calum

Hom. 92. in Ioan. petit ,

petit, cuius vim nihil retardare potest, quare ejus fervore accensus Petrus, auditio Iesu, quo ego vado, vos non potestis venire, inquit, Domine, quo vadis? hoc autem dicebat, non am descendit, quam sequendieum desiderio. Super eundem textum sanctus Thomas quoque de hoc amore scribit: Petrus adeo afficiebatur ad corporalem Christi presentiam, quam ferventissi-

mè dilexerat, quod post Christi ascensionem cum dulcissima presentia & sanctissima conversatione memor esset, totus resolutebatur in lacrymas, ita ut gena ejus videretur adusta.

¶(o)¶



Catifa

Causæ cur Petrus capite deorsum verso crucifigi voluerit,
explicantur.

DISCURSUS XIII.

*Extendens manustuas , & alius te cinget hoc
autem dixit , significans , qua morte effet
clarificaturus Deum.*

Ioan. cap. 21.

Sanctus Joannes qui simul cum Petro praesens aderat quando Redemptor consignato illi grege suo eum quoque suum in terra Vicaria in declaravit , nobis quoque prædictionem refert , qua Christus eidem quod post multa annorum curricula passus erat , martyrium prænuntiavit , dicens : Cum autem senaueris , extenderes manus tuas , & alius te cinget . Non est hoc loco nobis necesse , quod sensum verborum istorum operiosius investigemus , siquidem ipsemet Evangelista , quidam hæc verba dicebantur , præiens aderat , illa à Salvatore nostro de morte Petro inferenda , intellecta suisse declaravit , dicens : Hoc autem dixit , significans qua morte effet clarificaturus Deum ; insinuavit per verba illa (inquit Dionysius Carthusianus) quali martyrio Petrus honoraret Deum ; Verum inquieres , quisnam futurus erat hujus Petro inferendi martyrii modus , dum eum aliena manu cingendum esse dicit : alius cinget te , & extendens manus tuas . Sanctus Thomas ait : Exponit passionis modum , nam Petrus crucifixus fuit , sed non cum clavis , sed cum funibus ; alius te cinget , juxta expositionem Carthusiani . Hoc est apparitor

Imperatoris Neronis manus tuas cruci alligabit , non enim clavis affixus , sed funibus alligatus fuit patibulo crucis . Ubi advertendum est , quod tametsi Christus dixerit , cinget , & ducet , quo tu non vis , hoc tamen , prout idem met interpretatur Dionysius , intelligendum de renitentia circa partem sensitivam , siquidem & ipsemet Dei Filius ad demonstrandam ræturæ nostræ infirmitatem , non obstante , quod exultaverit ut gigas ad currēdā viam , & proposito sibi gaudio sustinuerit Crucem , attamen quando eidem amarus passionis sua Calix presentatus fuit , caput tondere , pavere , & Marci 14 mortuus esse , imò & dicere : Si possibile est , trans 33. eat à me Calix iste ; ducet quo tu non vis , hoc est , ad locum passionis & amaritudinem mortis , quam secundum naturalem a sensitivum appetitum abhorrebit atque refugies , quamvis secundum appetitum intellectivum eam libenterissime patieris , cupiens dissolvi & esse mecum , extendens manus tuas ad brachia Crucis cui appendaris , quod utique Petrus promptissimè fecit secundum rationem & appetitum Hom. I. de superiore . Sanctus Maximus ardenterissimam Nat. Apost Petri pro Christo patiendi sitim hoc ex arguimento convincit , quod videlicet Carnifices sol-

sollicitè interpellari & requiserit, ut converso deorsum capite, pedibus vero in sublimè elatis Crucis patibulo affigeretur: Quamsecurus, inquit, perrexit Petrus ad Crucem, qui repulso timore mortis moriendo ordinem tam acerbain passione quæsivit; Porro amori à nonnullis titulus ingeniosi attribuitur: Ingeniosus amor; Notas facite in populis adinventiones ejus; Ecce tibi inventiones novas à Petro ut magis & diutius cruciaretur, inventas; neque enim solum caput suum terram versus inverti petiit, verum etiam ut longius & diutius esset supplicium sine clavis crucifigi elegit.

In cap. 41.
Iohu.

Sanctus Thomas enim ait: Crucifixus fuit sed non cum clavis, sed cum funibus, ut dintius viveret, & in supplicio quodam mortali superstes aliquamdiu manereret. Modus hic martyrii non fuit adinventio Tyranni, sed amoris Petri, in toto namque mundo manifestum fieri voluit, quantopere DEUM suum amaret: Pœna interroget, si quis veraciter amet: Unde Rupertus Abbas ait: petrus affigendus Crucis humiliter fortis, & fortiter humili dixit: Quoniam Dominus meus Iesus Christus de celo ad terram descendit, recte Crux sublimatus est; gyrate Crucem meanam, quia non sum dignus ita crucifigi, sicut Dominus meus, at illi verterunt Crucem, & pedes ejus sursum, manus vero deorsum fixerunt. Idem quoque nobis sanctus Maximus ante Rupertum Abbatem dixit, dum in Homilia quadam de hoc festo ita ait: Hic est Petrus, qui dum ad crucem tanquam crucifixi discipulus duceretur, verso se poscens corpore crucifigi, passionem non renuit, sed aequalitatem Crucis Dominica declinavit.

In actis quoque sancti Lini Papæ (tametsi ea à nonnullis habeantur pro suppedis) hæc sancti apostoli Petri circa suam crucifixionem exhibita Humilitas describitur: hæc enim ei adaptantur verba: Ita alloquens ministros carnificum exoravit; precor vos bona salutis mea ministros ut crucifigentes me, caput deorsum ponatis, pedes vero sursum, non enim decet me servum ultimum ita crucifigi, ut Dominus universitas, qui pro salute totius mundi est crucifixus. Verum enim vero accuratius quænam alia sub hoc inverso crucifixionis modo lateant mysteria examinemus.

Lib. 6 de
operi. Spi-
ritus S.c.
30.

2. Verso se poscens corpore crucifigi. Fi-

delis servus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam. Suam erga Christum fidelitatem & zelum ad ultimum usque Spiritum demonstrare voluit, cogitabat enim, quod si eodem modo quo Christus magister tuus crucifigeretur, mundo forte daturus esset aliquam idololatriandi occasionem, dum unum ab alio in cruce disternere non possent; ac prouinde hanc circa se à Christo differentiam statui petiit, dicens intra le: Regi faculorum immortali, & invisi- bili, soli DEO honor & gloria. Theodoretus in Annalibus Ecclesiasticis citatus ita ait: Ro- Ann. 69. gavit carnifices, ne similiter atque Dominus n.9. affigeretur sed contrario modo, veritus (quod est verisimile) ne eadem passio eundem sibi ab insipientibus honorem conciliaret, ideo roga- vit, ut manus inferius, superius autem pe- des affigerentur.

3. Verso corpore. Incarnata sapientia sapientissime disposuerat, ut præcursor suus capite truncaretur, ad hoc ut non existimatetur, caput esse Ecclesię, quemadmodum scribere & sacerdotes fallo sibi persuadebant, sole nem propterea ad illum legationem destinantes; ipsa vero contra crucifigi voluit, & con sequenter dispoluit, ut caput suum in sublime erigeretur, ad denorandum eum caput verum Ecclesia esse; Caput Ecclesia Christus. Et quidem ex eadem ratione nos quoque discurrere possumus, prout in discursibus præcedentibus nonnihil tetigimus, quod tametsi Sancti Petrus & Paulus, quoad usque vixerunt temper inter se conjunctissimi fuerint, atque ab eodem Tyranno, eandem ob causam, eodem prorsus die mortis condemnati, atque ad supplicium educti fuerint, attamen Pauli caput à busto corporis amputatum fuit, non vero caput petri; cuius hoc fuit mysterium, quia Deus ille, qui omnia in sapientia fecit, per hoc nobis insinuare voluit, sanctum Paulum non esse caput Ecclesię, ideoque caput ejus amputati, petrum vero crucifigi ordinavit; at vero cur verso se poscet corpore crucifigi? Similicer & hoc mysterio minimè vacat, dum enim in cruce suspensus capite terra proximè imminet, toti terra & univerlo mundo se illius verum visibile caput esse, significare voluit, nam ut diximus, Cephas idem est, quod petrus & caput.

4. Verso

DISCURSUS XIII.

427

4. Verso corpore. Praeclarum nobis sanctus Petrus in vita sua reliquit documentum, nimurum quod peccatorum nostrorum memoria continuò nobis ob oculos obversati debeat, ut ea continua lachrymis defleamus, divinamque pietatem in nobis tanto magis faciamus elucescere, quæ illa nobis remittit, tantaque cum longauimite expectavit ad paenitentiam. Unde non solùm negationem suam ad longum ab omnibus quatuor Evangelistis recenseri voluit, id quod de multis illustribus Redemptoris nostra actionibus factum nequaquam fuit, sed dum idem negationis peccatum memoriam ipsius continuo extimularet, ipsoque quotidie lachrymando se, ob negatum à te Magistrum suum, conficeret, ipsi tamen sibi satisfactum esse minimè censuit, quin prius tametsi per tot vitæ suæ toleratos rigores condignam de semetipso vindicaret, insuper eandem culpam suam in morte castigare voluit, faciendo te eo corporis situ crucifigi, quo traditores suspendi solent, videlicet pedibus sursum, capite vero de orlo locato.

5. Verso corpore. Triticum est illud Apo-stoli dictum : *Primus homo de terra terrenus*, id est, Adamus, *in quo omnes peccaverunt*; secundus homo de celo caelensis, qui Salvator noster fuit; æquum igitur fuit, ut hic versus ecclum, alter vero terram versus capite locaretur, ut potè de mala communis, & de progenie Adami descendens, & quia progenitorum suorum proprium etat incurvari. Unde Psalmista ait : *Conglutinus est in terra venter eorum*. Jordanus Augustinianus scriptor antiquus ait : *Hoc fecit ad designandum lapsum humani generis*, per quem homo caput mentis in terram defixit, pro cuius emendatione Petrus capite ad terram verso supplicium mortis pati voluit; Christus autem, quia nunquam peccavit, sed pro peccato satisfecit, ideo capite erecto pati voluit. Quem conceptum paulò ante in prædictis actis sancti Lini quoque audivimus, & Dionysius Carthusianus simile quid nobis scriptum reliquit, dum Petrum ita cum Christo loquentem introducit :

Mansi Sanctarum Tom. II.

Tu semper erectus, excelsus & altus; ego autem peccando sum incurvatus.

6. Verso corpore. Porro quām bene sanctus Petrus in humilitate fundatus fuerit, jam nonnihil examinavimus. Sanctus Maximus notat, quod illam ad ultimum usque spiritum exercere voluit; *Vt offendetur universitas admiranda se humilitatis virtutem*, no Nat. Apo-vigue mysterii disciplinam & inter tormenta servasse. Divinus Magister ejus ei precepit sequere me, id est, (ut inquit Dionysius Carthusianus) *hoc designo*, quod dimittatur es me sustinendo mortem crucis; nec tamen fecit ipse crucifigi voluit, ex solo motivo humilitatis. Unde in Actis sancti Lini sanctus Petrus ita discurrevit : *Te imitari etiam in passione optavi*, sed rectus crucifigi non usurpavi. Insuper (sunt verba Carthusiani) In Ioan. 21 profundissima Petri humilitas in hoc patuit evidenter, quod instar Christi Magistri ac Domini sui noluit verso sursum capite crucifigi, sed pedibus suis sursum scitis & suspensus. Sanctus Augustinus primus fuit, qui in Serm. 29. hanc considerationem incidit : *In illa crudelitate sancte imitari metuens sacrificium Redemptoris, capite in terra demergi elegit. O virtus humilitatis ingenita! honorari etiam supplicii genere pertimescit, & qui non recusat Dominicis tormenta patibuli, similitudinem expavescit triumphi*. Quis sanctius Petro gloriari poterat, dicendo : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi*, fidem servi vi, in reliquo reposita est mihi corona justitia? Et tamen licet Christus ipse præter diademam gloria triplicata insuper coronâ caput ejus cinxisset, te tamen eâ coronâ, qua sibi in Ecclesia triumphante præparabatur, indignum esse censuit, eamque veluti fugiens verso se popolcit corpore crucifigi, eo quod hac ratione sibi inverso corpore consistenti nullum diadema sine corona imponi possit. Sanctus Ambrosius ait : *Crucem suam futurâ remus-pell. lob. generatione indignam arbitratus, in verso popo-lib. 1. c. 1. seit suspensi vestigio*. Enimvero advertendum est, quod licet cœli claves manibus suis concreditas circumferret, ad aperiendas tamen æternales cœlorum portas ipse tamen

T t

alij

*Lib. 6. de
oper Spi-
rit. S. c. 20.*

aliam præter humilitatem clave minime indiguit; ac proinde Rupertus Abbas scribit: *Noverat ex humili cœlum citius solere adiri, deicit ora spiritum daturus.*

7. *Verso corpore.* Sanctus Petrus frater erat germanus sancti Andreae, ac proinde per spectum eiutique erat, quanto hic Crucem amore & desiderio prosecutus fuerit, quantaque cum energia in eadem Crucis cathedra virtutem & efficaciam ejus deprædicavit; atque ideo hodie in die festi fratrum nequaquam inferiorem esse intellexit, licet annorum ætate inferior esset, ac proinde eo se modo crucifigi petuit, ut capite deorsum posito, totum illum truncum oculo suo conspicere, & consequenter fratri conformis fieri posset, qui ad instar ardentissimè amantis dicebat: *O bona Crux, que decorum & pulchritudinem de membris Domini suscepisti, accipeme.* Sanctus Linus Petrum ita loquentem introducit: *Et etiam ut mysterium Crucis intento vultu semper possim conspicere, quo facilius, quid inde dixeris, possit audiari;* & ex hoc ligno pendulus velut è cathedra & pulpiti predicationi incubuit; inquit idemmet Sanctus: *Granda & profundum mysterium Crucis.* Nisi toru etiam considerare velimus, ideo Petrum adeo diverso modo à Christo crucifixum: quia si Christus & Petrus cruces suas simul conjungere vellent, videretur indubie, quod Petrus omnem à Christo crucifixo emanantem sanguinem super se recipere, & merito: ipsius enim erat totum hunc effusum sanguinem velut in depositum accipere, ad eundem in progressu sæculorum fidelibus dispensandum in Sacramentis, in indulgentiis, in beneficiorum Ecclesiæ sacerdotum distributione.

8. *Verso corpore* Petri maximum & urgentissimum desiderium erat amansissimo Magistro suo perfidissime uniri, atque ideo pedibus suis cœlum versus elevari fecit, inquit sanctus Augustinus; siquidem propriis gressibus proficisciatur ad Christum, oculisque superiora respiaciens beatum spiritum deducat ad cœlum. In hujus Octava lectionibus quidam ad hoc alludens legitur divi Chrysostomi conceptus dicentis: *Ad Magistrum quidem similitudinem vobis crucifigi, non rectâ quidem figurâ ut*

Christus, sed capite in terram verso, tanquam qui à terra in cœlum iter faceres. Christus pro terra reconcilianda patiebatur, atque ideo in tali corporis situ Crucis affixus erat, in quo illos aspicere posset, pro quibus moriebatur. Petrus vero rectâ cœlum aspiciebat, ut potè cuius manibus cœli claves consignatae erant, & ad illud tanto cum animi conatu anhelabant, ut pedibus suis illud invadere, illiusque portas perfringere velle videretur. Sic Guilielmus Peppinus, ut sic videre posset cœlum, ad quod a spirabat; econtra autem Christus in Cruce caput deorsum habebat, ut sic videre posset terram, & homines pro quibus mortem sustinebat.

9. *Verso corpore.* Ita nimis illa fallax aut fallere nescia cœli providentia disposuit, ut vel sic Petrus in ipsa quoque morte sua ab universo mundo venerationem acciperet, tanquam verum Ecclesiæ caput, quando capite in terram verso crucifixus erat. Porro homo est arbor invertita, cujus radices à capite le quaqua versum extendunt & dilatant; terra igitur possessionem Petrus in morte sua, tanquam universale terre universale caput capere voluit, ad perennandum in finem usque sæculorum illius dominium.

10. *Verso corpore.* Pedes suos in locum maximè conspicuum dignissimumque elevari; in locum vero infimum caput suum colligari voluit: cuius hoc, ni fallor, esse potius mysterium, ut hac ratione os & lingua, quæ Christum negaverant, converti sint versus infernum, pedes vero, ut potè à Christo loti, & dulcissimis oculis honorati, cœlum versus sublimantur, idque potissimum quando hi quoque in suis successoribus omnium fideliem recepti erant oscula, aliaque venerationis obsequia, in signum fæ erga Romanam & Apostolicam monarchiam debita subjectioni.

11. *Verso corpore.* Enimvero Petrus hoc corporis inversoitu crucifigi petuit, & obtinuit; tyrannus quoque huic supplici modo acquievit, ac dænum Deus id ipsum per infinitam sapientiam suam permisit, idque uti plane existimo, ad veritatem quandam nobis inculcandam, omnibus retro temporibus, prouti

in Anasium Ecclesiasticorum decurso videre
licet, usitatum & practicatum. Etenim per pe-
des, qui ultima corporis nostri pars sunt, qui-
que terrae immunditiae proxime insiguntur, ho-
mines coram mundo viles, abjecti & contempti;
per caput vero, quod pars corporis nostri supe-
rior & nobilior est, magnates & potentes se cu-
li hujus Principes designantur. Etenim quan-

do hi in tormentis & persecutionibus suis ser-
vos Dei, de quibus scribitur: *Infirma mundi e-
legie Deus, conabantur deprimere*, tunc eosdem
magis etiam ad mundi gloriam exaltatos & sub-
limatos coacti sunt videre, cum ramen ipsi,
qui capita mundi erant, humiliati de-
jicerentur & deprimarentur.



Tt 2

De honor:

De honoribus S. Petro exhibitis, deque insigni ejus erga urbem
Romanam patrocinio, necnon de obligationibus, quibus
hæc civitas præ cunctis aliis eidem Apostolorum
Principi obstringitur, latius agitur.

DISCURSUS DECIMVSQUARTVS.

*Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis con-
fortatus est principatus
eorum.*

Tametsi sancta mater Ecclesia verba hæc omnium Apostolorum communigloria adaptet, hoc tamen celeste oraculum magis propriè in Capite Ecclesie & Apostolorum Principe adimplatum tuisse noscitur ; siquidem quos illi Deus præparavit & exhibuit honores , & quæ continuo illi mundus præstat & præstitit obsequia , cuivis humano intellectui imperceptibili existunt. Unde S. Petrus Damianus scribit :

Cum intueror Petrum, quem ipsa manus omnipotentis regni caelestis clavibus investit, cui Pater revelat Filii majestatem, super quem fundatur Ecclesia, cui potestas ligandi & solvendi conceditur, qui caelos claudit & aperit, quos Cherubim & Seraphim habere non leguntur, vehementer admiror. Sanctus Maximus quoque le Petri magnificientiam præ stupore attonitum semper considerare hifce verbis fateatur: Quid, fratres mei, magnificenter Petro, quæ tantæ confitentis merito, cum corruptibili adhuc esset in corpore, & nequid ipse ascen-

disset cælum, regnum illi caelestie & claudere & aperire permisum est? Augetur vero admittatio non modicum, si ejus considerentur natales atque professio, etenim sine ullo erat literatura, nobilitatis, divitiarumque ornamento; & tamen ad tantam est dignitatem sublimatus, ut ipsum hujus terræ Monarchæ coram ejus se pedibus devotè prostrant, quis hanc divinæ omnipotentia virtutem non summoperè admiretur? de honoribus huic sanctæ sedi, ut potè cathedra Petri, pleni sunt libri. Sanctus Augustinus ait :

Beatissimum Petrum piscatorum modo genibus pro voluta adorat excellentia Imperatoris. Et alibi pariter ita scribit : Nunc ad memoriam piscatorio flectuntur genua Imperatoris; ibi radiant gemma diademata, ibi fulgent beneficia pectoris; quasi dicere veller, luminosa, insestimabiles, & splendelentes coronarum suarum imperialium gemmæ tanto magis scintillant, quanto profundius te Petri pedibus subjicunt, & ab eodem beneficiis majoribus afficiuntur. Idem Sanctus ad nonnullos Paganos scribens, conuetudinem esse dicit : Imperii nobilissimi culmen ad sepulchrum piscatoris Petri submissio dia de-

Ser. 35. de divers. Serm. 28. de Sanct. dia de

Tom. 2.
Ep. 42^r

diadema supplicare. Quot Principes, Reges, Reginæ, Imperatores & Monarchæ ab ultimis terræ finibus huc properarunt, ut coram Petri se prosternerent cineribus! Carolus Magnus Imperator iter hoc Romanum quatuor vicibus est aggressus, & quotiescumque ad montem, qui proximè Vaticano vicinus est, hodieque Mons Marius dicitur, appulit, unde Basilica S. Petri eminè primò conspicitur, ex equo se proripuit, ut quod reliquum erat itineris, pedes conficeret, gradibusque, quibus ad Basilicam ascenditur, flexis continuò genibus, post impressa singulis gradibus devotissima oculæ ascendiit. Unde di-
*Ad limina venire dicuntur. Similiter quotiescumque Episcopi & ali Magnates ad corpus sancti Petri debite honorandum huc accedebant, priusquam le coram confessione sancti Petri in terram prosternerent, prius liminaribus portarum ad volvabantur, terram primò, & posteà manum, qua portam terigerant, humillimè exolu- lantes. Et hic fuit verus verborum Chrysostomi sensus, dicentis: *Templi vestibula & aditum oscularum.* Et in tractatu, cuius titulus est: *Quod Christus sit Deus, ex una parte contumelias & opprobria, quibus sancti Petrus & Paulus à fidei persecutoribus divexati fuere, ex alia vero parte honores, quos vicissim etiam in hac vita accepunt, considerans dicit: Vbi defun- tii Regibus ipsis erant magis venerabiles, etiam Roma, qua urbius est regalissima, relictis omnibus ad sepulchra pectoriorib[us] & pellionis cur- runt, & Reges, & præfides, & milites, & Con- stantinopolis Reges nostri magnam gratiam puerant, si non prope Apostolos, sed si vel extra eorum vestibula corpora sua sepeliantur, sicut que pectoriorum ostiarum Reges. In celebri illa vi- ctoria, quæ Constantinus Magnus adversus Maxentium gloriose reportavit, per prata Quintius revertens, dum adhuc nullæ esset Christianæ religionis nostræ notitia imbutus, Vaticanum pertransit, ut sepulchrum sancti Petri veneraretur. Multoque augustinus honor ille fuit, quem sumptuosam Augusti templi sui molem in ejus honorem erigere volens, eidem exhibuit; nam, ut superstitiosus, vestibus & imperiali diadema depositis, ligonem sceptri loco in manus accepit, terram eruderaturus, contredavit, atque effossis è fundamentis terræ duodecim cophinos**

benè consertos Cælareis humeris suis impositos, summè ipsum erga Petrum devotione & reverentia perurgente, in locum suum deportavit; ac tandem in ejusdem templi porticu hæc verba in- cidi seu inculpi iussit:

*Quod duce te mundus surrexit ad astris triumphans.
Hanc Constantinus victor tibi condidit aulam.*

2. *Nimis honoratus est; si innumerabilis spectus eorum frequentiam, qui ad sepulchri ejus venerationem in quavis aetate eo confluxerunt. Petrus Manilius in Opusc. ad Ale- xandrum III. scribit: Multi ex diversis mundi conveniunt oratores, in tantum siquidem quod multoties vix ad altare possumus accedere. Oblationes, quæ ordinariè ad ejus altare siebant, ad triginta florenorum millia annuè ascendebant. Et ex quadam decretali Innocentii III. colligitur, quod concedendo Canonici reditus illos, qui è nonnullis plumbis vel stanneis imaginibus levabantur, quas peregrini ad eorum domos deferabant, per necessariam consequentiam insinuerunt, numerum illorum omnem prouersus numerum excessisse. Pro eo tempore, quo olim hodierna celebrabatur festivitas, in Ecclesiasticis Annali- bus scribitur, *solemnam fuisse consuetudinem ad natalem diem Apostolorum Romanam, nullâ habita & stirorum calorum ratione, religiosissimè celebritate concurrendi.* Quis unquam adequatum facere conceptum poterit opulentius illius & inestimabilis tuncellestis, quis per tot elapsa sacula sepulchrum & templum sancti Petri adornavit? Lampades coram Apostolico sepulcro ardentes non iam ex oleo; sed ex balsamo forebantur. Talis erat de opulentia thesaurorum ejus in mundo opinio, ut perspè ad illos adaugendos hoc ab extremis terræ finibus formidabiles se seceperint peregrinorum exercitus. Quis est qui ignorat, quot millions in hanc fabricam, quæ ad finem usque sculputum æternum dici potest duratura? Nunquid verum est, quod quicquid mundus unquam in picturis, sculptris, monilibus, cunctisque aliis rebus rari aut pre- ciosi habuit, id totum ad gloriam ejus exalta- landam & sublimandam ex omni mundi par-*

Tt. 3.

te ad-

Hom. 30.
n. 22. ad
Corinthi

An. 398. 13

te ad hanc Basilicam exornandam allatum fuerit?

3. *Nimis honoratus est.* Eum fideles omnes de Petri in conferendis gratius liberalitate habuere conceptum, ut summi Pontifices magnifici doni seu potius pretiosissimi thesauri loco summi s etiam Principibus claves aliquas mittere soliti fuerint, quae ex eo solum, quod super cancellis Confessionis sancti Petri positae aliquando tuissent, multa protinus patrare coeperauit miracula sanando infirmos, &c. Atque insuper catenas ferreas, quae sacrum illud corpus olim in vinculis circumdederant, limabant, inde que decidiuam limaturam pariter nonnullis parvis clavibus aureis inclusam, veluti infiniti valoris reliquiam ad potentissimos sacerdos Reges doni loco mittebant.

4. Roma meritissimo jure, ut potè quæ præ quavis alia totius universi parte præstantissimis se ab hoc Apostolo beneficiis affecti esse notavit, præ cunctis pariter nationibus se erga eum obsequiostorem demonstrare deberet & gratorem: *O felix Roma, quæ tantorum Principum es purpurata pretioso sanguine, non laude tua, sed ipsorum meritis excedis omnem mundi pulchritudinem!* Quibus in versibus dictio illa (*purpurata*) specialiter notanda venit, quia sicut purpura dignitatem & honorem adauget, parique modo sanguis & martyrium horum Apostolorum immensam huic civitati adjicit gloriam. S. Ambrosius illos in hac Romana urbe martyrio affectos esse dicit: *In urbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum, scilicet ut ubi caput superstitionis erat, illic caput qui saceret sanctitatis;* & ubi genitium principes habitabant, illic Ecclesiærum Principes morarentur. S. Leo ad Romanos conueritus eodem ad concipiendos gratitudinis & reverentiae affectus extimulat, dicens: *Istis sunt, qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut gens sancta, populus electus, civitas sacerdotalis & regia, per sacram B. Petri sedem caput orbis esse.*

Eta, latius presideres religione divinâ, quam dominatione terrenâ; quamvis enim multis annis a victoris, jus imperii tui terrâ mariq; proletariis minus tamen est quod tibi bellicos labor subdividit, quam quod pac Christiana subjecit.

Cardinalis Baronius similiter obligationes immortales, quibus Roma magno huic Apostolo

An. 69.
nu. 26.

artie adstringitur, ad vivum exprimit dicens: *At quis eruditus ac prudens velut è sublimi specula mentis oculos lustrans orbem, & omnes qui unquam fuerunt, principatus & regna considerans, non intelligat ea Principum in eis regnantium sceleribus esse convulsa, ac funditus priusse; Romanum vero imperium sub tot tantisque illud regentibus feralibus monstribus non nisi divina virtute potuisse subsistere; quo enim præmissum tempore sub omnium scelerissimo Imperatore ipsum Romanum imperium in majori videretur possum esse discrimine, eidem velut collabenti parieti trabe suffulso Crucis virtute succurritur, & duabus iuxce crucis columnis in medio nutantis molis erectis, urbi cum imperio pariter casuë opportunè consulitur, Roma olim viatores illos maximis honoribus afficiebat, qui devictis inimicis suis provincias & regna extera Romano imperio subjecerant, summos illis decernendo honores, & triumphi gloriam singularem; quantum igitur à Romanis promeritus est Petrus, qui infernum devicit: si quidem porta inferi non prevalebunt adversus hanc monarchiam, quam Apostolorum Princeps hic Roma stabilivit, & cui omnes nationes & populos Christianos subjecit: Adorent eum omnes Reges terre.* S. Prosper de Roma ita canit:

Sedes

*Sedes Roma Petri quæ pastoralis honoris
Facta caput mundo, quicquid non possidet armis
Relligione tenet.*

In hodierno Evangelio ab Ecclesia canitur :
Tantorum Principum es purpurata sanguine ;
nec solum horum duorum Apostolorum , sed
aliorum trecentorum milium Martyrum fan-
guine rutilat, quorū ossa & cineres Catacum-
barum locupletant minerales meatus & toveas.
Sanguis Petri triginta tribus summis Pontifici-
bus ad martyrium subeundum animum adjecit :
Duo ista præclara divini germina seminus (in
quit sanctus Leo Pontifex) in quantam sobo-
lem germinârunt , beatorum milia Martyrum
protestantur , qui Apostolicorum amultrium-
phorum urbem nostram purpuratis , & longè
latèque rutilantibus populis ambierunt.

5. Denique tollita protectio atque custo-
dia, qua sanctus Petrus Romanum tuerit, proba-
tione non indiget ; siquidem hæc variis tem-
poribus in urgentissimis subnascientibus neces-
sitatis toti mundo manifestè fatis comproba-
ta fuit. Chrysostomus , qui sancto Paulo spe-
cialissimâ devotione deditus fuit, qua instigan-
te variis in locis in eximias ejus laudes ample &
fusè extendit , ad facrosanctum ejus deposi-
tum veniens , de illo dixit : *Hoc corpus urbem*
hanc munit, quod quavis turri innumerisque
mæniibus & vallis est tutius, & cum isto cor-
pus etiam B. Petrus. In historia sancta Franci-
ca Romana viii quædam describitur : nam
Anno 1430. apparuerunt ei viginti sex dæmo-
nes horrendi , & supra modum feroci, ignem
in manibus suis circumferentes , qui dicebant :
Hæc est ira Dei , quam huic civitati ob graves
illius excessus immitrit , quaque omnes domus &
incœlæ earum conflagrabunt. Deus autem san-
cta Francicæ hanc gratiam concessit, ut beatissimam
Virginem pretiosissimo diadema redi-
xit, & ex una parte coram illa sanctum Ioan-
num Baptistam , ex alio vero latere sanctos Pe-

trum & Paulum genuflexos , & pro Roma sup-
plices videre mereretur ; audivitque sancta hæc
Dei ancilla vocem , qua Deus horum Sanctorum
orationibus motu , conceptam vindictæ revo-
cavit lententiam. Unde etiamnum ad sepulchrum
sanctorum Apostolorum hæc verba appensa le-
guntur : *Aspiciens sepulchrum vestrum nun-*
quam desisturum, & que libenter pro me geriri
stigmata, iram misericordiæ vincam. S. Gre-
gorius in quadam Epistola Rusticanam Patri-
tiam, ut falva & secura Romanum commigret, ex-
hortatur : *Sigladios Italia & bella formidatis,* Lib. 7.
solicite deberis aspicere, quanta B. Petri Apo-
stolorum Principis in hac urbe protectio est, in
qua sine magnitudine populi, & sine adjutoriis
militum tot annos inter gladios illasi. Deo au-
dore servamur. Idem quoque argumentum
S. Lc hisce verbis uget : *Si hanc pietatis sua*
curam populo Dei, sicut credendum est, ubique
prostendit, quantò magis alumnis suis opem di-
gnatur impendere, apud quos in sacro dormitio-
nis thoro eadēm, qua presedit, carne requiescit?
Bellisario , prouti Annales Ecclesiastici de eo An. 539. 2.
fidem peribent , muri quandam partem , laxatā
jam pridem lapidum compagine non solum à lo-
lo , sed à medio ad summum ulque fastigium
scissam , veris portam Flamianam , qua nunc
porta Populi dicitur, situatam , solo tenus dej-
cere volenti, ut eandem demum repararet , & ur-
bem ex ea parte impotentem fortificaret , uni-
versus oblitus populus Romanus , alleverando
Petrum Apostolum pro indubitate pollicitum
esse ejus loci curam te suscepturnum ; nec spe suā
fuere delusi, sed res hæc Romanis ex voto succel-
lit , siquidem nec ea die , qua urbs Romana in-
festabatur à Gothis, nec in toto obſtaculi tem-
pore ex ea parte ulla fuit exercitata hostilitas, id
quod maximi miraculi loco habentes , urbem

*Hom. 32,
ad Rom.*

Lib. I. c. 1.

ex

ex ea parte nunquam recuperarunt; sed illa muri
hincens ruina in hodiernum usq; diem etiamnum
perleverat. Optimè igitur S. Bernardus de am-
Serm. 2. de bobus Apostolis Petro & Paulo ita scribit : Si
nat. Apost. in terra adhuc positi omnia poterant, non qui-
dem in se, sed in Christo ; quid non poterunt
hodie viventes in aeterna felicitate cum ipso ?

mortales adhuc & morituri imperium vita &
mortis videbantur habere, solo nimisrum verbo
mortificantes vivos, & suscitantes mortuos;
quantò magis nunc, cum honoratis sunt
nimis, nimis confortatus est princi-
patus eorum?

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.
Amen.

FINIS TOMI SECUNDI.



I N D E X

INDEX
MATERIARVM
ET
RERVM NOTABILIVM
quæ in hoc secundo Tomo continentur.
F.Significat, Festum, D. Discursum, N.numerum.

A.

Alexander Magnus.

DE hoc heroë & jisque focus. *Vide in F.S. Petri Apostoli D. 1. n. 2.*

Ambitio.

Reprehenduntur in *F. Ascensionis Domini*, *D. 10. n. unico circa finem.*

Amor

Amor Petri excedit omnes alios, F.S. Petri Apost. D. 1. n. 4.

Amor Petri erga Christum. Ibid. D. 12 per totum.

De amore excessivo S. Petri Ibid. D. 9. n. 4.

Ananus

S. Jacobi amulus fuit, V. in F.SS. Philippi & Iacobii, D. 2. n. 3.

Angeli

Primi fuerunt in honoranda Cruce. V. in F. Invent. S. Crucis. Disc. 11 n. 2.

In ascensione Domini candidis vestibus induiti erant, &c cur? Vide in F. Ascens. Disc. 1. n. 1.

Apostolis in monte Oliveti apparuerunt & cur?
V Ibid. Disc. 8 n. 1.

Angelus lapidi sepulchri insidens quid significat? Vide in F.S. Petri Apost. Disc. 3. n. 2. circa finem.

Anima.

Cœlestem panem esurientes per filias Syon dendentur, V. in F.SS. Corporis Christi, D. 4. n. 2.

S. Antonius Abbas.

Philosophus admirabilis extitit, Vide in F.SS. Trinit. D. 3. n. 5.

S. Antonius de Padua.

Cœlesti scientia imbutus fuit, V. in F.Trinit. D. 3. n. 2. circa fin.

Mansi Sanctorum Tom. II.

Apostoli

D. Si sunt Galilæi, & cum V. in F. Ascens. Dom. Disc. 2. n. 5.

Aqua

Proprietates illius adaptantur effectibus Spiritus sancti: *Vide in F. Penthecostes, D. 16. per totum,*

Aquila

Eius proprietates. *V. in F. Ascens. Dom. D. 15. per totum.*

Christus ad instar Aquilæ in cœlum evolavit, *Ibidem n. 1.*

Arbores

Ante stellas produxerunt fuerunt ob honorem sanctæ Crucis. *Vide in F. Invent. S. Crucis, D. 11. num. 3.*

Arca

Figura est SS. Eucharistia, *Vide in F.SS. Corporis Christi, D. 10. n. 2.*

Archidiaconus

Leodiensis revelationem institutionis festi Corporis Christi agnoverit, *Vide in F.SS. Corporis Christi, D. 1. n. 3.*

Area Nachon

In qua boves recalcitrarunt, figura est hereticorum. *In F.SS. Corporis Christi, D. 10 n. 10.*

Ascensio Christi

Nobis lætitiam conciliat. *In F. Ascensionis. Dom. D. 2. per totum.*

Quænam sit inter Ascensionem & assumptionem differentia. *Ibid. D. 3. n. 2.*

Cur in conspectu discipulorum acciderit. *Ibid. D. 6. per totum.*

Ascensionis mysterium sovet omnes virtutes, via vero extinguit. *Ibid. D. 13. per totum.*

INDEX MATERIARUM

B.

Benedicere, Benedictio.

VSus benedicendi à forma Crucis ab Apostolis ad nos derivatus est. *In F. Ascensionis Dom. Disc. 13. per totum.*

Benedictio Christi ejusque virtus. *Ibid. D. 5. n. 3.*
Qui particeps eis vult ecclieium benedictionū, ejus opera elevata sint oportet. *Ibid. n. 4.*

C.

Camelus

EJus proprietates describuntur. *In F. ss. Philippi & Iacobi, Disc. 4. n. 6.*

Candelabra aurea

A Deo Moygi præcepta quid significant. *Ibidem D. 1. n. 11.*

Carolus Magnus

Ejus devotio erga S. Petrum. *In F. S. Petri Apostoli D. 14. n. 1. circa med.*

Castitas

Ex quo corpus nostrum templum est Spiritus Sancti, sacrarium ejus utique castitas erit. *In F. Penthecoſtes, D. 20. n. 1.*

Catene

S. Petri honorantur ab Ecclesia. *In F. S. Petri Apostoli, D. 7. n. 2. circa finem.*

Ceremonia

Antiquorum in celebrandis nuptiis. *In F. ss. Corporis Christi, D. 8. n. 2.*

Cephas

Nomen Cephas quid significet. *In F. S. Petri Ap. D. 2. n. 2.*

Christus

Cur Passioni & morti sua vicinus de eadem peculiariter cum SS. Andrea & Philippo egerit; *In F. ss. Philippi & Iacobi, D. 3. n. 2.*

Cur populo ipsi tanquam Regi acclamanti fugerit? *In F. Invent. S. Crucis, D. 4. n. 4.*

Cur de Cruce descendere noluerit? *Ibid. n. 5.*

In Cruce tanquam Rex agnitus fuit. *Ibid. n. 5.*

Cruce mediante glorificatus fuit. *Ibidem D. 11. n. 3.*

Propria virtute cœlos ascendit. *In F. Ascensionis Dom. D. 3. n. 2.*

Cur super Cherubim ascendisse dicatur; *Ibidem D. 4. n. 4.*

Cur Christi corpus tanta cum magnificentia in processione circumferatur? *In F. ss. Corporis Christi, D. 3. n. 2.*

B. Clara de monte Falco

De hac. *Vide in F. SS. Trinit. D. 1. n. 2.*

Claudius

Figura est Idolatria. *In feſto S. Petri Apoſt. D. 10. n. 3.*

Clericatus

Origo describitur. *Ibid. D. 11. n. 7.*

Concha

In qua margaritæ nascentur, ejusque proprietates diligentibus & affiduis applicantur. *In F. Penthecoſtes, D. 3. n. 2. circa fin.*

Constantinus Magnus

Et Helena in perveſigando crucis ligno affidua fuere. *In F. S. Petri Apoſt. D. 6. num. unico, in fine.*

Duodecim terra Cophinos, dum fundamentum Ecclesie S. Petri in vaticano jacerentur, humeris suis extulit. *Ibid. D. 10. n. 2. in med.*

S. Petrum veneratus est priuquam Christianam amplexatus fuisset Religione. *Ibid. in fine.*

Confessio

Medium est, quo sanctiss. veneramur Eucharistiam. *In F. S. Petri Apoſt. D. 1. n. 5.*

De confessione à S. Petro facta. *Ibidem D. 6. n. 1.*

Corona

Imperiales in tantum splendide resurgent, in quantum S. Petro subjiciuntur. *Ibid. D. 14. num. 1.*

Crux

Gloria est Patris cœlestis. *Vide in F. Invent. S. Crucis, D. 11. n. 2.*

Est clarior Sole. *Ibid. n. 3.*

Non solum in Christi, sed etiam in boni latronis cruce salvari possumus. *Ibid. D. 1. n. 3.*

Ingens crucem inter & peccatum venerum antipathia est *Ibid. D. 2. n. 1.*

Acquiescendum nobis est Crucis à Deo datæ. *Ibid. D. 7. n. 7.*

Cur Christus in cruce mori voluerit? *Ibid. D. 9. n. 1. & seqq.*

Cur quæ ante criminorum supplicium fuit, verillum factum est regium. *Ibid. Disc. 4. per totum.*

Duo sunt crucis genera. *Ibid. D. 5. num. 1. & seqq.*

Forma crucis quatuor mundi partes denota. *Ibid. D. 4. n. 4.*

Figurata fuit in scala Jacob. *Ibid. D. 5. n. 6.*

Ethymologia crucis. *Ibid. n. 4.*

Crux Christi est crux mundi. *Ibid. n. 7.*

Crux Christi inutilis nobis est, nisi illam humeris nostris impoſuerimus. *Ibid. n. 8.*

Crux theſauro assimilatur. *Ibid. Disc. 6. per totum.*

Crux

ET RERUM NOTABILIUM.

Crus tanti valet, quanti Beatitudo. *Ibid. n. 2.*
Qualis nobis crux portanda sit, ut salvemur, *Ib.*

D. 7. n. 1.

Crus principis, patris familiæ juvenis, *Ibid. n. 1.*
& 2.

Lignum rectum & transversum crucis quid si-
gnificat? *Ibid. n. 4.*

Crus honoratum in figuris veteris Testamenti.
Ib. D. 11. n. 3.

Crucifixio

S. Petri sine clavis facta acerbior fuit, *Vide F. S.*
Petri Apostoli. D. 4. n. 1.

Cui S. Petrus capite deorum positio crucifixus
fuerit? *Ibid. n. 5.*

D.

Damnum

Illorum qui fugant Spiritum sanctum, *In F. pen-*
thecostes. D. 13. n. 3.

Desiderium

S. petri moriendo pro Christo: *In F. S. Petri Apost.*
D. 12. n. 2.

Deus

Non deferit nos, nisi deteratur a nobis, *In F. pen-*
thecostes. D. 17. n. 3.

Nihil in hoc mundo intelligibilius est Deo.

Differencia

Quæ est inter festum Corporis Christi & alia
festa, *In F. Corporis Christi. D. 2. n. 2.*

Digitus

Proprietates digiti adaptantur spiritui sancto.
I. F. penthecostes. D. 81 per totum.

Dignitatem

Ecclesiastice conferri debent dignioribus. *In F.*
S. Petri Apostoli. D. 1. n. 9.

Distantia

Quæ terra ab octava celorum sphera distat ex-
ponitur. *In F. Ascensionis Domini. D. 9. n. 6.*

Divitiae

Quæ sunt circa sepulchrum S. Petri. *In F. S. Petri*
Apost. D. 13. n. 1.

Doctrina

S. Jacobi exponitur. *In F. S. philippi & Iacobi.*
D. 4. n. 3.

Doctrina coelestis humilibus infunditur. *In F.*
S. S. Trinitatis. D. 1.

Documentum

S. Petri valde præcipuum est, quo docet peccata
commissa semper ob oculos versari debere. *In*
F. S. Petri Apostoli. D. 13. n. 4.

E.

Ecclesia

Eius procellæ & tempestates, *In feso Corpo-*

ris Christi. Disc. 7. n. 4.

Ecclesia Romana nulla unquam hæresi conta-
minata fuit. *In F. S. Petri Apost. D. 8. n. 2.*

Effodus

Quos operatur spiritus sanctus. *In F. Pentheco-*
stes. D. 19 per totum.

Elias

Impedivit pluviam. *Ibid. D. 16. n. 3.*

Encomia

S. Petro adscripta. *In F. S. Petri. D. 7. n. 4.*

Epictetus Philosophus

Ejus dictum, *In F. S. Trinitatis. D. 8. n. 1.*

Epitheta

Gloriosa attributa S. Joanni. *In F. Nat. S. Ioann.*
Bapt. D. 8. n. 3.

Essai

Fili sunt S. Marci. *In F. S. Marci Evang. D. 4. n. 2.*
Dicti fuerunt Angeli terrestres. *Ibid. n. 3.*

F.

Fabula

De certa quādā gente, quæ solum in pectore
oculos habebat. *In F. S. Trinitatis. D. 4. n. 2.*

Festa

Origo festorum. *In F. S. Corporis Christi. D. 3.*
n. 2.

S. S. Corporis Christi festum a Concilio Tridentino
laudatur. *Ibid. D. 2. n. 2.*

Festum S. S. Corporis Christi Leodii suum habuit
exordium. *Ibid. n. 3.*

Fides

Viva S. S. Apostolorum Philippi & Iacobi. *In F.*
S. S. Apost. Phil. & Iacobi. D. 4. per totum.

Exinde Petri fides omnium aliorum dependet. *In*
F. S. Petri Apost. D. 8. n. 1.

Fortitudo

S. Marci. *In F. S. Marci Evang. D. 5. n. 7.*

S. Francisca Romana

De hac & ejus visione. *Vide in F. S. Petri Apostoli.*
D. 13. n. 5.

Fundamentum

De ejus conditionibus. *In F. S. Petri Apost. D. 4.*
per totum.

G.

Gemma

Cronæ S. Romanae Ecclesiæ exponuntur.
In F. S. Marci Evangelista. D. 4. n. 4.

INDEX MATERIARUM

H.

Hugo

Cardinalis confirmat decretum dicere sanctorum
de institutis festi SS. Corporis Christi. In F.
ss. Corp. Christi. Dis. 1. n. 3.

Humilitas

S. Marci In F. S. Marci Evang. D. 4. n. 8.

S. Jacobi In F. ss. Philippi & Iacobi. D. 3. n. 3.

Christi in institutione SS. Sacramenti. In F. ejusdem. D. 9. n. 1.

Ingen humilitas est, quae inter honores exerce-
tur. In F. Nat. S. Ioan. Bapt. D. 5. per totum.

De humilitate S. Petri, ob quam sublimari me-
ratur, in F. S. Petri Apost. D. 11. n. 1.

Humilitas Christi in ejus Ascensione exaltata
fuit, in festo Ascens. Dom. D. 10. in unico circa
finem.

I.

S. Iacobus

Fuitementis sanctitatis In festo ss. Philippi
& Iacobi. D. 1. n. 3. & 4.

Morte quadam mortuus est, quam Christus in se
admittere noluit. ib. D. 2. n. ult. in fine.

Meditationi mortis Christi profundè se ingessit.
Ibid. D. 3. n. 4.

Ejus virtutes Ibid.

Patriarche Jacob similis fuit. Ibid. D. 6. n. 1.

Idioma

Quot idiomatum notitiam apostoli acceperint.
In festo Penthecostes. D. 9. n. 2.

Quomodo illis idioma hæc communicata
fuerint. Ibid.

Idiotria

Tantundem amare Deum potest, quantum vir
literatus. In festo ss. Trinit. D. 5. n. 4.

Idololatria

A nimia parentum erga filios teneritudine deri-
vatur. In festo S. Marci Evang. D. 1. n. 1.

Ignis

Imperi prognosticum est. In festo Penthecostes.
D. 11. n. 1.

Ejus proprietates Spiritui sancto appropriantur.
Ibid. D. 10. n. 2. & D. 11. n. 2.

Tres species ignis. Ibid. D. 12. n. 2.

Ex percussione silicis, id est, Christi, proficit ignis,
id est, Spiritus sanctus. Ibid. D. 10. n. 1.

Inspiratio

Spiritus sancti exigit à nobis, ut non sumus tardi
ad ei correspondendum, in festo Penthecostes.
D. 3. n. 1.

Inventio

Miraculosa crucis moraliter applicantur. In fe-
sto Inventionis S. Crucis. D. 1. n. 2.

S. Ioannes B. ptista

Ejus diversa nomina, In festo Nat. S. Ioan. Bapti-
sta. D. 2. n. 1.

Effe Quis gratia Dei in S. Joanne Baptista, Ibid.
nun. 2.

Epitheta S. Joannis Baptista, Ibid. n. 4.

Magnum egit pœnitentiam tametsi purus esset;
Ibid. n. 7.

Ejus sanctitas. Ibid. D. 3. n. 2.

Ejus humilitas. Ibid. n. 5.

Quam utilis mundo fuerit, ostendit testimonium,
quod de Christo edidit. Ibid. D. 4. n. 2.

Ejus tempore mysterium SS. Trinitatis revela-
tum fuit. Ibidem.

S. Josephus filius Iacob.

Figura fuit Christi in Sacramento existentis, In
festo ss. Corporis Christi. D. 3. n. 2.

S. Iuliana

Huic Deus festum sanctissimi Sacramenti inhi-
tuendum esse revelavit, In festo Corporis Christi.
D. 1. n. 2.

Invenit

Quis ad Christum consecrandum obtulit ab
eodem Christo repudiatus est; & cur? In festo
Inventionis S. Crucis. D. 8. n. 5.

L.

Larus

Qui semetipsum commendat laude dignus
non est, sed quem Christus commendat.
In festo Nat. S. Ioan. Bapt. D. 8. n. 1.

Leodium

In hac urbe primitus institutum fuit festum san-
ctissimi sacramenti, In festo ss. Corporis Christi.
D. 1. n. 2. & seqq.

Lilium

Ejus proprietates. In festo ss. Philippi & Iacobi.
D. 1. n. 4.

Lingua

Ejus proprietates applicantur Spiritui sancto.
In festo Penthecostes. D. 8. n. 3.

Linguæ novæ. In festo Ascens. Dom. D. 14. n. 3.

Luculent

Dum in hoc territorio fieret sacramentalis pio-
cessio, auditi sunt cantus Angelici. In festo ss.
Corporis Christi. D. 5. n. 1.

M. Malæ

ET RERUM NOTABILIA.

M.

Malitia

Multo est peccans excusationem non mereatur. *In F. Pentecostes, Disc. 18. n. 7.*

Manus

Elevatae Christi in cœlum ascendentis quid significant? *In F. Ascens. Dom. D. 5. n. 1.*

Maria

In Mara aquæ falsæ duicorantur. *In F. Pentec.*
D. 16. n. 2.

S. Marcus

Dignus est S. Petrus filius *In F. S. Marci Evange-*
list. D. 1. n. 1.

A se fundaram Ecclesiam Alexandrinam nomine
S. Petri institutat, & condecorat *Ib. n. 4.*

Piis furtum erga S. Petrum commisit. *Ibidem*
n. 9.

S. Petri defectus manifestans, dilectum ejus fi-
lium te esse probavit. *Ibid. n. 11.*

Fuit operarius indefessus. *Ibid. D. 2. num. 1.*

Iridi comparatur. *Ibid. D. 5. n. 8.*

Appellatur nubes, *Ibid. D. 3. n. 2.*

Appellatur Leo, & cur? *Ibid. D. 5. per to-*
tum.

Fundator est Monachismi *Ibid. D. 4. n. 4.*

S. Maria Ægyptiaca

Crucem visitando convertitur. *In F. Inventio-*
nis S. Crucis, D. 2. n. 3.

Martyrium

Pretiosum est. *Ibid. D. 5. n. 20.*

S. Petri à Christo ei prædictum fuit. *In F. S. Petri*
Apost. D. 13. n. 1.

Merita

Virtutum sunt claves cœlorum. *In F. S. Petri*
Apost. D. 7. n. 6.

Michol

Figura est hæretorum. *In F. SS. Corporis Chri-*
sti, D. 10. n. 10.

Miles

Per amoris excessum mortuus. *In F. Ascensionis*
Dom. D. 14. n. 8.

Miraculum

Insigne Daroccæ in Eucharistia patratum. *In F.*
SS. Corporis Christi, D. 1. n. 4.

Aliud quod Orvieti contigit. *Ibid.*

Multa alia miracula, quæ ad Festum Corporis
Christi instituendum Urbanum IV. permove-
runt. *Vide ibidem n. 4. & 5.*

Primum miraculum S. Petri. *Vide in F. S. Petri*
Apost. D. 10. n. 3.

Mundus

Parum est quod mundus, valde autem multum est,
quod Deus favoritus suis te démulcat. *In F.*
Nat. S. Ioan. Bapt. D. 3. n. 7.

Differencia inter magnates hujus mundi & ma-
gnates Dei. *Ibid. n. 9.*

Mons

Cur Deus in locum Ascensionis suæ montem
elegerit? *In F. Ascens. Dom. D. 13. num. 1.*

N.

Negare seipsum

DEHOC VIDE *In F. Ascensionis Dom. D. 8.*
n. 3.

Negationem S. Petri Deus ad majorem suam
gloriam ordinavit. *In F. Petri Apost. D. 9.*
n. 1.

Nubes

Cur Christus in nube ascenderit. *In F. Ascens.*
Dom. D. 7. n. 8.

O.

Oculus

OCULUS IN CŒLUM LEVARE NON SUFFICIT, NIIS FI-
MUL ETIAM OPERERIS. *In F. Ascens. Dom.*
D. 8. n. 4.

Operari

OPERANDUM TIBI EST, JUXTA QUOD PRÆDICAS. *In F.*
S. Marci Evang. D. 2. n. 4.

Oriens

S. Joannis sub vero justitiae Sole accedit. *In F.*
Nat. S. Ioan. Bapt. D. 1. n. 2.

P.

Parabola

FELIX PRODIGI APPPLICATUR AD PRÆPARATIONEM
PRO MENTA SACRA. *In F. SS. Corporis Chri-*
sti, D. 7. n. 4. in fine.

Pastor

CONDITIONES BONI PASTORIS. *In F. S. Petri Apost.*
n. 1. & seqq.

Pati

PATI & CRUCIARI AD PARADISUM NOS CONDUUNT.
In F. SS. Philippi & Iacobi, D. 3. n. 2.

Pauperes

AD SACRAM MENSAM INVITANTUR. *In F. S. Corporis*
Christi, D. 6. n. 2.

INDEX MATERIARUM

Pax

Pax Christi per illatum tensualitati bellum comparatur. In F. S. Marci Evang. D. 4. n. 6.

Peccator

Laus Dei à peccatore prolata. Deo grata non est. In F. ss. Corporis Christi, D. 3. n. 4.

Petitio

SS. Jacobi & Joannis eo tempore facta fuit, quo de Cruce sermo erat. In F. In vent. S. Crucis, D. 4. n. 3.

S. Petrus

Pedes S. Petri ab omni macula sunt immunes. In F. S. Petri Apost. D. 10. n. 1.

Animotum se exhibuit. Ibid. D. 1. n. 2.

Una in concione quinque milia hominum convertit. Ibid. n. 7.

Prae aliis humilior fuit. Ibid. n. 8.

Lingua Apostolorum vocabatur. Ibid. D. 2. n. 4. mer. 5.

Sanctitate omnes excedit Apostolos. Ibid. n. 6.

Capite deorsum verso crucifixus est, quia caput terrae erat. Ibid. D. 3. n. 1.

Primatus Petri in pescatore declaratus fuit. Ibid. n. 2.

Ex variis motivis Cephas dicitur. Ibid. n. 7.

Petra appellatur ob varias rationes. Ibid. D. 4. n. 2.

Privilegia petro exinde competentia quod coeli claves ei datae fuerint. In F. S. Petri Apost. Discursus 7. per totum.

Ex quo in monte Thabor de Tabernaculo neutriquam sollicitus fuit, Deus ipsum per duo sumptuosa tempa honoravit. Ibid. D. 11. n. 6.

Pastor universalis totius gregis Christi declaratus fuit. Ibid. D. 12. n. 2.

Crucem amavit, neque enim Andrea fratre suo inferior esse voluit. Ibid. D. 1. n. 7.

In amore Christi ferventissimus fuit. Ibid. D. 9. n. 2. & seqq.

Singularem Divinitatis Christi notitiam & lumen habuit. Ibid. D. 8. n. 2. & seqq. & D. 10. n. 1.

Pedes sibi à Christo lavari renuit. Ibid. D. 10. n. 1.

Planctus

Qui animatam terram nostram fructus bonorum operum progerminare facit à mystico vento Spiritus sancti procedit. In F. Pentecostes, D. 5. n. 8.

Poenitentia

Non est procrastinanda. In F. Pentecostes, D. 3. n. 2. in med.

Pradicare

Cujus spernit vita conversatio, ejus quoque vilescit prædicatio. In F. Nat. S. Ioan. Bapt. D. 7. n. 4.

prædicatio Baptiste omnibus grata fuit. Ibid. n. 3.

Prerogativa

Soli petro concessa. In F. S. Petri Apostoli, D. 2. n. 3. & seqq.

R.

Remora

Proprietas eius libero arbitrio applicata. In F. Pentecostes, Disc. 3. n. 2. circa fin.

Ritus

In fundandis novis Ecclesiis observari solitus. In F. S. Petri Apostoli, D. 4. n. 4.

F. Rogerius

E provincia, quomodo legere consueverit Officium Divinum. In F. SS. Trinit. D. 5. nn. 4.

Roma

Appellatur Babylonia. In F. S. Petri Apostoli, D. 1. n. 3.

S.

Sacerdotes

Gentiles vitiosissimi. In F. SS. Corporis Christi, D. 5. n. 2.

Solis sacerdotibus Sacramentum Corporis Christi administrare competit. Ibid. D. 10. n. 4.

Christus à Sacerdotibus animalium salutem exquisit. In F. S. Petri Apostoli, D. 7. n. 7.

Sanctitas

S. Joannis Baptista honoratur per devotum dilectionem. In F. Nativit. S. Joannis Baptista, D. 7. n. 1.

S. Joannis Baptista major fuit sanctitate omnium aliorum. Ibid. n. 4.

SS. Sacramentum

Cur Christus antequam sanctiss. Sacramentum institueret, vestimenta sua deposituerit. In F. ss. Corporis Christi, D. 6. n. 3.

De

ET RERUM NOTABILIUM.

De preparatione ad sanctissimum Sacramentum.
ibidem.

Scala Iacob

Symbolum est Ecclesia. In F. S. Petri Apostoli,
Disc. 5. n. 2.

Sedere

Quid sit sedere ad dexteram Patris. In F. Ascensio
Dom. D. 4. n. 2. & seqq.

Segui

Segui Christum, non verò præire eum debemus.
In F. Invent. S. Crucis, D. 8. n. 2.

Serpentes

Serpentes fugat, qui patienter malorum suffert
persecutiones. In F. Ascensio Dom. Disc. 14.
n. 4.

Similitudo

Ab Aulico quodam desumpta. In F. S. Petri Apost
D. 11. n. 1.

Simon Cyrenaeus

Portavit Crucem; at verò cur ipse potius quam
Apostolorum aliquis Christum in portanda
Cruce adjuvit? In F. Inventionis S. Crucis D. 7
n. 5.

Cur Christus Crucem suam non portaverit so
lus? Ibid. D. 8. n. 4.

Simon Magus:

Persecutus est S. Petrum. In F. S. Petri Apost. D.
5. n. 1.

Petro orante collapsus est. Ibid. D. 7. n. 5.

Solemnitas

Quænam Deo acceptior. In F. SS. Corporis Chri
sti, D. 1. n. 4.

Spiritus sanctus

Signum habitantis in nobis Spiritus sancti. In F.
Penthecos, D. 1. n. 5. & Ibid. D. 8. n. 5. & D.
10. n. 5. & 6.

Majestas Spiritus sancti in sono significatur. In
F. Penthec. D. 4. n. 2.

Spiritus sanctus pignus est gloria. Ibid. n. 3.

Ubi Spiritus sanctus est, ibi mundi spiritus lese
animabus nostris nunquam infundat. Ibid. n. 3.
in med.

Spiritus sanctus tanquam ventus descendit, &
cur? Ibid. D. 5. per totum.

Spiritus sanctus in lege nova liberalissimus est.
Ibid. D. 6. n. 2.

Non amat socios. Ibid. n. 2. in medio.

Tunc Spiritus Dei habere censemur, quando
omnia præcepta exactè observamus: Ibid. post
med.

Spiritus sanctus pignus est supremæ hereditatis:
Ibid. 13. n. 3. circa finem.

Percusso filice, id est, Christo, prodit Spiritus
sanctus. Ibid. D. 10. n. 1.

Qualitates ignis Spiritui sancto appropianter.
Ibid. n. 2.

Damna illorum qui deserunt Spiritum sanctum.
Ibid. D. 13. n. 3.

Effectus Spiritus sancti explicantur sub similitu
dine fontis. Ibid. D. 16. per totum.

Alii recententur effectus, quos operatur Spiritus
sanctus. Ibid. D. 19. per totum.

S. Spiridon

Per humilitatem suam eruditissimum confutavit
Philosophum. In F. ss. Trinit. Disc. 3. n. 2. cir
ca finem.

Supplicatio

S. Philippus consideratur. in F. ss. Philippi & La
cobi, D. 5. n. 4.

T.

S. Theresia

Magna ecclæstium rerum notitia clariuit.

Tiberius Imperator.

Christianus factus erga pauperes liberalis exti
tit.

SS. Trinitas

Mysterium sanctissimæ Trinitatis imperscruta
bile. in F. ss. Trinit. D. 1. n. 3.

Ex nonnullis similitudinibus, licet imperfectè
declarari potest. in F. ss. Trinit. Disc. 1.
n. 5.

Triumphus

Christi differt à terrestri triumpho. In F. Ascen
sionis Dom. D. 1. n. 9.

INDEX MATER. ET RERUM NOTAB.

Apud antiquos quidnam ad triumphum requisi-
tum fuerit. *ibid. Disc. 1. n. 1.*

Vipera

V.

Adoratur Hieropoli. in F. SS. Philippi & Iacobi,
Disc. 4. n. 2.

Veneratio.

Virtutes

Eucharistia adversus hereticos machina est po-
tentissima. in F. SS. Corporis Christi. *Disc. 7.*
n. 1. circa fin.

Christianæ medium sunt valde opportunum ad
Christum in animas nostras recipiendum. in
F. SS. Corporis Christi. *Disc. 5. n. 2.*

Venus

Vsus rationis.

Statua Veneris in eo loco erecta fuit, ubi sancta
Crux recondita latebat. in F. Invent. S. Cru-
cis. *Disc. 2. n. 1.*

In S. Joanne Baptista acceleratus fuit. in F. Na-
tivit. S. Ioan. Bapt. *Disc. 6. n. 5.*

Vermis.

Z.

Sericam telam tñxens, sive Bombyx. in F. SS.
Trinit. *Disc. 8. n. 2. in med.*

Zachaeus

Ventus

Iussus est ex arbore descendere, & cur ? in F.
Invent. S. Crucis. *Disc. 8. n. 1.*

Eius proprietates Spiritui sancto applicantur. in
F. Penthecoëtes. *Disc. 5. n. 3.*

Zelus

Vinum

Quo S. Petrus honorem & vitam Christi pro-
secutus fuit, in F. S. Petri Apostoli. *Disc. 9.*
n. 2.

Eius proprietates Spiritui sancto adaptantur. in
F. Penthec. *Disc. 14. per totum.*

Finis Indicis Materiarum & Rerum Notabilium.

I N D E X
LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,
quæ in hoc secundo Tomo continentur.

GENESIS.

Cap. 6. v. 3. Non permanebit spiritus meus in
homine, quia caro est. *Disc. 20. n. 1. in Festo*
Penthecoëtes.

V. 5. *Videns Deus, quod cuncta cogitatio hominis*

intenta erat ad malum omni tempore. Disc.
20. n. 1. in festo Penthec.

Cap. 8. v. 9 *Vbi requiesceret pes ejus, reversa est*
ad eum in arcam. Disc. 17. n. 2. in festo Pen-
thecoëtes.

Cap. 9. v. 21. *Verba patrius ieiunia uitfratri-*
bies

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

bus suis. Disc. 1. num. 11. in festo S. Marci.
cap. 14. v. 1. Erat autem terra labis unius, &
sermonum eorundem. D. 7. n. 1. in festo Pe-
trocetes.
v. 5. Descendit Dominus. ibid.
v. 7. Confundamus ibi linguam eorum. ibid.
v. 8. Et divisit eos Dominus ex loco illo in uni-
versas terras. ibid.
cap. 15. v. 1. Ego ero merces tua magna nimis.
D. 4. n. 1. in festo Corporis Christi.
cap. 16. v. 2. Si forte saltem ex illo suscipiam li-
beros. D. 1. n. 5. in festo S. Marci.
cap. 18. v. 2. Tres vidi, & unum adoravit.
D. 4. n. 3. in festo SS. Trinit.
v. 3. Domine, si inveni gratiam in oculis tuis.
ibid.
cap. 25. v. 27. Jacob autem habitabat in taber-
naculis. D. 6. n. 8. in festo SS. Philippi & Ja-
cobi.
cap. 27. v. 22. Vox quidem vox Jacob est, ma-
nus autem Esau. D. 6. n. 3. in festo SS. Philip-
pi & Jacobi.
v. 36. Iustè vocatum est nomen ejus Jacob: sup-
plantavit enim me. D. 6. n. 10. in festo SS. Phi-
lippi & Jacobi.
cap. 28. v. 17. Quām terribilis est locus iste! non
est hic aliud nisi domus Dei. & porta cœli.
D. 8. n. 4. in festo Ascensionis Domini. &
D. 5. n. 24. in festo S. Petri Apostoli.
v. 18. Tulerat lapidem, & erexit in titulum.
D. 6. n. 7. in festo SS. Philippi & Jacobi.
cap. 31. n. 40. Die noctuque astu urebar & gelu,
fugiebatque somnus ab oculis meis. D. 6. n. 9.
in festo SS. Philippi & Jacobi.
cap. 33. v. 12. Gradiamus simul. D. 6. n. 10. in
festo SS. Philippi & Jacobi.
cap. 35. v. 2. Convocatā omni domo suā ait:
Abicite Deos alienos, qui in medio vestri
sunt, & mundamini, ac mutate vesti-
menta vestra. D. 1. n. 5. in festo Corporis
Christi.
v. 3. Surgite, & ascendamus in Bethel, &
faciamus ibi altare Domino. ibid.
v. 5. Terror Dei invaserat omnes per circuitum
civitatis. D. 10. n. 1. in festo Inventionis
S. Crucis.
cap. 41. n. 40. Tueris super domum meam, &
adoris tui imperium cunctus populus obe-
det, uno tantum regni solio te præcedam.
D. 11. n. 5. in festo S. Petri Apostoli.
Manus Sanctorum Tom. II.

cap. 49. v. 9. Requiescens accubuisse ut leo,
quis suscitabit eum? D. 5. num. 3. in festo
S. Marci,

E X O D I.

Cap. 14. v. 24. Respiciens Dominus super ca-
stra Ægyptiorum per columnam ignis &
nubis, interfecit exercitum eorum. D. 3. n. 8.
in festo S. Marci.
cap. 15. v. 17. Inde venerunt in Elim, ubi erant
duodecim fontes aquarum, & septuaginta
palme, & castrametati sunt juxta aquas.
D. 16. n. 2. in festo Pentecostes.
cap. 19. v. 16. Iamque ad venerat dies tertius. &
mane inclarerunt, & ecce cœperunt audiri
tonitrua, & micare fulmina, & nubes den-
sissima operire montem, clangorque buccine
vehementis perstrebant. D. 1. n. 2. in festo
Pentecost.
v. 18. Totus autem mons Sinai fulgebat, eò
quod descendisset Dominus super eum in igne;
cœperunt audiri tonitrua, & micare ful-
gura. Disc. primo, num. secundo, in festo
Pentecost.
cap. 25. v. 31. Candelabrum de auro mundis-
simō, & lilia ex ipso præcedentia. Disc. primo,
numer. undecimo, in festo SS. Philippi & Ja-
cobi.
v. 40. Inspice, & fac secundū exemplar quod
tibi in monte monstratum est. D. 8. n. 2. in
festo Inventionis S. Crucis.
cap. 33. v. 11. Loquebatur autem Dominus ad
Moysem facie ad faciem, sicut solet loqui ho-
mo ad amicum suum. Disc. 5. num. 2. in festo
SS. Philippi & Jacobi.
v. 18. Ostende mihi gloriam tuam. D. 5. n. 2. in
festo S. Petri Apostoli.
v. 19. Ego ostendam tibi omne bonum. ibid.
v. 21. Ecce est locus apud me, & stabis supra pe-
tram. ibid.
v. 22. Cumque transibit gloria mea, ponam te
in foramine petra. ibid.
cap. 34. v. 9. Obscro, ut gradiaris noti-
cum. Disc. 5. num. tertio, in festo Corporis
Christi.

INDEX

LEVITICI.

Cap. 1. v. 9. Pedibus lotis aquâ. D. 10. n. 5. in festo S. Petri Apostoli.

NUMERI.

Cap. 13. v. 3. Mitte viros ex Princibibus. D. II. n. 3. in festo Invent. S. Crucis.

V. 24. Absciderunt palmitem cum uva sua, quam portaverunt in ueste duos viri. D. 6. n. 8. in festo Invent. S. Crucis.

DEUTERONOMIUM.

Cap. 4. v. 24. Deus tuus ignis consumens est. D. 10. n. 1. in festo Pentecost.

Cap. 32. v. 11. Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpit eum, atque portavit in humerus suis. D. 15. n. 5. in festo Ascens. Domini.

JOSUE.

Cap. 6. v. 4. Sacerdotes tollant septem buccinas, & præcedant arcam fæderis, septiesque circumibitis civitatem. D. 10. n. 10. in festo Corporis Christi,

V. 5. Et mur'i funditus corrunt, ibid.

JUDICUM.

Cap. 5. v. 8. Nova bella elegit Dominus D. 7. n. 1. in festo Pentecost.

Cap. 6. v. 20. Tolle carnes & azymos panes, & pone super petram. D. 5. n. 2. in festo S. Petri Apost.

Cap. 13. v. 25. Capit Spiritus Domini esse cum eo. D. 6. n. 3. in festo Pentecost.

Cap. 14. v. 6. Irruit in Samson spiritus Domini, & dilaceravit leonem. D. 20. n. 1. in festo Pentecostes.

Cap. 15. v. 8. Enfici morier. D. 18. n. 6. in festo Pentecost.

V. 19. Refocillavit spiritum, & vires recepit. ibid

Cap. 16. v. 19. Fecit eum dormire super genua sua, & in sinu suo reclinare caput: voca-

vit que tonsorem, & rasi septem crines capiti ejus. D. 6. n. 3. in festo Pentecost.

1. Reg. I. v. 13. Logebatur in corde suo, tantumque labia ipsius movebantur, & vox penitus non audiebatur: existimans ergo Heli eam esse temulentam, dixi quae: Usquequid ebria eris? D. 14. n. 1. in festo Pentecost.

Cap. 1. v. 4. Deus scientiarum Dominus est, & ipsi preparant cogitationes, D. 6. n. 2. in festo SS. Trinit.

Cap. 6. v. 3. Imposuerunt arcam Dei super planstrum novum, D. 10. n. 7. in festo Corporis Christi.

Cap. 10. v. 6. Infiliet in te spiritus Domini, & mutaberis in virum alium. D. 14. n. 4. in festo Pentecostes.

2. Reg. 6. v. 1. Congregavit David omnes electos Israël. D. 10. n. 5. in festo Corporis Christi.

v. 11. Benedixit Dominus Obededom, & omnem domum ejus: nuntiatumque est Regi David, quid benedixisset Dominus Obededom, & omnia ejus propter arcam Dei. Abiit ergo David, & adduxit arcam. D. 10. n. 2. in festo Corporis Christi.

v. 14. David saltabat totis viribus ante Dominum, disc. 10. num. 9. in festo Corporis Christi.

v. 16. Michol filia Saul presiliens per fenestram, vidit Regem David subfidentem, atque saltantem coram Domino, & despexit eum in corde suo. D. 10. n. 10. in festo Corporis Christi.

v. 20. Quam gloriosus fuit hodie Rex Israël discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est quasi nudetur unus ex scurvis. ibid.

Cap. 8. v. 13. Facit sibi nomen in Valle-Salina- rum. D. 9. n. 3. in festo Corporis Christi.

Cap. 23. v. 8. David sedens in cathedra sapientissimus, D. 6. n. 2. in festo SS. Trinit.

3. Reg. 3. v. 9. Dabis ergo servo tuo cor docile. D. 4. n. 3. in festo SS. Trinit.

Cap. 6. v. 21. Domum quoque ante oraculum operavit auro purissimo. D. sc. 7. num. 2. in festo SS. Trinit.

v. 23. Fecit in oraculo duos Cherubim de ligno olivarum. ibid.

Cap. 10. v. 24. Universa terra desiderabat voluntum Salomonis, ut audiret sapientiam ejus,

quam

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

- quam dederat Dominus in corde ejus, D. 4.
n. 3, in festo SS. Trinitatis.
- cap. 18. v. 21. Vsq[ue]q[ue] claudicatis in duas partes? D. 5. n. 2, in festo S. Petri Apostoli.
- v. 37. Exaudi me Domine, exaudi me: ut discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, & tu convertisti cor eorum iterum, D. 16. nu. 3, in festo Pentec.
- v. 38. Cecidit ignis Domini, & voravit holocaustum, & ligna. ibid.
- v. 39. Dominus ipse est Deus, ibid.
1. Paralipom, cap. 13. v. 1. Init autem consilium David cum tribunis, & centurionibus, & universis Principibus, D. 19. num. 4, in festo Corporis Christi.
- v. 2. Si placet vobis, & à Domino meo noster egreditur sermo, quem loquer: missamus ad fratres nostros in universas regiones Israe, ibid.
- v. 3. Et reducamus arcam, ibid.
- cap. 15. n. 2. Illicitum est, ut à quoconque portetur arca Dei, nisi à Levitis, quos constituit Dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi, D. 10. nu. 4, in festo Corporis Christi.
- v. 16. Constituerunt cantores in organis musicorum, nabis videlicet, lyris & cymbalis, ut resonaret in excelsis sonitus latitia, D. 10. n. 8 in festo Corporis Christi.
- v. 21. In cytharis pro octava canebant Epinicion ibid.
- v. 27. David induitus stola byssina, & universi Levite qui portabant arcam, etiam induerant Ephod linea. D. 10. n. 6, in festo Corporis Christi.
- v. 28. Deducebant arcam in jubilo. & sonitu buccina, & tubis, & cymbalis, & nabis. & cytharis concrepantes, D. 10. num. 8, in festo Corp. Christi.
2. Paral. 2. v. 13. Hiram patrem meum, D. 1. n. 1, in festo S. Marci.
- Tobit cap. 12. v. 8. Sacramentum Regis abscondere bonum est: opera autem Dei revelare & confiteri honorificum est, D. 1. nu. 2, in festo Corp. Christi.
- v. 19. Videbar quidem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo invisibili & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor, D. 9. nu. 9, in festo Nativ. S. Joan. Bapt.
- Judith cap. 7. v. 4. Filii autē Israel ut viderunt multitudinem illorum, prostraverunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua unanimes orantes: ut Deus misericordiam suam ostenderet super populum suum. D. 2. n. 2, in festo Pentecostes.
- Esther 6. v. 10. Sic honorabitur, quemcunque Rex voluerit honorare. D. 2, num. 2, in festo SS. Philippi & Jacobi.
- Job cap. 13. v. 15. Cœli non sunt mundi in respectu ejus, D. 10. num. 1, in festo S. Petri Apostoli.
- cap. 28. v. 12. Sapientia ubi invenitur, & quis est locus intelligentia? D. 3. num. 3, in festo SS. Trinitatis.
- v. 13. Nescit homo preium, ibid.
- cap. 37. v. 11. Nubes spargunt lumen suum, D. 3. n. 1, in festo S. Marci.
- v. 22. Ab Aquilone aurum venit, D. 6. nu. 1, in festo Inventionis S. Crucis.
- cap. 38. v. 36. Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? aut quis dedit gallo intelligentiam? Dic. 4. numer. 1, in festo SS. Trinitatis.
- cap. 40. v. 4. Si habes brachium sicut Deus, & simili voce tonas, D. 7 num. 2, in festo S. Petri Apost.

PSALMORUM.

- Pl. 2. v. 6. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, D. 14. nu. 1, in festo Pentecost.
- v. 7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te, Dic. 2. numer. 7, in festo SS. Trinitatis, D. 4. nu. 4, in festo Inventionis S. Crucis, D. 6. nu. 1, in festo S. Petri Apostoli.
- v. 8. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & possessionem tuam terminos terrae: D. 4. num. 4, in festo Inventionis S. Crucis.
- v. 9. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas sigilum confringes eos, ibid.
- v. 10. Et nunc Reges intelligite, erud mini que judicatis terram, ibid.
- v. 11. Servite Domino in timore, ibid.
- Pl. 8. v. 1. Domine Dominus noster, quād admirabile est nomen tuum in universa terra! D. 9. nu. 1, in festo Pentecostes, D. 1. nu. 1, in festo Ascens. Domini.

I N D E X

- v. 2 Quoniam elevata est magnificentia tua
super caelos Deus ibid.
- v. 3 Ex ore infantium & lacientium persecisti
laudem proper inimicorum tuorum, ut destruas ini-
micum & ultorem ibid.
- v. 8 Omnia subiecisti sub pedibus ejus: oves &
bovis universas, insuper & pecora campi.
disc. decimo, n. 1, secundo, in festo S. Petri A-
postoli.
- ps. 9. v. 13 Annuntiate intergentes opera ejus.
D. 15. n. 2, in festo Pentecost.
- ps. 10. v. 4. Dominus in calo sedes ejus. D. II. n. 5.
in festo Ascens. Domini.
- ps. 17. v. 11. Inclinavit caelos, & descendit. D. 7.
n. 1. in festo Ascens. Domini.
- v. 12. Et ascendit super Cherubim. D. 4. n. 1. in
festo Ascens. Domini.
- v. 13. Posuit tenebras latibulum suum. disc. 4.
numer. 1. in festo Nativitatis S. Joannis Ba-
ptistæ.
- v. 24. Custodiri viae Domini, nec impie gessi
à Deo meo. disc. 18. num. 2. in festo Pente-
costes.
- v. 25. Quoniam omnia iudicia ejus in confe-
dum meo. ibid.
- v. 26. Eterno immaculatus cum eo, & obserua-
bo me ab iniuitate mea. ibid.
- ps. 18. v. 3. Non sunt loquela, neque sermones,
quorum non audiantur voces eorum. D. 10.
n. 1. in festo Pentecost.
- v. 4. In omnem terram exiit sonus eorum, &
in fines orbis terra verba eorum. ibid.
- v. 7. Non est quise abscondat à calore ejus. D. 3.
n. 2. in festo Pentecost
- ps. 20. v. 8. Dextera tua inveniat omnes, qui
te oderunt. disc. 18. num. 7. in festo Pen-
tecost.
- ps. 21. v. 6. Ego autem sum vermis D. 10. n. 1.
in festo Ascens. Domini. D. 5. n. 4. in festo
SS. Trinit.
- v. 14 Sicut aqua effusus sum. ibid.
- v. 16. Aruit sanguinem testa virtus mea ibid.
- v. 17 Circumdederunt me canes muli, conci-
lium malignantium obfedit me, ibid.
- v. 18 Foderunt manus meas & pedes meos. ibid.
- v. 28 Edent pauperes, & saturabuntur, & lan-
dabunt Dominum. D. 6. n. 2. in festo Cor-
poris Christi.
- ps. 21. v. 8. Quis est iste Rex gloria? D. 9. n. 2. in
festo Ascens. Domini.
- v. 9. Attollite portas principes vestras, & ele-
vamini portæ aternales, & introibit Rex
gloria. ibid.
- v. 10. Quis est iste Rex gloria? ibid.
- ps. 26. v. 4. Vnam petiti à Domino, hanc requi-
ram, ut inhabitem in domo domini omni-
bus diebus vita mea. D. II. n. 3. in festo Ascens.
Domini.
- ps. 28 v. 4 Vox Domini in virtute, vox Domi-
ni in magnificentia] D. 4. n. 2. in festo Pen-
tecostes.
- ps. 32. v. 2. In psalterio decem chordarum psal-
lite illi. D. 6. n. 2. in festo Pentecost.
- ps. 33. v. 5. Accedite ad eum, & illuminamini.
disc. 3. numer. 7. in festo Nativitatis S. Jo-
annis.
- v. 8. Gustate & videte quam suavis est Domi-
nus. D. 4. n. 4. in festo Nativit. S. Joannis
Baptistæ.
- ps. 35. v. 19. In lumine tuo videbimus lumen.
D. 4. n. 1. in festo Nativitatis S. Joannis Ba-
ptistæ.
- ps. 39. v. 3. Et statuit super petram pedes meos.
& direxit gressus meos. D. 5. n. 2. in festo S. Pe-
tri Apostoli.
- cap. 43. v. 25. Conglutinatus est in terra ven-
ter eorum. D. 13. num. 5. in festo S. Petri A-
postoli.
- ps. 44. v. 2. Lingua mea calamus scribis veloci-
ter scribentis. D. 7. n. 2. & D. 8. n. 2. in festo
Pentecost.
- v. 7. Sagitta tua acuta populi sub te cadent. D. 7.
n. 1. in festo pentecost.
- ps. 46. v. 2. Quoniam Dominus excelsus terri-
bilis, Rex magnus super omnem terram. D. I.
n. 3. in festo Ascens. Domini.
- v. 3. Subjecit populos nobis, & gentes sub pedi-
bus nostris, ibid.
- v. 5. Ascendit Deus in jubilo. D. 1. n. 2. in festo
Ascens. Domini. & D. 2. in eodem festo per-
totum.
- v. 6. Psallite Regi nostro, psallite. D. 2. n. 1. in fe-
sto Ascens. Domini.
- v. 7 Quoniam Rex omnis terra Deus psallite
sapienter. ibid.
- ps. 49. v. 17. Peccatori dixit Deus: quare tu e-
narras iusticias meas. D. 2. num. 14. in festo
SS. Trinit.
- ps. 50. v. 12. Spiritum sanctum innova in visce-
ribus meis. D. 5. n. 5. in festo pentecost.

LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

- v. 13. Spiritu principali confirma me, D. 13. n. 3.
 & D. 19. n. 7. in festo pentecost.
- v. 14. Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te
 convertentur, D. 19. num. 7. in festo pentecost.
- ps. 54. v. 9. Præcipita Domine, divide lingvas
 eorum; quoniam vidi iniquitatem & con-
 tradictionem in civitate, D. 7. nu. 1. in festo
 pentecost.
- ps. 56. v. 6. Lingua eorum gladius acutus, D. 7.
 n. 1. in festo pentecost.
- v. 7. Exaltare super cœlos Deum, & in omnem
 terram gloria tua, D. 5. nu. 5. in festo Ascens.
 Domini.
- ps. 59. v. 9. In Idumeam extendam calceamen-
 sum meum; mihi alienigena subditi sunt,
 D. 10. n. 2. in festo S. Petri Apololi.
- ps. 60. v. 2. Dum axiaretur cor meum, in petra
 exaltâste me, D. 5. n. 2. in festo S. Petri Apost.
- ps. 67. v. 4. Qui ascendit super cœlum cœli ad
 Orientem, D. 12. nu. 7. in festo Ascens. Do-
 mini.
- v. 37. Virtus ejus in nubibus, D. 6. nu. 5. in festo
 Ascens. Domini.
- v. codem. Dabit vocis sua vocem virtutis, D. 7.
 n. 3. in festo Nativit. S. Joannis Baptista.
- ps. 70. v. 16. Quoniam non cognovi literatu-
 ram, introibo in potentias Domini, D. 3. n. 2.
 in festo SS. Trinitate.
- ps. 71. v. 9. Inimici ejus terram lingent, disc. 10.
 n. 4. in festo S. Petri Apostoli.
- ps. 76. v. 5. Annos aeternos in mente habui, D. 15.
 n. 4. in festo pentecost.
- v. 6. Et meditatus sum nocte cum corde meo: &
 exercitabar, & scopebam spiritum meum, ib.
- ps. 79. v. 2. Qui sedes super Cherubim, D. 7. n. 1.
 in festo Ascens. Domini, D. 6. nu. 1. in festo
 SS. Trinitate.
- ps. 83. v. 8. Ascensiones in corde suo dispositus in
 valle lachrymarum, D. 13. in festo Ascens.
 Domini per totum.
- ps. 84. v. 14. Iustitia ante nos ambulavit, &
 posuit in via gressus suos, D. 12. nu. 6. in festo
 Ascens. Domini.
- ps. 85. v. 16. Fac mecum signum in bonum, ut vi-
 deant, qui oderunt me, & confundantur:
 quoniam tu Domine adjuvisti me, D. 10. n. 1.
 in festo Inventionis S. Crucis.
- ps. 86. v. 5. Ipse fundavit eam Altissimus, D. 4.
 n. 1. in festo S. Petri Apost.
- ps. 88. v. 7. Quis in nubibus equabitur Domino.
 D. 6. n. 5. in festo Ascens. Domini.
- v. 11. In brachio virtutis tua dispersisti inimicos
 tuos, D. 10. n. 1. in festo Inventionis S. Crucis.
- v. 12. Tui sunt cœli & tua est terra, orbem ter-
 re & plenitudinem ejus tu fundasti, ib. &
 D. 2. n. 10. in festo SS. Trinit.
- ps. 95. v. 6. Confessio & pulchritudo in conspe-
 ctu ejus: sanctimonia & magnificentia in
 sanctificatione ejus, D. 5. n. 2. in festo Corpo-
 ris Christi.
- v. 7. Afferre Domino gloriam & honorem, ibid.
- v. 9. Commovereatur a facie ejus universa ter-
 ra: dicite in gentibus quia Dominus regna-
 vit, D. 4. n. 1. in festo Invent. S. Crucis.
- ps. 101. v. 28. Tu autem idem ipse es, & anni tui
 non deficierunt, D. 2. nu. 7. in festo SS. Trini-
 tatis.
- ps. 103. v. 4. Ponis nubem ascensum tuum, D. 6.
 n. 1. in festo Ascens. Domini.
- v. 19. Petra refugium herinaciat, D. 5. n. 2. in fe-
 sto S. Petri Apost.
- v. 30. Aufere spiritum eorum, & deficierunt, &
 in pulvrem suum revertentur, D. 5. n. 2. in
 festo Invent. S. Crucis.
- ps. 104. v. 18. Humiliauerunt in compedibus pe-
 des ejus: ferrum pertransiit animam ejus,
 D. 11. n. 9. in festo S. Petri Apost.
- ps. 105. v. 2. Quis loqueretur potentias Domini?
 D. 2. n. 3. in festo SS. Trinitat.
- ps. 109. v. 3. Virgam virtutis tuae emittet Domi-
 nus ex Sion: dominare in medio inimico-
 rum tuorum, D. 5. num. 2. in festo S. Petri
 Apostoli.
- ps. 117. v. 26. Constituite diem solemnum in con-
 densis usque ad cornu altaria, disc. 1. in festo
 Corporis Christi per totum.
- ps. 118. v. 6. Tunc non confundar cum perspex-
 ero in omnibus mandatis tuis, D. 6. n. 3. in fe-
 sto pentecost.
- v. 75. Cognovi Domine, quia aequitas judicia
 tua, D. 2. n. 13. in festo SS. Trinit.
- v. 97. Quomodo dilexi legem tuam Domine, ta-
 ta die meditatione mea est, D. 4. nu. 1. in festo
 SS. Trinit.
- v. 135. Iustus es Domine, & rectum judicium
 tuum, ibid:
- v. 164. Septies in die laudem dixi tibi, D. 2. n. 1.
 in festo SS. Trinit.
- ps. 127. v. 6. Benedic tibi Dominus ex Sion, et
 videas

I N D E X

- videas bona Ierusalem omnibus diebus vita
tua. D. 5, n. 5. in festo Ascens. Domini. D. 4, nu. 1. in
festo Corporis Christi.
- ps. 134. v. 8. Qui producit ventos de thesauris
suis. D. 6. 3, nu. 2. D. 5. num. 4. in festo Pente-
costes.
- ps. 143. v. 1. Benedicetus Dominus Deus meus,
qui docet manus meas ad pralium, & digitos
meos ad bellum. D. 10. n. 1. in festo Inventio-
nis S. Crucis.
- v. 8. Mitte manum tuam de alto, eripe me &
libera me de aquis multis, de manu filiorum
alienorum. D. 12. n. 3. in festo Ascens. Domini.
- ps. 144. v. 3. Magnus Dominus & laudabilis ni-
muis, & magnitudinis ejus non est finis. D. 2.
n. 1. in festo SS. Trinit.
- v. 9. Miserationes ejus super omnia opera ejus.
D. 2. n. 12. in festo SS. Trinit.
- ps. 146. v. 4. Qui numerat multitudinem stella-
rum: & omnibus eis nomina vocat. D. 2. n. 2.
in festo SS. Trinit.
- ps. 147. v. 1. Lauda Ierusalem Dominum: lau-
da Deum tuum Sion. D. 9. n. 3. in festo Corp.
Christi.
- v. 2. Quoniam confortavit seras portarum
tuarum: benedixit filii tui in te. ibid.
- v. 3. Qui posuit fines tuos pacem, ibid.

PROVERBIORUM:

- Cap. 3. v. 32. Cum simplicibus sermocinatio e-
ius. D. 6. n. 2. in festo SS. Trinit.
- cap. 8. v. 1. Nunquid non sapientia clamitas, &
dat vocem suam? D. 3. n. 3. in festo SS. Trini-
tatis.
- v. 5. Intelligite parvuli astutiam, & insipientes
animadverte ibid.
- v. 6. Audite quoniam de verbis magnis locutu-
rasum, ibid.
- cap. 9. v. 1. Sapientia adiutori sibi domum.
D. 4. n. 1. in festo S. Petri Apostoli.
- cap. 15. n. 16. Secura mens juge convivium. D. 5.
n. 2. in festo Corporis Christi.
- cap. 16. v. 1. Hominis est animam preparare, &
Dominii gubernare linguam. D. 8. n. 4. in festo
Pentecost.
- v. 2. Spirituum ponderator est. D. 3. n. 5. in festo
Nativit. S. Joannis Baptista.
- cap. 23. v. 26. Prebe fili mi cor tuum mihi. D. 4.
num. 1. in festo SS. Trinit.

- cap. 25. v. 11. Mala aurea in lectis argenteis, qui
loquitur verbum in tempore suo. D. 8. nu. 2.
in festo SS. Trinit.
- v. 28. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur
& gloriam. D. 8. in festo SS. Trinitatis, per
totum.
- cap. 28. v. 14. Beatus homo qui semper est pa-
vidus. D. 2. nu. 4. in festo Pentecost.
- cap. 30. v. 18. Tria sunt mihi difficultia, & quar-
rum penitus ignoro. D. 15. n. 1. in festo Ascens.
Domini.
- v. 19. Viam aquila in celo, viam colubris super
terram, viam navis in medio mari, & viam
viri in adolescentia. ibid.
- v. 30. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pa-
vebit incursum. Dilc. 5. numer. 7. in festo
S. Marci.
- cap. 31. v. 4. Nullum secretum est ubi regnat e-
brietas. D. 16. n. 3. in festo pentecost.

CANTICI CANTICORUM.

- Cap. 3. v. 1. Quasi si quem diligit anima mea:
quasi si illum, & non inveni. D. 4. n. 2. in festo
SS. Trinit.
- v. 2. Surgam & circuibo civitatem, per vi-
eos & plateas queram quem diligit anima
mea. ibid.
- v. 11. Egredimini filii Sion, & videte Regem Sa-
lomonem in diademate, quo coronavit illum
mater sua in die desponsationis illius, & in
die latitiae cordis ejus. D. 8 in festo Corporis
Christi per totum. D. 4. n. 1. in festo Inven-
ti. S. Crucis.
- cap. 4. v. 8. Coronaberis de capite Amana, de
vertice Sanir & Hermon; de cubilibus leo-
num, de montibus pardorum. D. 4. n. 4. in festo
S. Marci.
- v. 9. Vulnerasti cor meum foror mea sponsa in
uno oculorum tuorum. D. 3. num. 3. in festo
SS. Trinit.
- v. 15. Fons hortorum, puteus aquarum viven-
tiuum, que impetu fluunt de Libano. D. 16. n. 3.
in festo pentecost.
- v. 16. Veni Auster, perfla hortum meum, &
fluant aromata illius. D. 5. nu. 3. in festo pen-
tecost.
- cap. 5. v. 2. Vox dilecti mei pulsantis: aperi mi-
hi foror mea, amica mea, columba mea, im-
maculata mea; quia caput meum plenum est
rora.

LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

- vore, & cincinni mei guttis noctium. D. 3. n. 2. in festo pentecost.
- v. 3. Expoliavi me turica mea, quomodo induar illa? la vi pedes meos, quomodo inquinabo illos? ibid.
- v. 6. Pessulum ostii mei aperni dilecto meo, at ille declinaverat, atque transierat. ibid.

SAPIENTIÆ.

- cap. 7. v. 26. Imago bonitatis illius. D. 1. n. 1. in festo S. Marci.
- cap. 8. v. 1. Attigit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. D. 1. nu. 3. in festo Corporis Christi
- v. 9. Proposui hanc adducere mihi ad convivendum, sciens quoniam mecum communicebit de bonis. D. 8. num. 2. in festo Corporis Christi.
- cap. 9. v. 16. Quia in prospectu sunt, invenimus cum labore: quia autem in caelis sunt, quis investigabit? D. 8. num. 1. in festo SS. Trinitatis.
- cap. 11. v. 21. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit. Dic. 1. num. 1. in festo Corporis Christi. D. 2. nu. 2. in festo SS. Trinitatis.
- v. 23. Sic est ante te orbis terrarum tanquam gutta roris antelucani. D. 3. n. 8. in festo Nativitatis S. Joannis Bapt.
- cap. 14. v. 15. Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filii fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere capi. & constituit inter servos sacra & sacrificia. D. 1. n. 1. in festo S. Marci.

ECCLESIASTICI.

- Cap. 1. v. 9. Ipse creavit illam in spiritu sancto, & vidit, & dinumeravit, & mensurę est. D. 6. n. 2. in festo SS. Trinitatis
- cap. 2. v. 10. Dilige illum, & illuminabuntur corda vestra. D. 5. nu. 4. in festo SS. Philippi & Jacobi.
- cap. 3. v. 6. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis. D. 1. n. 10. in festo S. Marci.
- v. 20. Quanto magnus es, humiliare. Dic. 5. num. 2. in festo Nativitatis S. Joannis Baptista.

- cap. 5. v. 8. Ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. D. 3. nu. 2. in festo pentecost.
- cap. 7. v. 25. Fili tibi sunt? erudi illos D. 1. n. 2. in festo S. Marci.
- cap. 15. v. 3. Cibavit illum pane vita & intellec-tus, & aqua sapientia potavit illum. D. 1. n. 2. in festo S. Marci.
- cap. 14. v. 5. Ego ex ore Altissimi prodixi. D. 6. n. 6. in festo Nativitatis S. Joannis Baptiste.
- v. 22. Ego quasi therebinthus extendi ramos meos. Dic. 10. num. 1. in festo Inventionis S. Crucis.
- cap. 50. v. 8. Quasi flos rosarum in diebus ver-nie, & quasi lilia. D. 1. in festo SS. Philippi & Jacobi, per totum,

ISAIAE.

- Cap. 1. v. 1. Filios enutriui, & exaltavi, ipsi ante tem preverunt me. Dic. 1. num. 11. in festo S. Marci.
- cap. 2. v. 2. Erit preparatus mons dominus Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes. D. 7. num. 4. in festo Corporis Christi.
- v. 3. De Sion exhibet lex. D. 1. nu. 2. in festo Pentecostes.
- cap. 4. v. 4. Si abluerit dominus fordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem laetit, de medio ejus in spiritu ardoris. D. 1. 6. nu. 4. in festo Pentecostes.
- cap. 6. v. 1. Vidi dominum sedentem super so-lium excelsum & elevatum. D. 11. n. 1. in festo Iuvent. S. Crucis.
- v. 2. Seraphim stabant super illud. D. 7. nu. 1. in festo SS. Trinitatis.
- v. 3. Sanctus, Sanctus, Sanctus. D. 2. n. 1. in festo SS. Trinitatis.
- cap. 9. v. 3. Multiplicasti gentem, non magnifica-stilatitiam. D. 2. nu. 4. in festo Corporis Christi.
- v. 6. Facias est principatus super humerum ejus. D. 4. n. 2. in festo Invent. S. Crucis.
- cap. 11. v. 1. Egressietur virga de radice lessi. & flos de radice ejus ascendet. D. 1. n. 5. in festo S. Petri Apost.
- v. 2. Requiescat super eum spiritus dominii. D. 2. n. 1. in festo Pentecostes.
- v. 6. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum bado

INDEX

- hado accubabit; visulus, & leo, & ovis simul morabuntur. d. 4. num. 4. in festo S. Marci.
 v. 7. Vitulus & ursus pastentur, simul requiescent catuli eorum, & leo quasi bos comedet pales. ibid.
 cap. 12. v. 3. Haurietis aqua in gaudio de fontibus Salvatoris. D. 16. num. 2. in festo Pentecostes.
 cap. 19. v. 1. Ecce Dominus ascendit super nubes levem, & ingredietur Aegyptum, & commovebuntur simulachra Aegypti. D. 3. in festo S. Marci per totum.
 v. 2. Concurrere faciam Aegyptios adversus Aegyptios, & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum. D. 4. nu. 6. in festo S. Marci.
 cap. 22. v. 22. Dabo clavem dominū David super humerum ejus. D. 6. n. 2. in festo Invent. S. Crucis.
 cap. 26. v. 2. Aperite portas, & ingrediatur gens justa. D. 2. num. 10. in festo S. Petri Apostoli.
 cap. 28. v. 16. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, probatum, angularem, pretiosum in fundamentum, qui crediderit, non fessinet. D. 4. n. 4. in festo S. Petri Apostoli.
 cap. 35. v. 7. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orebatur viror calami & junci. D. 4. n. 5. in festo S. Marci.
 cap. 40. v. 3. Parate viam Domini. D. 6. in festo Corporis Christi per totum.
 v. 12. Appendit tribus digitis molem terrae. D. 1. n. 6. in festo SS. Trinitatis.
 v. 15. Quasi stilla fistula, & quasi momentum statera reputata sunt. disc. 2. num. 5. in festo SS. Trinitatis.
 cap. 42. v. 1. Dans flatum populo, qui est super terram, & spiritum calcantibus eam. D. 4. n. 4. in festo pentecostis.
 cap. 49. v. 1. Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris mea recordatus est nominis mei. D. 1. num. 2. D. 2. num. 2. in festo Nativit. S. Joannis Bapt.
 v. 15. Numquid oblivisci potest mulier infans suum, ut non misereatur utero filii sui? & si illa oblitera fuerit, Iego tamen non obliviscar tui. D. 11. n. 3. in festo Ascens. Dom.
 v. 16. Ecce in manibus descripsi te. ibid.
 cap. 53. v. 2. Vidimus eum, & non erat aspectus
- & desideravimus eum. D. II. n. 1. in festo Invent. S. Crucis.
 cap. 58. v. 7. Erange esuriensi panem tuum, & ego nos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despixeris. D. 3. n. 3. in festo SS. Trinitatis.
 v. 8. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, orietur in tenebris lux tua, & tenebrae tuae erunt sicut meridiæ, & implebit splendoribus animam tuam, ibid.
 cap. 59. v. 1. Non est abbreviata manus Domini, ut salvare negeant, D. 9. n. 6. in festo Invent. S. Crucis.
 v. 19. Cum venerit quasi fluvius violentus, quem spiritus Domini cogit. D. 16. num. 3. in festo Pentecostis.
 cap. 60. v. 8. Qui sunt hi, qui ut nubes volant? D. 3. n. 1. in festo S. Marci.
 cap. 61. v. 10. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. D. 5. n. 2. in festo Corporis Christi.
 cap. 62. v. 1. Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur, ut splendor iustus ejus, & salvator ejus ut lampas accendatur. D. 6. n. 6. in festo Nativ. S. Joan. Bapt. D. 2. nu. 2. in festo SS. Philippi & Jacobi.
 cap. 63. v. 1. Quis est iste qui venit de Edom, tinet vestibus de Bosra? disc. 1. nu. 2. disc. 9. num. 2. disc. 10. num. 1. in festo Ascens. Domini.
 cap. 66. v. 2. Ad quem respiciam nisi ad pauperulum & humilem spiritu. D. 2. nu. 4. in festo pentecostis.

JEREMIAE.

- Cap. IV. v. 14. Ab Aquilone pandetur omne malum. D. sc. 6. numer. 1. in festo Inventionis sanctæ Crucis.
 cap. 13. v. 24. Cælum & terram ego impleo. D. II. n. 5. in festo Ascens. Domini. D. 2. n. 5. in festo SS. Trinitatis.
 v. 29. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petram. D. 2. n. 3. in festo S. Marci.
 cap. 31. v. 21. Fama circumdabit virum. D. 1. num. 1. in festo Nativitatis S. Joannis Baptiste.

LOCORUM SACRAE SCRIPTURÆ.

V. 33. Post dies illos dicit Dominus, dabo legem meam in vici eribus eorum, & in corde eorum scribam eam. & ero eis in Deum: & ipsi erunt mihi in populum. Disc. 1. num. 2. in festo Penthecostes.

THRENORUM.

Cap. 1. v. 4. Via Sion lugent, eo quod non sint, qui veniunt ad solemnitatem. D. 2. num. 4. in festo corp. Christi.

V. 13. De excelso misit ignem in ossibus meis, & eruditivis me. Disc. 12. num. 3. in festo Penthecoltes. Disc. 4. numero 1. in festo SS. Trinitatis.

cap. 3. v. 28. Sedebit solitarius, & tacebit. D. 4. num. 3. in festo ss. Philippi & Jacobi.

EZECHIELIS.

Cap. 1. v. 16. Facies leonis à dextris ipsorum quatuor. D. 5. n. 1. in festo S. Marci.

v. 12. Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur, nec revertebantur, cum ambularent. D. 13. n. 3. in festo Penthecoft.

v. 17. Iabant, & non revertebantur. ibid.

cap. 10. v. 14. Facies una facies Cherubim! facies secunda facies hominis: & in tertio facies leonis, & in quarto facies Aquila. D. 6. n. 2. in festo ss. Trinit.

cap. 13. v. 4. Non ascenditis ex adverso, neque opposistis murum pro domo Israel, ut stareatis in prælio in die Domini. D. 1. n. 2. in festo S. Petri Apostoli.

cap. 32. v. 7. Solem nubet egam. D. 6. n. 3. in festo Ascens. Dom.

cap. 34. v. 2. Vt pastoribus Israel, qui pascibant semetipos. Disc. 1. num. 4. in festo S. Petri Apost.

V. 3. Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pasciebatis. ibid.

v. 4. Quod infirmum fuit, non consolidabatis, & quod agrotum non sanatis, quod confractum est, non alligatis, quod perierat, non quaesistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Disc. 1. numero 4. in festo S. Petri Apost.

cap. 36. v. 26. Auferam cor lapideum de carne

vestra, & dabo vobis cor carneum. Disc. 1. n. 2. in festo Penthec.

V. 27. Et spiritum meum ponam in medio vestri. ibid.

cap. 37. v. 3. Fili hominis putasne vivent ossa ista? & vaticinare ossibus istis, & dices eis. D. 1. n. 3. in festo Pent.

v. 4. Ossa arida audite verbum Domini ib.

v. 7. Factus est autem sonitus Prophetante me: & ecce commotio: & accesserunt ad ossa, unumquodque adjunduram suam. ib.

DANIELIS.

Cap. 5. v. 5. Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis. Disc. 18. num. 7. in festo Penthecoltes.

cap. 6. v. 9. Antiquus dicerum. D. 2. n. 7. in festo ss. Trinit.

V. 10. Millia millium ministrabant ei, & decies milles centena millia assisterant ei. D. 2. n. 4. in festo ss. Trinit.

OSEE.

Cap. 5. v. 4. Nondabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Dominum, quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognoverunt. D. 2. n. 3. in festo S. Marci.

cap. 11. v. 4. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. & ero eis, quasi exaltans jugum super maxillas eorum, & declinavi ad eum, ut vesceretur. Disc. 9. n. 3. in festo corp. Christi.

cap. 13. v. 15. Adducet ventum urentem Dominus de deserto ascendentem, & siccabit venas ejus. D. 20. n. 2. in festo Penthec.

MICHEA.

Cap. 2. v. 13. Ascender pandens iter, ante eos; dividenter, & transibunt portam, & ingredientur per eam, transibit Rex. D. 2. n. 7. in Ascens. Dom. D. 11. in eodem festo Ascens. per totum.

HABACUC.

Cap. 3. v. 4. Cornua in manibus ejus, ibi abscondebita est fortitudo. Disc. 10. num. 1. in Invent. S. Crucis.

Yy

MALA-

I N D E X

MALACHIAE.

- Cap. i. v. 6** Si pater ego sum, ubi est honor meus? Disc. i. n. 10. in festo S. Marci.
cap. iii. v. 1 Ecce ego mitto Angelum meum, D. s. numer. 1. in Nativit. sancti Ioannis Baptista.
v. 6. Ego Deus & non mutor, D. 2. n. 14. in F. ss. Trinit.

II. MACHABÆORUM.

- Cap. 3. v. 4** Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catus leonis rugiens in venatione. D. 4. n. 3. in festo S. Marc.
v. 5 Et persecutus est iniquos, perscrutans eos. ibid.
cap. 10. v. 20. Ut amicus voceris Regis: & misit eis purpuram & coronam, ut quae nostra sunt, sentias. D. 3. n. 2. in festo Philippi & Iacobi.

III. MACHABÆORUM.

- Cap. 7. v. 10** Lingua posulatus, cito protulit & manus constanter extendit. D. 2. n. 4. in F. S. Marci:
v. 21. Neque enim spiritum & animam donavi vobis. D. 1. n. 1. in festo S. Marci,
v. 23. Sed mundi creator ibid.

MATTHÆI.

- Cap. 3. v. 2** Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum celorum. D. 2. n. 7. in Nat. S. Ioan. Bapt.
v. 16. Vedit spiritum Dei descendente sicut columbam, & venientem super e. D. 6. n. 2. in Nat. S. Ioan. Bapt.,
v. 17. Et ecce vox de celo, dicens: Hic est filius meus dilectus. D. 1. c. 6. numero 2. in Nat. S. Ioan. Bapt. & Disc. 9. numero 1. in festo corporis Christi.
cap. 4. v. 1. Accesserunt Angeli, & ministabant ei. Disc. 9. n. 3. in Nativit. S. Ioan. Bapt.
cap. 5. v. 8. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. D. 1. c. 5. num. 4. in F. SS. Philippi & Iacobi & D. 4. num. 3. in festo ss. Trinitatis.

- cap. 7. v. 15.** Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. D. 8. n. 5. in Invent. S. Cruc.
cap. 8. v. 19 Seguar te, quocunque ieris, ibid.
v. 20. Vulpes foveas habent, & volucres caelinae filii autem hominis non habet, ubi caput reclinet, ibid.
cap. 9. v. 2. Sit etiugo tantum vestimentum ejus, salvæ zero. D. 2. n. 5. in F. SS. Philippi & Iacobi.
v. 37. Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. D. 2. num. 4. in festo S. Marci.
cap. 10. v. 14. Excute pulvrem de pedibus vestris, disc. 10. num. 5. in festo Ianci Petri Apostoli.
v. 34. Non veni pacem mittere, sed gladium. D. 4. n. 6. in F. S. Marc.
v. 35. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suum. ibid.
v. 36. Et inimici hominis, domestici ejus, ibid.
cap. 11. v. 4. Euntes renuntiate Ioanni, que audeistis, & vidistis. D. 1. c. 6. numero 1. in Nativit. S. Ioan.
v. 5. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, ibid.
v. 11. Amen dico vobis, non surrexit internatos mulierum major Ioanne Baptista. D. 1. in Nat. S. Ioan. Bapt. per totum.
v. 12. A diebus Ioannis Baptista regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. D. 2. n. 7. in Nat. S. Ioan. Bapt. D. 6. n. 2. in F. Pent.
v. 14. Ipse est Elias, qui venturus est. D. 5. n. 2. in Nat. S. Ioan. Bapt.
v. 18. Venit Ioannes non manducans, neque bibens. D. 5. n. 1. in Nat. S. Ioan. Bapt.
v. 25. Confiteor tibi pater, quia abscondisti haec à sapientibus, & revelasti ea parvulis. D. 11. num. 3. in F. Ianci Petri Apost. D. 3. in festo ss. Trinit. per totum. D. 1. num. 2. in F. Corp. Christi.
v. 27. Omnia mihi tradita sunt à patre meo; & nemo novit filium nisi pater, neque patrem, quis novit nisi filium, & cui voluerit filius revelare. D. 5. n. 1. in F. S. Petri Apost.
v. 29. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia misericordum. D. 6. n. 2. in festo ss. Trinit.
cap. 12. v. 23. Quicunque dixerit verbum contra filium

LOCORUM SACRAE SCRIPTURÆ.

- fluum hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc faculo, neque in futuro. D. 12. n. 6. in F. Penth.
- cap. 13. v. 30. Triticum autem congregare in horreum meum. D. 1. n. 3. in festo penthec.
- v. 35 Nonne hic est filius fabri? nonne mater ejus dicitur Maria? D. 4. n. 2. in festo ss. Philip. & Iacobi,
- cap. 14. v. 28. Si tues, jube me venire ad te super aquam. Disc. 3. num. 2. Dic. 12. num. 3. in festo S. petri apost. & D. 8. num. 2. in eodem festo.
- cap. 15. v. 24. Non sum missus nisi ad oves, qua perierunt domus israel. D. 2. n. 6. in F. ss. phil. & Iacobi.
- cap. 16. v. 13. Quem dicunt homines esse filium hominis. D. 6. in Nativit. S. Ioan. Bapt. per totum.
- v. 14. At illi dixerunt, alii Ioannem Baptistam. ibid.
- v. 16 Respondens Simon Petrus dixit, tu es Christus filius Dei vivi. Disc. 7. in F. S. petri, per totum.
- v. 17. Caro & sanguis non revelavit tibi sed Pater meus. Disc. 5. numero 4. in festo ss. Trinitatis.
- v. 18. Tu es petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. D. 4. in festo S. petri per totum.
- v. 19 Tibi dabo claves regni cœlorum. D. 7. in F. S. petri per totum.
- v. 23 Vade post me Sathan, scandalum es mihi. D. 9. n. 1. in F. S. petri.
- cap. 17. v. 4 Bonum est, nos hic esse, si vis, faciamus hictria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Elia unum. D. 11. n. 6. D. 9. n. 4. in F. S. petri.
- cap. 18 v. 10. Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. D. 9. n. 7. in Nat. S. Ioan. Bapt.
- cap. 19 v. 17 Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Disc. 7. numero 1. in Invent. tanq. Crucis.
- v. 27 Ecce reliquimus omnia, & secutis sumus te: quid ergo erit nobis? D. 5. n. 5. in F. ss. phil. & Iacob.
- cap. 21 v. 10. Commota est universa civitas, dicens: quis est hic? Disc. 3. nume. 3. in festo ss. Trinit.
- v. 11. Populi autem dicebant, hic est Iesus Propheta;
- ta à Nazareth, ibidem.
- v. 15. Indignati sunt & dixerunt. ibid.
- v. 16. Audi, quid isti dicunt? ibid
- cap. 22. v. 13 Ligatus manib⁹ & pedibus proiec̄tis eum in tenebras exteriores. D. 8. n. 5. in F. corp. Christi.
- v. 30. In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo. D. 9. n. 6. in Nat. Joan. Bapt.
- cap. 24. v. 3. Dic nobis, quando haec erunt? Dic 5. numer. 3. in festo ss. Philippi & Jacob.
- cap. 26. v. 26. Accipit panem, ac friget; deditque discipulus suis, & ait: Accipite & comedite: Hoc est corpus meum. D. 8. n. 2. in festo corp. Christi.
- v. 27. Et accipiens calicem, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. ibid.
- v. 28 Hic est enim sanguis meus. ibid.
- v. 64. Et in nubibus cœli venientem. D. 6. n. 5. in Ascens. Dom.
- cap. 27. v. 4. Peccavi, tradens sanguinem iustum. Quid ad nos tu videris. D. 7. n. 2. in F. S. petri. Apost.
- v. 19. N. il tibi & justo illi: multa enim passum hodie per viatum propter eum. D. 4. n. 5. in Invent. S. Crucis.
- v. 42 Si Rex Israel est, descendat de cruce, ibidem.
- v. 57. Venit homo dives ab Arimathea, nomine Joseph. Disc. 6. num 1. in festo corporis Christi.
- v. 58 Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. ibid.
- cap. 28. v. 20. Ecce ego vobis cum sum omnibus diebus usque ad consummationem facili. D. 15. n. 4. in Ascens. Dom.

M A R C I.

- Cap. 3. v. 16. Imposuit Simoni nomen Petrus. D. 5. in festo S. Petri Apost. per totum.
- cap. 6. v. 47. Erat navis in medio mari. D. 10. n. 1. in Invent. Crucis.
- cap. 7. v. 37 Bene omnia fecit. D. 2. n. 9. in festo ss. Trinit.
- cap. 14. v. 13 Occurret vobis homo lagenam aqua bajiulans, sequimini eum. D. 6. n. 3. in F. corp. Christi.
- v. 15. Ipse ostendet vobis cœnaculum grande stra-
- Y z
- rum

I N D E X

- sum, & illuc parate, ibid. & numeri 1. in eodem
 festo.
 V. 53. Cœpit pavere & tedere. D. 13 n. 1. in F. S.
 Petri Apost.
 Cap. 16. v. 15. Euntes in mundum universum,
 predicate Evangelium. Disc. 9 numeri 1. in F.
 Penthec.
 v. 16. Qui crediderit, salvus erit. D. 14. in F. Asc.
 Domini per totum.
 v. 17. Signa autem eos, qui crediderint, hec se-
 quentur. ibid. n. 1.
 Eodem versu. In nomine meo demonia ejicient.
 ib. n. 2.
 Eodem versu. Linguis loquentur novis. ibidem
 n. 3.
 v. 18 Serpentes tollent. ib. n. 4.
 Eodem versu. Et si mortiferum quid biberint,
 non ei nocebit. ib. n. 5.
 Versu eodem. Super agros manus imponent, &
 bend habebunt. ib. num. 6. D. 21. num. 4. in F.
 Penthec.
 v. 19. Assumptus est in caelum. D. 3. in F. Alcenf.
 Dom. per totum.
 Eodem versu. Et sedet a dextris Dei. D. 4. in F.
 Alcenf. Dom. per totum.
 v. 20. Illi autem profecti predicatorerunt ubique,
 Domino cooperante, & sermonem conservan-
 te sequentibus signis. D. 23. num. 3. in F. sancti
 Marci.

L U C I E.

- Cap. 1. v. 15. Erit magnus coram Domino. D. 3. in
 F. Nativ. S. Ioan. per totum.
 V. 18. Unde hoc sciam? Ego enim sum senex,
 & uxor mea processit in diebus suis. Disc. 7.
 numeri 2. in festo Nativit. sancti Ioannis
 Baptiste.
 v. 20. Ecce eris tacens, & non poteris loqui, usque
 in diem, quo hec fiant ibid.
 v. 63. Ioannes est nomen ejus. D. 2. in F. Nat. S. Io-
 an. per totum.
 v. 65. Erexit nobis cornu salutis in domo David
 pueri sui. Disc. 2. numeri 4. in F. Corporis
 Christi.
 v. 78. Per viscera misericordie Dei nostri visi-
 tarunt nos oriens ex alto. D. 2. num. 12. in F. SS.
 Trinitat.
 v. 79. illuminare his, qui in tenebris & in umbra
 mortis sedent, ad dirigidos pedes nostros in
 viam pacis. D. 5. n. 2. in F. S. Petri Apostoli.
- Cap. 3. v. 13. Nihil aliud, quam quod constitui-
 tum est vobis, faciat. D. 7. n. 8. in F. Nativ. S.
 Ioan. Bapt.
 v. 14. Quid faciemus in neminem concutiat, ne
 calumniam faciat, & contenti estote stipen-
 diis vestris. ibid.
 v. 16. Veniet fortior me, cuius non sum dignus
 solvere corrigam calceamentorum ejus. D. 5.
 in F. Nat. S. Ioannis. per totum.
 cap. 4. v. 38. Socrus autem Simonis tenebatur ma-
 gnus febribus. Disc. 1. num. 4. in F. S. Petri Apo-
 stoli.
 cap. 5. v. 8. Simon Petrus procidit ad genua Iesu,
 dicens: Exi a me, quia homo peccator sum Do-
 minus. Disc. 11. in festo sancti Petri per to-
 tum.
 v. 10. Et ait ad Simonem Iesum, ex hoc jam eris
 homines capiens. ibid. & disc. 1. n. 8. in F. S. pe-
 tri apost.
 cap. 6. v. 19. Virtus de illo exibat, & sanabat
 omnes. Disc. 5. num. 1. in festo sancti Petri
 Apostoli.
 cap. 7. v. 27. Hic est de quo scriptum est; Ecce
 mitto Angelum meum. D. 9. in F. Nat. S. Io-
 annis per totum.
 v. 37. Cognovit, quod Iesus accubuisse. D. 4. n. 1.
 in F. S. Trinit.
 v. 47. Dilexit multum, ib.
 cap. 9. v. 23. Qui vult venire post me, abneget
 semetipsum tollat crucem suam, & sequatur
 me. D. 8. in F. Invent. S. Crucis.
 v. 33. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite
 Disc. 7. numero 2. in F. Nativit. S. Ioan. Bapti-
 sta.
 cap. 10. v. 2. Messis quidem multa, operarii autem
 pauci, rogate ergo Dominum messis, ut mittat
 operarios in messim suam. D. 2. in F. S. Marci
 per totum.
 v. 5. In quacunque domum intraveritis, pri-
 mum dicite: Pax huic domui. D. 4. in F. S.
 Marci per totum.
 cap. 11. v. 15. In Beelzebub principe Demoniorum
 ejicit Damonia. Disc. 3. numero 3. in festo
 SS. Trinit.
 v. 20. Si in dígito Dei ejus: Damonia. D. 18. n.
 1. & 6. in F. Penthec.
 v. 27. Beatus venter qui te portavit, & ubera
 quis fuixisti. D. 3. numero 3. in festo SS. Tri-
 nitatis
 v. 52. Vnde vobis legisperitis, qui tulisti cla-
 verem.

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

- vem scientie, ipsi non introibis. D.7.n.4. in festo S.Petri Apolt.
- cap. 12 v. 42. Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? D.5.n.2. in festo ss. philippi & Jacobi.
- v. 47. Sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, vapulabit multis. Disc.18.n.7. in festo penthec.
- v. 49. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur. D.s.n.7. & D.10.n.1. in festo penthec.
- cap. 14.v.27. Qui non bajulat crucem suam, non potest meus esse discipulus. D.7. in festo Inventionis S.Crucis pertotum.
- cap. 15.v.17. In se autem reversus dixit: Ego aucten fame pereo. Disc.7.num.4. in festo Corporis Christi.
- v. 18. Dicam eis Pater, peccavi in cælum, & corram te, ibid.
- v. 19. Non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis, ibid.
- v. 22. Proferre solam primam, date annulum in manum ejus, calceamenta in pedes ejus. ib.
- v. 23. Vitulum saginatum occidite, & manducemus: & epulemur, ibid.
- v. 25. Audivit symphoniam & chorum, ibid.
- cap. 19.v.1. Princeps Publicanorum. D.4.n.2. in festo Corp. Christi.
- v. 4. Et præcurrrens ascendit in arborē sycomoriū, ut videret eum, quia inde erat transiit. ib. & D.8.n.2. in festo Invent. S.Crucis.
- cap. 21.v.15. Dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt resistere, & contradicere omnes adversarij vestri. D.14.n.2. in festo penthec.
- v. 27. Videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. D.6. n.4. in festo Ascen. Domini.
- cap. 22.v.24. Facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse major. D.1.n.5. & D.19.n.6. in festo penthec.
- v. 32. Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua. Disc. octavo, in festo S.Petri Apolt. per totum.
- cap. 23.v.26. Imposuerunt illi Crucem portare post Iesum. D. octavo n.2. in festo Invent. S.Crucis.
- v. 41. Nos quidem justè, nam digna factis recipimus. D.1.n.3. in fest. Invent. S.Crucis.
- v. 42. Memento meis, dum veneris in regnum tuum, ibid.
- v. 43. Amen, Amendico tibi, hodie mecum eris in Paradiso, ibid.
- v. 53. Posuit in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus ficerat. D.6. n.3. in festo Corporis Christi.
- cap. 24 v. 26 Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam D.4.n.5. D.13 n.2. in festo Ascen. Domini.
- v. 49. Sedete hic in civitate quo adusque induamini virtute ex alto. D.undecimo, n.2. in festo penthec.
- v. 50. Elevatis manibus benedixit eis. D.5. in festo Ascens. Domini per totum.
- v. 52. Reversi sunt cum gaudio magno in Ierusalem. D.8.n.1. in festo Ascens. Dom.
- v. 53. Et erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum. D.9.n.7. in festo Ascens. Domini.

JOANNIS.

- cap. 1.v.7. Hic venit in testimonium, ut testimoniū perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum D.4 in festo Nativit. S.Ioan. Bapt. per totum.
- v. 9. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. D.tertio, n.2. in festo penthec.
- v. 18. Unigenitus qui est in sinu Patris, D.11.n.5. in F.a'cens. Domini.
- v. 27. Non sum dignus, ut solvam ejus corrigamus calceamenti D.3.n.5. in F.Nativit. sancti Joan. Bapt.
- v. 31. Ego nesciebam eum. D.4.n.4. in F. Nativit. S.Joan. Bapt.
- v. 42. Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cepha, quod interpretatur Petrus. D.3. in F. S.Petri Apost.
- v. 43. In crastinum voluit exire in Galilæam, & invenit Philippum, & dicit ei Iesus: Sequere me. Disc. tertio, num.2. in F. SS. Philippi & Jacobi.
- v. 44. Erat autem Philippus in Bethsaida, civitate Andrea & Petri. D.4. n.2. in F. ss. Philippi & Jacobi.
- v. 45. Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ invenimus Iesum filium Joseph a Nazareth ibid.
- v. 46. Nunquid à Nazareth potest esse aliquid boni? Disc. quinto, n.4. in F. ss. Philippi & Jacobi.

I N D E X

- v.47. *Ecce verè Israëlite, in quo dolus non est.*
Disc.8.n.1. in festo Nativit. S. Joannis Baptista.
- cap.2.v.15. *Ipsesciebat, quid esset in homine.*
Disc.3.num.7. in festo Nativit. S. Joannis Baptista.
- cap.3.v.13. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis.* D.10. in F. Ascens. Domini per totum.
- v.14. *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* D.10.n.1. in F. Ascens. Domini.
- v.19 *Lux venit in mundum, & dixerunt homines magis tenebras, quam lucem.* D.5.n.2. in F. corp. Christi.
- v.30. *Illum oportet crescere, me autem minui.*
D. tertio, num.5 in F. Nativit. S. Joannis Baptista.
- cap.4.v.14. *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sicut in aeternum; sed aqua quam ego dabo ei, sicut in eo fons aqua salientis in vitam eternam.* Disc. decimo sexto, num.5. in festo Penthec., disc.6. num. secundo, in F. corporis Christi.
- v.48. *Nisi signa & prodigia videritis, non credatis.* D. sc.6.n.1. in festo Nativit. S. Joannis Baptista.
- cap.5.v.35. *Ille erat lucerna ardens & lucens,*
disc. quinto, num.3. in festo SS. Trinitatis.
disc.3. num.7. in festo Nativit. S. Joannis Baptista.
- cap.6.v.5. *Dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, ut manducem hit?* disc. quinto, num.2.
& disc.1. num.1. in festo ss. Philippi & Jacobi.
- v.53. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis,*
& biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.
- disc.4. num.2. in F. Corporis Christi.
- v.58. *Qui manducant hunc panem, vivent in aeternum.* ibid.
- v.61. *Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis: hoc vos scandalizare? D.6. num. 1. in festo Asc. Domini.*
- v.62. *Si ergo videritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius?* ibid.
- cap.7.v.32. *Miserunt Principes & Pharisei ministros, ut apprehenderent eum.* D.3. n.3. in F. ss. Trinit.
- v.37. *Si quis sit, veniat ad me & bibat.* D.16.n.1
- in F. Penthec.
- v.38. *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluunt aqua viva.* ibid.
- v.39. *Hoc autem dixit de spiritu, quem acceptaveri erant credentes in eum, nondum enim erat spiritus datus.* ibid.
- v.46. *Nunquam sic locutus est homo.* D.7.n.3. in Nat. S. Joan. Bapt.
- cap.10.v.9. *Ego sum ostium per me si quis intraverit, salvabitur.* disc.5. n.4. in festo S. Petri Apost.
- v.14. *Ego sum Pastor bonus, cognosco oves meas,*
D.1.n.2. in F. S. Petri Apost.
- v.24. *Si tu es Christus, dic nobis palam.* D.6.n.1. in F. S. Petri Apost.
- cap.12.v.23. *Venit hora, ut clarificetur filius hominis.* Disc.3. num.2. in festo ss. Philippi & Jacobi.
- v.24. *Amen, Amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum afferat.* ibid.
- v.20. *Qui mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum, illuc & minister meus erit.* D.8.n.3. in Ascens. Domini. D.10.n.1. in eodem F. D.15.n.7 in eodem F.
- v.31. *Nunc Princeps mundi hujus ejicietur foras*
disc.9. num.4. in Invent. crucis. disc.7. num.1. in festo Penthec. disc.9. num.3. in F. corporis Christi. disc.4. num.1. in Invent. Crucis.
- v.32. *Et ego si exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum.* disc.9. n.4. in Inventione Crucis.
disc.7. n.1. in F. Penthec. disc.9. numero 3. in festo Corporis Christi. disc.4. n.1. in Invent. crucis.
- v.34. *Hoc autem dicebat, significans, quâ morte esset moriturus disc. nono, nu.3. in fest. corporis Christi. Disc. quarto, n.1. in Inventione crucis.*
- cap.13.v.1. *In finem dilexit eos.* disc.8. n.1. in F. corp. Christi.
- v.3. *Sciens, quia omnia dedit Paterei in manus.*
D.7. n.1. in F. corp. Christi. D.8. n.3. in eodem festo.
- v.4. *Et cum accepisset linteum, præcinxit se.* D.6. n.3. in F. corp. Christi.
- v.5. *Deinde misit aquam in pelvim, & capi laevare pedes discipulorum, & exter gere linceo.* ibid.
- v.6. *Domine tu mibi lava pedes?* disc.11. n.1. in fe-

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

- v. 28. Si diligenteris me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, Dicitur secundo n. 3. in Ascens. Dom.
- v. 7 Respondit Iesus. Et dixit ei: Quod ego facio, in nescis scies autem postea. D. 10. in F. S. Petri Apost. per totum.
- v. 13. Erat ergo recumbens unus ex discipulis ejus in insu Iesu, quem diligebat Iesus. D. 5. n. 4. in F. S. Trinit.
- v. 13. Quo ego vado, vos non potestis venire. Disc. duodecimo, n. 3. in festo sancti Petri Apost.
- v. 36. Dicit ei Simon Petrus: Domine quo vadis? Respondit Iesus. Quo ego vado non potes me modo sequi, sequeris autem postea. ibid.
- v. 37. Dicit ei Petrus, quare non possum te sequi modo animam meam pro te ponam. ibid.
- cap. 14. v. 1. Non turbetur cor vestrum, D. 11. n. 3. in Ascens. Dom.
- v. 2. Vado parare vobis locum. Disc. 3. in festo ss. Philippi & Iacobi, per totum. Disc. 5. n. 5. in eodem festo. Disc. 12. num. 3. in Ascens. Dom.
- v. 3. Si abierto preparabo vobis locum. Disc. 10. num. 1. in Ascens. Dom. Disc. 11. n. 3. in eodem festo.
- v. 4. Quo ego vado, scitis, et viam scitis. D. 11. n. 3. in Ascens. Dom.
- v. 6. Nemo venit ad Patrem nisi per me. D. 4. in F. S. philippi & Iacobi per totum.
- v. 8 Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis Patrem, et sufficiet nobis. D. 5. in F. S. philippi & Iacobi, per tot.
- v. 12. Amen dico vobis, qui credit in me, opera, qua ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet. Dil. quinto, num. 1. in F. S. Petri Apost.
- v. 16 Rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis. D. 6. n. 1. in F. S. Trinit. D. 13. n. 3. in F. Penthec.
- verbi eodem. Ut maneat vobis in eternum, D. 13. n. 3. in F. Penthec.
- v. 17. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, et in vobis erit. D. 6. n. 1. in F. S. Trinit.
- v. 20. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo. ibid.
- v. 26. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggesteret vobis omnia, quacunque dixerim vobis. D. 8. n. 2. & D. 18. n. 4. in F. Penthec. D. 6. n. 1. in F. S. Petri Apost.
- v. 28. Si diligenteris me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, D. 1. secundo n. 3. in Ascens. Dom.
- cap. 15. v. 15. Omnia quacunque audiri à Patre meo, nota feci vobis. D. 14. n. 3. in F. Penthec. D. 6. n. 1. in F. S. Trinit.
- cap. 16. v. 5. Vado ad eum, qui misit me. D. 5. n. 3. in Ascens. Dom.
- v. 6. Sed quia hac locutus sum vobis, tristitia impedit cor vestrum ibid.
- v. 7. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis, ut ego vadam. Disc. quinto, n. 3. in Ascens. Dom. D. 12. in eod. festo Ascens. per totum.
- v. 7. Si enim non abierto, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abierto, mittam eum ad vos. D. 2. n. 3. in Ascens. Dom.
- v. 13. Cum autem venerit illa spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à semetipso, sed quacunque audiet, loquetur. D. 8. n. 2. D. 19. n. 5. in F. penthec. D. 6. n. 1. in F. penthec.
- cap. 17. v. 1. Venit hora, clarifica filium tuum; ut filius tuus clarificet te D. 14. n. 2. in inventa S. Cruc.
- v. 3. Hac est vita eterna, ut cognoscant te, et quem misisti Iesum Christum, D. 6. n. 1. in F. S. Petri Apost.
- v. 11. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut et nos. D. 4. n. 5. in F. S. philippi & Iacobi.
- v. 24. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, et illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi. D. 11. n. 3. in Ascens. Dom.
- cap. 18. v. 37. Ego ad hoc natui sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. D. 9. n. 1. in F. Nativitatis S. Ioannis Bapt.
- cap. 20. v. 17. Noli me tangere. D. 4. n. 1. in F. S. Trinit.
- v. 22. Inflavit, et dicit eis: Accipite Spiritum sanctum. D. 19. n. 4. D. 5. n. 1. D. 17. n. 2. in F. Penthec.
- v. 23. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. D. primo, num. 4. D. 17. numero 2. in festo penthec.
- cap. 21. v. 7. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. D. 4. n. 2. in F. S. Trinit. Disc. 12. num. 3. in festo sancti Petri Apost.

I N D E X

- V. 15. 16. & 17. Tu scis, quia amo te. Disc. duodecimo, in festo S. Petri Apostoli per totum.
- V. 15. & 16. Pasc agnos meos. D. 1. & 2. n. 1. in festo S. Petri Apost.
- v. 18. Pasc oves meas. ibid.
- Eodem verlu Extendet manus tuas, & alias tecum cinget. Disc. 13. in festo s. Petri Apostoli per totum.
- v. 19. Hoc autem dixit, significans, quā morte esset clarificaturus Deum. ibid.
- ACTORUM APOSTOLORUM.**
- Cap. 1.v. 1. Cœpit Iesu facere & docere. Disc. 4. n. 3. in festo ss. Philippi & Jacobi.
- V. 3. Per dies quadragesima apparens eis, & loquens de regno Dei. disc. octavo, n. 6 in festo Ascens. Domini.
- v. 6. Domine si in tempore hoc restitus regnum Israel. D. 5. n. 3. in festo ss. Philippi & Jacobi. D. 7. n. 7. in festo Ascens. Domini. D. 19 in festo Penthec.
- v. 9. Videntibus illis, elevatus est. D. 5. in festo Ascens. Domini per totum.
- versu eodem. Et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Disc. 7. in festo Ascens. Domini per totum.
- v. 10. Ecce duo viri astiterunt juxta illos qui & dixerunt. Disc. octavo, in festo Ascens. per totum.
- v. 11. Viri Galilai, quid statis aspicientes in cœlum? ibid. 1.
- v. 14. Erant perseverantes unanimiter in oratione cum Maria matre Iesu. D. 6. n. 1. in festo Corporis Christi.
- Cap. 2.v. 1. Dum complerentur dies Penthecostes. D. 1. in festo Penthec. per totum.
- Eodem verlu. Erant omnes pariter in eodem loco D. 2. in festo Penthec. per totum.
- v. 2 Factus est repente de cœlo sonus, tanquam adveniens spiritus vehementis. Disc. primo, n. 2. in festo Penthec. D. 3. in eodem festo per totum. D. 4. in eodem festo per totum. D. 5. in eodem festo per totum.
- Eodem versu. Et replevit totam domum. D. 6. n. 1. in festo Penthec.
- v. 3. Apparuerunt illis dispersi lingua. D. 7. in festo Penthec. per totum. D. 8. in eodem festo per totum.
- Verlu eodem. Tanquam ignis. D. 10. in festo Penthec. per totum. Disc. 11. in eodem festo per totum. Disc. 12. in eodem festo per totum.
- Versu eodem. Sedit & supra singulos eorum. D. 13. in festo Penthec. per totum.
- v. 4. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto. D. 6. in festo Penthec. per totum.
- Eodem verlu. Et cooperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. D. 9. in festo Penthec. per totum.
- v. 15. Non sicut vos estimatis, hi eborū sunt. D. 14. in festo Penthec. per totum.
- cap. 4. v. 3. Virtute magna reddebat Apostoli testimonium Iesu Christi Domini nostri. D. 1. n. 5. in festo S. Marci.
- cap. 5.v. 12. Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. D. 3. n. 4. in festo S. Petri Apost.
- v. 14. Magis autem angebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum. D. 2. n. 4. in festo S. Petri Apostoli.
- v. 15. Ita ut in plateis ejercent infirmos, & poserent in lectulis ac grabatis: ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. n. 8. & D. 5. n. 1. in festo S. Petri.
- v. 29 Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Disc. primo, num. 2. in festo sancti Petri Apost.
- cap. 8.v. 1. Facta est autem persecutio magna in Ecclesia, qua erat Hierosolymis. D. 6. n. 1. in festo ss. Philippi & Jacobi.
- cap. 9.v. 6 Domine, quid me sis facere? D. 5. n. 2. in festo Penthec.
- v. 21. Stupebant autem omnes, qui audiebant, & dicebant: Nonne hic est, qui expugnabat in Ierusalem eos, qui invocabant nomen istud. Disc. 14. n. 4. in festo Penthec.
- cap. 10. v. 38. Pertransiit benefaciendo & sanando omnes. Disc. 2. in festo ss. Philippi & Jacobi. Disc. quarto, in festo corporis Christi per totum.
- cap. 12. v. 8. Calcea te caligas tuas. D. 10. n. 4. in festo S. Petri Apostoli.
- v. 10. Venerunt ad portam ferream. D. 8. n. 2. in festo S. Petri Apostoli.
- cap. 15. v. 1. Tacuit omnis multitudo. D. 11. n. 4. in festo S. Petri Apostoli.
- cap. 20. v. 28. Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Disc. 4. num. 1. in festo S. Petri Apostoli.

LOCORUM SACRAE SCRIPTURÆ.

PAULI AD ROMANOS.

- Cap. 2. v. 4. Divitius bonitatis ejus. D. 2. n. 11. in festo SS. Trinit.
- cap. 8. v. 15. Non accepit spiritum servitutis in timore, sed accepit spiritum adoptionis filiorum, in quo clamauit: Abba, Pater. D. 1. n. 1. in festo S. Marci. D. 16. n. 2. in festo Pentecost.
- v. 26. Spiritus adjuuat infirmitatem nostram; postulat pro nobis gemitisbus inenarrabilibus. D. 5. n. 6. in festo Pentecostes.
- v. 29. Quos praeceperit & praedestinavit conformati fieri imagini Filiij sui: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. dicit. 1. in festo SS. Philippi & Jacobi per totum. D. 4. n. 3. in festo Pentecost.
- Cap. 10. n. 14. Quomodo audient sine predicatione? D. 4. n. 2. in festo S. Marci.
- v. 15. Quomodo verè predicabant, nisi mittantur? sicut scriptum est: Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem! ibid.
- Cap. 13. 14. Induimini Iesum Christum. D. 5. n. 2. in festo Corporis Christi.
- cap. 15. v. 6. Vnanimes uno ore honorificetis Deum. D. 2. n. 2. in festo Pentecostes.

AD CORINTHIOS.

- Cap. 1. v. 28. Infirma mundi elegit Deum. D. 1. n. 2. in festo Corporis Christi.
- Cap. 2. v. 1. Non judicavi me scire aliquid, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. D. 5. n. 2. in festo SS. Trinitatis.
- v. 8. Si cognovissent, nunquam Dominum crucifixissent. D. 11. num. 3. in festo Inventionis S. Crucis.
- v. 9. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, qua preparavit Deus Ius, qui diligens eum. D. 8. n. 6. in festo Ascensionis Domini.
- v. 14. Animalis homo non percipit ea, que sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. D. 8. n. 3. in festo Pentecost.
- v. 15. Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse à nemino iudicatur. ibid.
- cap. 3. v. 11. Fundamentum aliud nemo potest ponere prater id quod possumus est, quod est Christus Iesus. D. 4. n. 3. in festo S. Petri Apost.
- v. 18. Si quis uidetur inter vos sapiens esse, in Mansi Sanctorum Tom. II.

- hoc seculo stultus fiat ut sit sapiens. D. 14. n. 7. in festo Pentecost.
- Cap. 4. v. 9. Spectaculum facti sumus mundo, & Angelu, & hominibus. D. 5. n. 4. in festo Invent. S. Crucis.
- v. 10. Nos stulti propter Christum. ibid.
- v. 14. Facti sumus omnium deripsemus. ibid.
- Cap. 5. v. 8. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malicie, sed in azymis sinceritatis & veritatis. D. 5. n. 2. in festo Corporis Christi.
- Cap. 7. v. 20. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. D. 7. n. 2. in festo Invent. S. Crucis.
- Cap. 8. v. 2. Si quis autem se existimat sciare aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum sciare. D. 3. n. 2. in festo SS. Trinit.
- v. 3. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. ibid.
- Cap. 10. v. 13. Fidelis Dei, qui non patietur nos tentari supra id quod possumus. D. 7. n. 6. in festo Inventionis S. Crucis.
- Cap. 12. v. 4. Divisiones autem gratiarum sunt, idem autem Spiritus. D. 18. n. 5. in festo Pentecostes. D. 21. n. 4. in eodem festo.
- v. 8. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientie, aliis autem sermo scientie secundum eundem spiritum, ibid.
- v. 9. Alteri fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum in uno spiritu, ibid.
- v. 10. Alii operatio virtutum, aliis prophetia, aliis discretio spirituum, aliis genera linguarum, aliis interpretatio sermonum. ibid.
- v. 11. Hec omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult. ibid,
- Cap. 13. v. 2. Secharitatem non habeam, nihil sum. D. 3. n. 4. in festo Nativ. S. Joan. Bapt.
- v. 5. Non querit qua sua sunt. D. 1. n. 4. in festo S. Petri Apost.
- v. 12. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. D. 8. n. 2. in festo SS. Trinit.
- Cap. 15. v. 10. Non ego, sed gratia Dei mecum. D. 3. n. 4. in festo Ascens. Domini.
- v. 47. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo cœlestis. D. 13. n. 5. in festo S. Petri Apost.

II. AD CORINTHIOS.

- Cap. 1. v. 25. Dedit pignus spiritus in cordibus nostris. D. 4. n. 2. in festo Pentecostes.

I N D E X

- cap. 2. v. 15. Christi bonus odor sumus. D. 6. n. 2.
in festo Corp. Christi. D. 1. n. 4. in festo SS. Philippi & Jacobi.
- cap. 3. v. 3. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordic carnalibus scripta non atramento, sed Spiritu Dei viru. D. 18. n. 4. in festo Pentecost.
- v. 5. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. D. 19. n. 9. in festo Pentecost.
- cap. 6. v. 1. Exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiat. D. 3. n. 2. in festo Pentecost.
- v. 2. Ait enim: Tempore accepto exaudi vi te, & in die salutis audiri te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. ibid.
- v. 24. Quia enim participatio justitia cum ini-
quitate? D. 17. n. 4. in festo Pentecost.
- v. 25. Aut quae societas lucis ad tenebras? ibid.
- v. 26. Qui consensus templo cum idolis? ibid.
- cap. 12. v. 4. Raptus ad tertium cælum audivit
arcana verba, D. 2. nu. 5. in festo S. Petri Apostoli.

AD GALATAS.

- Cap. 1. v. 8. Licet Angelus de caelo evangelizet
vobis, praterquam quod evangelizavimus
vobis, anathema sit. D. 5. n. 2. in festo S. Petri
Apost.
- v. 19. Alium autem Apostolorum vidi neminem nisi Iacobum fratrem Domini. D. 1. n. 4. in fe-
sto SS. Philippi & Jacobi.
- v. 15. Cum autem placuit ei, qui me segregarit
ex utero matris mea, & vocavit per gratiam
suam. D. 3. n. 2. in festo Pentecost.
- Cap. 2. v. 24. Ascendi autem secundum revela-
tionem, & contuli cum illis Evangelium,
quod prædico in gentibus. D. 4. nu. 3. in festo
SS. Philippi & Jacobi.
- v. 19. Christo confixus sum cruci. D. 5. in festo In-
ventionis S. Crucis per totum.
- Cap. 4. v. 1. Quid si filius, & hares. D. 1. nu. 8. in
festo S. Marci.
- cap. 5. v. 22. Fructus autem Spiritus, charitas,
gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas,
longanimitas, mansuetudo, fides. D. 5. n. 4. in
festo Pentecostes.
- v. 23. Modestia, continentia, castitas ibid.
- v. 25. Si spiritu vivimus, spiritu & ambule-
mus. D. 5. 2. in festo Pentecost.

AD EPHESIOS.

- Cap. 1. v. 13. Signati espiritu promissionis
sancto D. 13. n. 3. in festo Pentecost.
- v. 14. Quietus pignus hereditatis nostra. ibid.
- cap. 2. v. 20. Superadificati supra fundamen-
tum Apostolorum & Prophetarum, ipso sum-
mo angulari lapide Christo testu. D. 2. nu. 5.
in festo SS. Philippi & Jacobi. D. 4. n. 3. in fe-
sto S. Petri Apostoli.
- cap. 3. v. 8. Mihi enim Sanctorum minimo data
est gratia, kac in gentibus evangelizare in-
vestigabiles devitias Christi. D. 4. n. 2. in festo
S. Marci.
- v. 9. Et illuminare omnes, ibid.
- v. 17. In charitate radicati & fundati. D. 5. in
festo SS. Trinitatis, per totum.
- v. 18. Ut possitis comprehendere, que sit latitudo,
& longitudi, & sublimitas, & profundus, ib.
- v. 19. Scire etiam supereminente scientia & cha-
ritatem Christi, ut impleamini in omnem
plenitudinem Dei. ibid.
- Cap. 4. v. 9. Quid autem ascendit, quid est, nisi
quia & descendit primum in inferiores par-
tes terræ? D. 10. n. 1. in festo Alcen. Domini.
- v. 10. Qui descendit, ipse est & qui ascendit su-
per omnes caelos. ibid.
- v. 21. Deponite vos secundum pristinam con-
versationem veterem hominem, D. 6. nu. 3.
in festo Corporis Christi.
- v. 23. Renovamini spiritu mentis vestre: Ibid.
- v. 24. Et induit novum hominem. Ibid.
- v. 30. Nolite contristare Spiritum sanctum.
D. 17. in festo Pentecost. per totum.
- Cap. 5. v. 23. Christus caput est Ecclesia. D. 8. n. 2.
in festo Corporis Christi.
- v. 25. Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus
dilexit Ecclesiam. Ibid.
- Cap. 6. v. 15. Calceate pedes in preparatione Eu-
angelii pacis. D. 4. n. 1. in festo S. Marci.

AD PHILIPIENSES.

- Cap. 1. v. 23. Desiderium habens dissolvi, & esse
cum Christo. D. 11. n. 1. in festo S. Petri Apost.
- cap. 2. v. 7. In similitudinem hominum factus,
& habitu in ventus ut homo. D. 4. n. 1. in fe-
sto Nativit. S. Joannis Bapt.
- v. 8. Humiliavit semetipsum, factus obediens us-
que ad mortem, mortem autem crucis. D. 10.
n. 1. in festo Alcen. Domini.

LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

- v. 9. Propter quod & Deus exaltavit illum, &
donauit illi nomen, quod est super omne no-
men. ibid.
- v. 10. Ut in nomine Iesu omne genu fleatur
caelestium, terrestrium, & infernorum. ibid.
- v. 11. Et omnis lingua confiteatur, quia Domi-
nus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. ib.
- v. 13. Deus est, qui operatur in nobis & velle,
& proficere, pro bona voluntate. D. 3. n. 4.
in festo Ascens. Domini.
- cap. 2. v. 8.** Omnia arbitror stercora, ut Chri-
stum lucifaciam. D. 5. n. 5. in festo SS. Phi-
lippi & Jacobi.
- v. 13. Ego me non arbitror comprehendisse. Vnum
autem quia quidem tetrò sunt, obliviscens,
ad ea verò quas sunt priora, extendens me-
ipsum. D. 12. n. 5. in festo pentecost.
- v. 18. Multi ambulant, quos sapè dicebam vo-
bis (nunc autem & flens dico) inimicos crux-
is Christi. D. 2. in festo Invent. S. Crucis per
totum.
- v. 19. Quorum Deus venter est. ibid.

AD COLOSSENSES.

- Cap. 1. v. 24.** Adimpleo ea qua desunt passio-
num Christi in carne mea. D. 2. n. 10. in festo
SS. Philippi & Jacobi.
- cap. 2. v. 14.** Delens quod adversus nos erat chi-
rographum, affigens illud Crucis. D. 10. n. 1.
in festo Invent. S. Crucis.
- v. 15. Et expolians principatus & potestates,
traduxit confidenter palam, triumphans illos
in semetipso. ibid. & D. 1. n. 2. in festo Ascens.
Domini.

I. AD TIMOTHEUM.

- cap. 1. v. 13.** Sed misericordia Dei consecutus sum,
quia ignorans feci. D. 18. n. 7. in festo pentec.
- v. 15. Fidelis sermo & omni acceptione dignus,
quod Christus Iesus venit in hunc mundum
peccatores saluos facere, quorum primus ego
sum. D. 3. n. 2. in festo pentecost.
- v. 16. Sed ideo misericordia consecutus sum. ib.
- v. 17. Regis aculorum immortali, soli Deo honor
& gloria. D. 2. n. 4. in festo SS. Trinitatis.
- cap. 2. v. 4.** Omnes homines vult saluos fieri.
D. 5. n. 3. in festo Corporis Christi.
- cap. 6. v. 6.** Lucem habitat inaccessibilem, D. 4
n. 2. in festo Nativitatis S. Joannis Bapt.

II. AD TIMOTHEUM.

- Cap. 2. v. 15.** Sollicitè autem cura te ipsum pro-
babilem exhibere Deo operarium inconfusa-
bilem rectè tradantem verbum veritati.
D. 2. n. 4. in festo S. Marci.
- cap. 4. v. 5.** Tu verò vigila, in omnibus labora,
opus fac Evangelista. D. 5. n. 6. in festo S. Marci.
- v. 7. Bonum certamen certavi, cursum con-
sumavi, fidem servavi. D. 13. n. 6. in festo
S. Petri Apost.
- v. 8. In reliquo reposita est mihi corona iusticia.
ibid.

AD HEBRÆOS.

- Cap. 1. v. 3.** Splendor gloria, & figura substantia
ejus D. 1. n. 3. festo SS. Trinitatis.
- v. 5. Cui enim dixit aliquando Angelorum si-
lius meus es tu, ego hodie genui te! D. 1. n. 1.
in festo S. Marci.
- v. 6. Et rursum, ego ero illi in Patrem, & ipse
erit mihi in filium, ibid.
- cap. 2. v. 9.** Videmus Iesum propter passionem
mortis gloriæ & honore coronatum. D. 1.
n. 1. in festo Inventionis S. Crucis. D. 9. in
festo Corporis Christi per totum.
- cap. 4. v. 15.** Habemus Pontificem, qui possit
compati infirmatibus nostris. D. 1. n. 9. in
festo S. Petri Apostoli.
- cap. 6. v. 1.** Huc autem unam pro peccatis offre-
rens hostiam in sempiternum sedat in dexte-
ra Dei. D. 5. n. 1. in festo Ascens. Domini.
- cap. 11. v. 17.** Lapidati sunt, scoti sunt, in occiso-
ne gladii mortui sunt. D. 6. n. 4. in festo Ascen-
sionis Domini.
- cap. 12. v. 2.** Aperienter in consummatorem Ie-
sum, qui proposito sibi audio sustinuit Cru-
cem, confusione contempta. D. 8. n. 1. & D. 9.
in festo Invent. S. Crucis per totum.

JACOBI.

- Cap. 1. v. 17** Omne datum optimum, & omne
donum perfectum de sursum est, descendens à
patre lumine. D. 19. n. 1. in festo Pentecost.
- cap. 2. v. 10.** Quicunque autem totam legem
seruavit offendat autem in uno factus est or-
nium reus. D. 6. n. 3. in festo pentecost.
- cap. 3. v. 6.** Lingua ignis est, universitas iniqui-
tatis. D. 17. n. 5. in festo Pentecost.

INDEX LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

Cap. 5. v. 20. Operit multitudinem peccatorum.
D. 6. n. 1. in festo SS. Trinitatis.

I. PETRI.

Cap. 1. v. 12. In quem desiderant Angeli proponere. D. 2. n. 14. in festo SS. Trinitatis.
Cap. 2. v. 4. Ad quem accedentes lapidem vivū, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum. D. 4. n. 3. in festo S. Petri Apostoli.
v. 5. Et ipsi tanquam lapides vivi superadiscimini. ibid.
v. 21. In hoc enim vocati es: quia & Christus passus est pro nobis, vobis reliquens exemplū ut sequamini vestigia ejus. D. 3. n. 2. D. 6. n. 1. in festo SS. Philippi & Jacobi.
v. 22. Qui peccatum non fecis, nec inventus es dolus in ore ejus. D. 7. n. 2. D. 1. n. 3. in festo Inventionis S. Crucis.
v. 24. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. ibid.
versus eodem. Vt peccatis mortui, iustitia vivimus. D. 17. n. 2. in festo Pentecost.
Cap. 4. v. 1. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. D. 10. n. 1. in fest. Invent. S. Crucis. D. 2. n. 2. in festo SS. Philippi & Jacobi.
v. 10. Vnusquisque sicut accepit in alterutrum illam administrans, sicut boni dispensatores multisiformis gratia Dei. D. 1. n. 8. in festo Sancti Marci. C. 5. n. 5. in festo SS. Philippi & Jacobi Apost.
Cap. 5. v. 13. Salutat vos Ecclesia, qua est in Babylonie collecta. D. 7. n. 1. in fest. S. Petri Apost.

II. PETRI.

Cap. 2. v. 4. Angelus peccantibus non pepercit: sed rudentibus inferni detracitos in tartarum tradidit cruciandos. D. 2. n. 13. in fest. SS. Trin.

I. JOANNIS.

Cap. 2. v. 1. Advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum. D. 7. n. 8. in fest. Ascens. Dom.
Cap. 4. v. 16. Deus caritas est, & qui manet in

charitate, in Deo manet, & Deus in eo. D. 2. n. 1. in festo SS. Philippi & Jacobi.
Cap. 5. v. 7 Tres sunt qui testimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus; & hi tres unum sunt. D. 1. in fest. SS. Trin. per tot.

APOCALYPsis.

Cap. 3. v. 9. Faciam illos ut veniant & adorent ante pedes suos. D. 10. n. 4. in festo S. Petri Ap.
v. 20. Ego sto ad ostium, & pulso. D. 3. n. 2. in festo Pentecostes.
Cap. 4. v. 1. Vidi & ecce ostium apertum. D. 7. n. 2. in festo S. Petri Apost.
v. 3. Quis sedebat similiter at aspergili lapidis jaspidis. D. 4. n. 4. in festo S. Petri Apostoli.
v. 4. In capitibus eorum corona aurea. D. 2. n. 4. in festo SS. Trinit.
v. 5. De throno procedebant fulgura & tonitrua. D. 3. n. 2. in festo S. Marci.
v. 20. Procidebant, & adorabant, mittentes coronas suas ante thronum. D. 2. n. 4. in festo SS. Trinit.
Cap. 5. v. 5. Vicit leo de tribu Iuda. D. 9. n. 3. in festo Corporis Christi.
v. 10. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram. D. 13. n. 2. in festo Pentecost.
Cap. 10. v. 1. Et vidi alium Angelum fortem descendente de cælo amictum nube, & iris in capite ejus, & facies ejus erat ut sol, & pedes ejus tanquam columnæ ignis. D. 5. n. 8. in festo S. Marci.
v. 2. Et habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram, ibid.
v. 3. Et clamarunt voce magna, quemadmodum cum leo rugit, ibid.
Cap. 21. v. 2. Vidi sanctam Ierusalem novam descendente de cælo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam virgo sho. D. 8. n. 5. in festo Corporis Christi.
v. 3. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis; & ipsi populus ejus erunt, ibid.
v. 19 Fundamentum primum jaspis, secundum saphirus, tertium calcedonius, &c. D. 4. n. 4. in festo S. Petri Apost.

FINIS TOMI SECUNDI.



